# Sermones quadrageſima⸗
# les epiſtolares Bertrandi.

2

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

## Tabula quadrageſimalis Bertrandi

ABraam quomodo fuit decimus a Noe. ⁊ multa alia repetuntur. cxiiij. R.
Abſtinem⁹. xlvj. dieb⁹. ⁊ hoc q̇dem gratia ſacri myſterij. ſecūdo. P.
Accidentia q̄ accidūt alicui. q̄dam ſunt que non mutantur. ⁊ tn̄ mutant ⁊c̄. clxxj. y.
Agnus ſignificat xp̄m ccij. J.
Agnū paſcalem diuerſi diuerſimode comedunt. cciiij. N.
Allegoria eſt cū aliud ſonant ꝟba. et aliud in intellectu ſignificatur. cxiiij. R
Allegoria pulchra de heliſeo et muliere ſunāite. cxxx. T. cxxxj. V
Allegoria pulchra de helya et muliere ſareptana. cxxxiiij. B
Alluſio eſt reſponſio alicuius habens conuenientiā cū verbo alteri⁹ ꝓus loq̄ntis. cvij. F.
Anni initiū gentes diuerſe diuerſimode initiant. cc. F.
Animalia ⁊ pecora quid meruerunt vt punirentur in Niniue cxlvij. y.
Arbitriū liberum omnes hōines habent ſeq̄ndi voluntatem diaboli an non antiquam peccent. viij. R
Aſſumptionem humane nature admirabilem ⁊ commendabilem reddunt q̄ttuor. clxx. y.
Auaricia dicitur ydolorū ſeruitus. quare hoc. lxxxviij. A
Auaricia oculos ⁊ aures hebetat hominis. lxxxviij. A
BAptiſmuz eccleſie contemnunt iudei irrationabiliter. cxxvj. N.
Benedictō qua patres antiqui benedicebant filios ꝓmogenitos continet tria. lxxxiij. Q
Bona ex genere ſuo an poſſint allegari in orōne. xvi. H
Bona terre comedetis quomō iudei hoc intelligāt. cxxviij. Q
Bona cena inuenitur quadruplex. clxxxviij. J
Bonitatꝭ ſummi paſtorꝭ ſigna octo tanguntꝰ. xxxv. P
Bonitas dei erga pctōres quāta eſt. liiij. V
CAlix multiplex inuenitꝰ. ſ. materialis ⁊c̄. clxxxiij. J
Cari cariores. cariſſimi dicuntꝰ xp̄iani. lxxxviij. V
Caritas ē origo oīs beneficij q̄d primo debet impēdi. clv. P
Caro xp̄i cōgrue dicitꝰ tabernaculum. cxl. M
Cauſatū nullū p̄t eſſe cauſa diuine ordinationis vel ſcientie. xviij. M

# Tabula

Cene dñi q̄uta feria tam ex pte
xp̄i q̃ꝫ ex pte eccl'e mult̄ eſt inſi-
gnita ſacramentꝭ.clxxxvj. D
Cena bona inuenitur quadru-
plex.clxxxviij. J
Colligationes impietatis mo-
raliter pñt intelligi oīa peccata
mortalia.xxiiij.y
Cõfeſſio peccati q̄bꝫ profuit: ⁊
quibꝫ nõ.xiij.L.
Cõgruẽtia predicatoris cui de-
bet iniungi officium p̄dicandi.
cxlv.T
Cõſideratio attenta eſt motiuũ
ꝯuerſionis.ix.T
In ꝯſideratione attenta in mẽ-
tem veniunt peccata preterita.
⁊c̄.xlvj.J
Cõtradicunt quattuor genera
hominũ deo.clxxiiij.F
Cõueniẽtia ⁊ differẽtia legꝭ ve-
teris ad nouã.xliij.E
Cõuerſio ꝑ quaꝫ eſt plena ſup-
plantatio peccatoruꝫ quattuor
ꝯtinet.viij.R
Cor noſtrũ eſt altare dei.c.T
Corpꝰ xp̄i crucifixum ꝓprie fuit
victima.clxxvj.J
Correctio q̄lis eē debeat.lvj.F.

Daniel fuit de tribu iuda.et de ſe
mine regio.⁊c̄.lxj.
D.cvj.E.
Daniel duabꝫ vicibꝫ miſſꝰ fuit
in lacũ leonũ.cl.D
Decẽ p̄cepta exponũť.xcvij.P
Decor dicit ꝯuenientiã colorꝭ
⁊ alioꝝ adiacentiũ.clxxxij.T
Delectatio praua parit ꝯſenſio
nẽ.ꝯſenſio actionem.⁊c̄.xlv.D
Deteſtatio pfecta peccati ē mo
dus ꝯuerſionis.q̄ ꝯſiſtit in tri-
bus.ix.X.
Deꝰ neminẽ requirit:ip̄m ad ſe
trahens:ſibiq; vniens ꝑ grãm
niſi querentẽ ip̄m.xxxvij.T.
Deus vocat pctõreꝫ q̄ttuor mo
dis.xlv.J
Deus pr̄ tradidit xp̄m ex ſum
ma beniuolentia.xp̄s ãt tradi-
dit ſeip̄m ex ſũma obedientia.
lxxxvij.X
Differẽtia eſt inter oblatões.li-
bamina.ſacrificia.holocauſta ⁊
pacifica.c.T. clvj.X
Diliges ꝓximũ tuũ ſic teipſum
exponiť multꝭ modis.clvj.M.
Diuina ꝓuidentia ſollicita eſt
circa ſuſtẽtatõeꝫ ſctõꝝ.lxvj.M.
Diuĩa nãa appellať forma mľ
tiplici rõne.clxx.y.

Ecclesia deſignať per mulierem
xciiij.K
Eccleſia hꝫ ꝑ virtutẽ xp̄i noui-
q; teſtamẽti ptãtem ⁊ efficaciã
ad q̄ttuor.cxxxv.E
Eccleſia capitur tribꝫ modis.
clxxxvij.H
Effectꝰ q̇ ꝯtingũt in h̄ mundo
depẽdẽt a duplici cã.xviij.M.
Effectꝰ diuine iuſticie q̇ eſt vin
dicta ſeu pena eterna.⁊ ĩterdũ

tempalis dr ira dei.lxxxviij. A.
cxxij. F clxxx. P
Egritudo grauiſſima pctī mul
tiplex eſt. xv. E
Elemoſine duplices ſunt ero
gande.xxj. R
Elemoſina ſpūal' pfert corpali
ſic ſpūs pfert corpi. Ibidem
Errores duo multū periculoſi
cliduntur.lv.y
Euangeliū dr teſtamentū no
uum.qre hoc.cxliij. M
Extinguit ſpūſſctūs qdrupl'r
ad modum ignis marerialis.
lviij.B

# Factor et

factꝰ dr xpus.qliter
hoc.clxxj.y.
Feria ſexta quare xps pati vo
luit.cxcv. U
In forma dei eſſe qd ſit. clxx. L.
Fornax babilonica mūdū iſtū
figat.clvj. S
Fornicatio ſimplex eſt peccatū
mortale.ꝛ hoc pt pbari ex mlt̄ꝭ
ſcpturis diuinis.lxxxviij. F.
Fraus eſt qdruplex. qdā noxie
deceptōis ꝛc.lxxxiiij. R
Fructꝰ ſex ſiue ſtipēdia pmittūt
ieiunātibꝫ.xxv. F
Fructus octo nobiliſſimi pctā
deſerēti pmittūt.xxvj.B
Fructꝰ ſctē pdicatōis.cxlviij.A
Furor ꝛ ira in do nō ſūt forma
liter.lxiij. I.lxxxviij. A.clxxx. P
Furor dr ira vehemens ꝛ bre
uis.clxxx. P

# Generoſus

g eſt animꝰ hoīs.ꝛ faci
lius ducitur qꝫ traha
tur.lvj.E.
Gētes diuerſe diuerſimode an
nū inciant.cc. F
Grata ſūme ꝛ ſūme accepta fu
it paſſio xpī deo pr̄i.clxxxiiij. A
Gezite loqndo ppē dicūt vēdi
tores ſpūaliū.xcj. E.

# Helias ha

buit ſpm̄ duplicem.ſ.
ad pphetandū ꝛ ad mi
racl'a faciendū.lxvij. P
Helyas licet eſſꝫ vir iuſtꝰ ꝛ ſan
ctiſſimꝰ:tamē gerit typū hoīs
pctōris in fuga ſua.lxvij. M
Helyſeo nato vna ex vitulis au
reis acute mugijt.ꝛ qd hoc por
tendebat.ꝛ multa alia inuenies
xc ꝛ.xcj.P. cxxx. T
Helyſeus ſignat deū prēm.vel
deū trinitatē.xciiij.K.
Holocauſta dicebant ppē que
erant de aialibꝫ qn cremabant
totaliter.c.T. clviij. L
Hō vt mereat diuinā bn̄dictio
onē qd reqrit.lxxxij. P.
Hoſtie carnales legis quō dice
bant offerri in odorē ſuauitatꝭ.
lxxxvj.L
Hoſtie dicebāt q offerebant p
hoſtibꝫ vīctꝭ l' vincēdis.cxxij. F
Humanū genus pter pctm̄ p
mi parentis fuit ouis a paſtore

ieiuncta ⁊c̄.xxxiiij. P
Humilitatē xp̄i extollit apl'us ex tribꝫ.clxx. X
Humilitas xp̄i q̄nta fuit.clxxj. A clxxxij. T

# Idolatra

Idolatra cultum deo debitū impendit ydolo: ita auar⁹ nūmo.lxxxviij. A
Idola habuerūt ortum a tempore Nini regis Aſſyriorum. cxlix. B
Ieiunam⁹ q̄m ieiunium multum valet.ꝓmo ad culpā expellendā ⁊c̄.j. B
Ieiunam⁹ q̄draginta diebꝫ. et hoc ꝓpter multa.j. A
Ieiunam⁹ ⁊ abſtinem⁹ illo tp̄e: nō illo tp̄e q̄ xp̄o ieiunauit. ⁊ rō eſt ad hoc.ij. D
Ieiunās a cibis in corꝑe ⁊ ordinat⁹ q̇d debeat facere.lix. D
Ieiuniū ꝙ ſit ſctm̄: ad hoc multa ꝯcurrunt.v. M.
Ieiunij ſalutarꝫ ⁊ deo acceptabilis optie ſūt ſocie deuota ōrō ⁊ elemoſinaꝝ largitio.xxj. R
Ieiunia triplicia iudei faciebāt xxiij. T
Ieiunium moyſi qđ fuit ī mōte ſynai ſeu oreb: ſignat ꝑlatoꝝ ieiunium.xliiij. G
Ieremias q̄ tp̄e ꝓphetare cepit. lxxij. E. cj. V. clxj. T
Ieremias īter oēs ꝓphetas veteris teſtamēti exꝑſſi⁹ gerit typū ſaluatoris.clx. L
Ieruſalem et ſyon accipiuntur q̄ttuor modis.cxxxviij. I
Incenſū appellat̄ q̄ñqꝫ thimiama odorꝫ.qđ offerebat̄ intra tēplū.clviij. X
Indigne q̇ manducat corpus dn̄i.cxciij. M
Infirmitas nll'a ꝑiculoſior eſt q̄ꝫ pctm̄ mortale.clxij. F
Ionas ꝓpha q̄re volebat ire in tharſis.cxliiij. G
Ioſeph fuit vndecim⁹ fili⁹ Iacob.natus in meſopotamia ſyrie. ⁊ multa alia ibidem dicunt̄ lxxiiij. D
Ioſeph allegorice ſignificat criſtum.lxxviij. I.
Ira ⁊ furor in deo nō ſunt formaliter. lxiij. I. lxxxviij. A. cxxij. F. G lxxx. P.
Ira dicitur paſſio animi longa vel breuis: nō tn̄ cum vehementia.clxxx. P
In iudicio pn̄ie hō ip̄e eſt iudex ſuꝗ̃pſi⁹ ⁊ ſue ꝯſcie.cxciij. G
Iuramentū dei q̇d ſit.cxxij. G.
Iuſticia xp̄i non valet adultis niſi ꝯcurrente eorum iuſticia. liij. A.

# Lachrima

Lachrimarum piaꝝ virtute fidelis anime purgatur impuritas ⁊c̄.xx. M
Lauāt lachrymę delictū: q̄d voce pudor eſt ꝯfiteri.xx. P.
Lectōes due legūt̄ ī die paraſceues: quare hoc.cxcvj. X.

Letania quare inſtituta ſit.
cxciiij. S
Lex eſt triplex.ſ.nature.moyſi.
ꝛ euangelij.xcvj. M
Lex cohibet manū:nō animum
intelligi dꝫ tm̄ ꝙ ad taxatōeꝫ pe
ne tꝑalis.xcvij. O
Libamina dicebant̄ ꝓpe ꝗ erāt
de materia liquida .vt de vino
ꝛ oleo.c. T
Loq̄t dn̄s aliqn̄ aſſertiue ꝛ abſo
lute.aliqn̄ ꝯminādo.cxxiij. D

Malum eſt
duplex.ſ.malū culpe
ꝛ malum pene.cxxij.
D. cxlviij. A
Malū cauet̄ dupl'r.cxxvij. O
Mala cena inuenitur quadru
plex.clxxxviij. I.
Māducatio triplex eſt corꝑis
dn̄i.clxxxvij. E
Māna lr̄aliter ꝛ allegorice q̄d
ſit.clxix. V
Mater eccl'ia inſtar rebecce ſil'
ꝯcepit plures filios ex ſcie icor
ruptibili ꝑ v̄bū dei.lxxxv. T
Mēorieact⁹ eſt duplex.xv. B.
Memorari iniurie non ꝓhibet̄
abſolute:ſꝫ ſolū ad vindicte ex-
petitōem.clv. P
Mēſtrui ꝓpetates male.l. P
Miracula ſolūmodo oꝑat̄ vis
diuia.attribuuntur tn̄ ſctis. qꝛ
ipi merētur vt fiant.xciij. I
Mirica q̄d eſt.ꝛ q̄d ſpūal'r ſig̃t
lxxiij. A.
Miſcōie oꝑa corꝑalia ꝛ ſpūa-
lia.xxj. R
Monarchie quatuor inſignes
fuerunt in mundo.lxviij. R
Moyſes ī ꝑcuſſiōe petre nō du
bitauit de dei potētia:nec de dei
miſcōia abſolute.cv. A
Mors xp̄i deo placuit.qꝛ volū
tate ſua paſſ⁹ fuit.ꝛ tn̄ actio cru
cifigentium deo diſplicuit.lxxx
vj. X
Mors eſt triplex.clxxj. F
De morte dn̄i q̄re nō ſolenniſat
eccl'a cum gaudio ſic̄ de morte
alioꝝ ſctōꝝ.cxcv. X
Mulier deſig̃t eccl'aꝫ.xciiij. K
Mundus pungit adherentes
ſibi.xlv. D
Murmurauert̄ filij iſrl' in de-
ſerto multotiēs.ciij. A.

Naaman al
legorice ſig̃t gentilē po
pulum.xcj. F
Naaman moraliter ſig̃t quem
cūqꝫ pctōrem.mortali pctō in-
fectum.xcij. B
In natiuitate dn̄i fuert̄ effuga-
ti latrūculi ſpūales.eruditi di-
ſcipuli dociles ꝛc̄.cxcviij. B
Naturalis ratio quid dictet
inter virum et mulierem.cxiij.
O.
Nature humane aſſumptiōem
admirabilē ꝛ ꝯmendabilē red-
dunt quatuor.clxx. Y
Nocte cōgruum temp⁹ fuit vt
ſacramentum euchariſtie inſti
tueret̄.clxxxix. K.

Notabilia multa poſſũt haberi ex lectione ferie ſexte poſt oculi .ſ. Conuenerunt filij iſrabel ꝛc. cv. D

Notitia in deo eſt duplex. q̃dã pure ſpeculatiua. alia practica. lxiiij. L

Nouũ teſtamentũ quare ſic dicaꝛ euãgeliũ. cxlij. O

Nũquid q̃s ſeruare legẽ poſſet abſq꜄ timore ſine pctõ. xcix. R

## Oblationes

Oblationes dicebanꝛ ꝓprie que erant de materia ſicca. vtpote de ſimila. pane et thure. c. T clviij. X

Oculi et aures nõ debẽt intelligi i deo ꝓprie ꝛ corꝑaliter ſicut in nobis. lxiiij. L

Operarij boni ſex conditiones xxxj. I

Opera bona ex genere: facta in peccato mortali ſunt omnino ſine vita. liij. X

Opa q̃ttuor ſoli deo conueniũt lxvij. P

Opus ſeruile dicitꝛ omne illd qd cultũ dei et quietem mentis impedit. c. G

Orabant iudei tribus horis in die. lxij. I

Orare debet quilibet xp̃ianus non ſolũ ꝓ ſeipſo: ſed etiam ꝓ toto xp̃iano populo. lxiiij. M

Oratio humilis q̃ꝫ ſit efficax ꝛ virtuoſa multis exemplis ꝓbatur. xx. P

Oratio qñ eſt efficacior ꝛ exauditione dignior. lxij. I

Oratione ſua helyas clauſit celũ ne plueret ꝛc. lxvij. P

Oratio ſancti viri ꝛ maxime ꝑlati qualis debet eſſe. cxxij. H.

Orans ꝓ alijs debet principaliter intendere vt ipſi peccatum deſerant. et deo ſine peccato ſeruiant. ciij. B

Origo oĩs iniurie q̃ verbo vel fctõ irrogaꝛ ꝓximo. eſt odium fraternum. clv. P

## Pacifica

Pacifica dicebantur proprie que offerebantur pro pace habita vel habenda vel cum deo vl' cũ hominibꝫ. c. T

Paſcua electoꝝ in preſenti vita ſũt q̃tuor. ſ. documenta ſcripture ꝛc. xxxv. O

Paſtor pius ſcꝫ dei filius veſte humanitatis indutꝰ q̃ſiuit ouẽ ſeiunctam ꝛc. xxxiij. P

Paraſceue quare dicatur. ꝛ q̃re non conficiatur corpus domini hac die. nec miſſa celebratur. cxcv. V

Phaſe. id eſt paſca. quare non celebrant criſtiani quando iudei. cciij. M

Peccator multum debet plangere. quia ꝑ peccatuꝫ multa dãna incurrit. iij. O

Peccatores vt deũ placare valeant: debẽt offerre deo quadruplex ſacrificiũ. v. L

Peccator incipiẽs digne peni-
tere anxiat̃ de q̃ttuor.xj.A
Peccatũ eſt inductiuũ auerſio
nis.excecatiuũ cognitõis.inq̇-
natiuũ affectiõis.eneruatiuum
virtutis.z ꝓcuratiuũ damna-
tionis.xiij.B
Pctã oĩa mortalia colligati-
ones impietat ꝫ moraliter pñt
intelligi.xxiiij.F
Pctã mortalia sũt q̃daʒ cathe
ne diaboli quibꝫ tenet ligatos
pctõres.xxvj.A
Pctm̃ mortale nõ ſolũ eſt aĩe
immũdicia:verũ etiã plaga du
ra.xcij.D
Peccant ꝫ inſolentia z pertina
cia cauſat̃ ex q̃ttuor.xlv.G
Penitens verꝰ ꝓmittit illa que
ad veram ꝯfeſſionem requirun
tur.xij.B
Penitentie magnã efficaciã ꝓ-
bant q̃ttuor.xlvj.L
Precepta decem exponuntur.
xcvij.P
Predicatio xp̄i et eccleſie fuit
ordinata ad multa.cxxxvj. F.
cxlviij.A
Predicatoris congruentia cui
debet iniungi officium predi-
candi.cxlv.T
Prelatꝰ eccleſie exemplo moy-
ſi debet interduʒ aſcendere ad
deum zc̃.xliij.E
Preordinata a deo ab eterno:
neceſſarie eueniũt nc̃citate cõſe
quentie:nõ ꝯſeq̃nt ꝫ.xviij.M
Probatio dei ſumit̃ in ſcp̃tura
ꝓ noticia ꝑfecta.clxxvij.L.
Propheta in ſcripturis ſacris
multiplr̃ dr̃.xciij.D
Prophetia ẽ duplex.xviij.M.
cxlvj.V

## Quadrage

Quadrageſimale ieiuniũ incipit
quarta feria.z rõnabi
liter.ij.D
Quaſi in multis locis ſcp̃ture
nõ eſt nota ſimilitudinis:ſʒ no
ta expreſſionis.clxxxij.V
Querentes digne dñm aſſecu-
rantur de aſſequendo fructum
xxviij.V
Quis fuerit ille dñs.z quõ lo-
cutꝰ fuerit.:ĩi dr̃.Dixit dñs ad
moyſen.xlij.L
Quis eſt iſte q̇ venit de edom.
exponitur.clxxviij.N

## Ratio natu

Ratio naturalis quid dictet in-
ter virum z mulierẽ.
cxiij.M
Regna q̃ttuor inſignia fuerũt
in mũdo que dicebant̃ monar-
chie inſignes.lxviij.R.
Regna duo precipua inter oĩa
regna fuerũt.cxliij.R
Religionis chriſtiane ſumma
in miſericordia z pietate eſt.
xxiiij.X
Remiſſio peccati eſt fructꝰ con
uerſionis.que quattuor inclu-
dit.x.Y.

# Tabula

Reſiſtũt ſpirituiſctõ impenitẽtes hoĩes ſic caro hũano ſpiritui tripl'r. lviij. L
Rex ſyrie allegorice ꝛ moraliter ſigt diabolũ. xcj. F. xcij. H
Roman⁹ põtifex in dñica letare excitat xp̃ianũ populũ ad honeſtũ ſolaciũ ꝛ ſpũale gaudiuꝫ verbo ꝛ facto. cxiij. P
SAcramentum altiſſimũ figuratũ ꝯgrue fuit ꝑ manna ꝓpter mlťa. clxix. V
Sacramẽtũ euchariſtie noluit xp̃s inſtituere in ꝓpa ſpecie. q̃re hoc. clxxxix. K
In ſacramẽto altar̃ oẽs ſenſus hoĩs deludunt preter auditum fidei. lxxxij. M
Sacrificia dicebant ꝓprie que erant de animalibus. c. T. clviij. X
Salomon q̇ interpretat pacificus xp̃m ſignificat. qui eſt pax noſtra. cxix. L
Sardanapalus monarcha aſſyriorũ ſeipſum concremauit. cxliiij. S
Scelera quattuor que merent quare de⁹ nõ ꝯuertat peccatorẽ ſunt hec. ix. S
Senſus quadruplex eſt ſcṗture. cxv. R
Senſus in actu ſuo intendit ꝑ quattuor. clxx. X
Sexta feria quare xp̃s pati voluit. cxcv. V
Signa octo bonitatis ſumme paſtoris tangunt. xxxv. P
Signa q̇nqꝫ diuine voluntat̃. lxx. Q
Symoniaci loquendo proprie dicunt emptores ſpiritualium xcj. E
Syon ꝛ hieruſalem accipiunt quattuor modis. cxxxviij. I
Species dicit elegantiaꝫ ꝛ debitam cõmenſurationem membrorum. clxxxij. L
Studia hominum ſunt ipſoꝝ interiores cogitationes. affectiones. ꝛ intentiões. cj. X
TEmptatio carnalis oritur in hoĩbus ex quatuor. ſ. ex impudico aſpectu ꝛc̃. cviij. D
Teſtamentum eſt ſacra ſcriptura publica ꝛ autentica: voluntatem teſtatoris mundo denũcians. ꝛ eſt duplex. cxlij. P
Torcular crux xp̃i intelligitur. clxxix. M
Tradidit de⁹ pater xp̃m ex ſũma beniuolentia. criſtus autẽ tradidit ſeipſũ ex ſumma obedientia ꝛc̃. lxxxvij. X
Tribulationes corporis tolerate cum patientia: ſunt mag̃ dilecte apud deum q̃ꝫ ſacrificia. clviij. Y
Tropologia pulcra de helyſeo et muliere ſunamite. cxxxj. Y
Tropologia pulcra de helya ꝛ muliere ſareptana. cxxxv. D

Veritas non eſt vbiq; dicenda. maxime cum auditores ad deteriora prouocantur. lxxvij. F.
Vetus teſtamentum quare ſic dicatur. cxlij. P
Victima dicebat̃ ſacrificiũ q̄d offerebat̃ p̱ victoria obtenta vł etiam obtinenda. clxxvj. J
Vie pctõꝝ ſũt montuoſe ⁊ ſcopuloſe ꝑ ſupbiã ⁊c̃. ix. L
Vie hominũ ſunt ipſorum exteriores opationes. cj. L
Vindicta dei eſt duplex. cxxij. F
Vita tota p̄ſens temp⁹ ẽ oportunũ ad querẽdũ dominũ et ad inueniendũ ipſũ. xxxvij. L
Viſitatio interna dei eſt p̄ncipium cõuerſionis. viij. R
Vocat de⁹ pctõrẽ quattuor modis. xlv. J
Voluntas dei ẽ duplex. lxx. V
Vſura quid ſit ⁊ quotuplex ſit lj. O. R. T.
Vtrũ Jſaias quãdo dixit regi Ezechie morte morieris fuit p̱phetice locutus. xvij. L
Vtrũ omnis prophetia ſit ſimpliciter ĩmutabilis. xvij. L
Vtrũ ſentẽtia dei ſit reuocabilis. xviij. L
Vtrũ vita hominis poſſit augmentari vltra terminum a deo conſtitutum, vel breuiari citra xviij. L.

# ¶ Quadrageſi

male eplāre dñi Bertrandi car-
dinalis devoti. ⁊ magiſtri ī theo
logia famoſi. ordis fratꝝ mioꝝ.

¶ Feria quarta in capite ieiunij
¶ Sermo primus. A

Hec dicit
dñs. Cōuertimi
ad me. ⁊c. Johel'
ij. Scdꝫ morē an
tiquū eccleſie in-
troductū a btō Petro ⁊ ab alijs
ſanctis apl'is quadrageſimal' ob
ſeruātia incipit in ſeqnti domini
ca que dr dñica ī quadrageſima.
Sicut em̄ ex geſtis bti Petri col
ligit ip̄e p̄imus inſtituit quadra-
geſimale ieiuniū ante paſcha ab
vniuerſo pp'lo obſeruari. Termi-
nat aūt ſꝫ quoſdā feria qnta ma-
ioris ebdomade. ſcilꝫ in cena dñi
vſqꝫ ad quā diē ſūt p̄ciſe quadra
ginta dies. Aug⁹. tñ in ſermōe p̄-
dicte dñice plane vult ꝙ termine
tur in die ſctō paſche. di. ꝙ qua-
drageſimal' obſeruātia hꝫ. xlij. di
es ſm numerū quadragita dua-
rū man ſionum quas fecerūt filij
iſrl' in deſerto. qꝺ nō eſſet verꝫ ni-
ſi vſqꝫ ad paſcha ꝓtenderet. Hoc
idē vult Grego. in omel'. eiuſdeꝫ
dñice dicēs ꝙ in iſta quadrageſi-
ma ſoluim⁹ deo decimā dierū et
tēpoꝝ. Jeiunam⁹ em̄. xxxvi. die-
bus q̄ ſūt decia ps toti⁹ anni. qui
hꝫ. ccc. lxvi. dies ⁊ aliqd pl⁹. Hoc
aūt nō eſſet verum ſi terminaret
quadrageſima in die ſancto cene.
Hoc etiā innuūt duo cap̄. de cō-
ſe. diſ. iij. Nō oportet. ⁊ nulli liceat.
Verꝫ eccl'ia volēs imitari Jeſum
xp̄m q̄ ieiunauit. xl. dieb⁹ Math.
iiij. addidit ſm ordinatiōeꝫ beati
Greg. p̄dicte quadrageſimali ob
ſeruātie iſtos quattuor dies q̄ ſūt
de qnquageſima. quorū prim⁹ ē
iſta quarta feria. ⁊ ſūt ieiunabiles
vt ſic quadrageſimal' obſuantia
habeat. xlvi. dies de abſtinētia. q̄
oīa ꝯgruūt ſacro myſterio. vt pa-
tebit. B ¶ Notandū ğ ꝙ ieiu-
nam⁹. ⁊. xl. dieb⁹ ⁊. xlvi. dieb⁹ ab-
ſtinem⁹. ⁊ hoc tp̄e qꝺ ſctō paſche
cōtinuat ieiunam⁹. Jeiunam⁹ āt
qm̄ ieiuniū multū valet. Primo
ad culpā expellendam. Marc. ix.
Hoc gen⁹ demonioꝝ nō eijcit ni
ſi in orōne ⁊ ieiunio. Scdo ad ḡ-
tiā ꝓcurandā. Exēplū de apl'is. q̄
ieiunātes illis dieb⁹ q̄ fuerūt iter
aſcenſionē ⁊ diē penthecoſ. merue
rūt accipe ſpm̄ ſanctū Actuuꝫ. ij.
Tertio ad veniā impetrādaꝫ ſeu
ꝓmerendā. Exēplū de niniuitis
q̄ ieiunauerūt ⁊ veniā ꝯſecuti ſūt
Jone. iij. Et de Achab q̄ ieiuna-
uit et dormiuit in ſacco. ⁊ veniaꝫ
ꝓmeruit. iij. Re. xxi. Quarto ad
penā euitādā. Exēplū in Heſter.
que trib⁹ dieb⁹ ieiūauit. ⁊ poſtea
ingreſſa ad regē reuocauit ſnīam
latā in iudeos. Heſter. iiij. Quin
to ad cordis ⁊ corpis mūdiciam
obtinendā. Exēplum in Daniele
⁊ ſuis ſocijs q̄ noluerūt comede-



LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

re de cibis regijs ne inqnarentur
Dañ.i. Sexto ad victoriã aſſeqn
dam tam corpalem q̃z ſpũalẽ. De
corpali exẽplũ habem⁹ in filijs iſ
rael q̇ poſtq̃z ieiunauerũt filioſ bẽ
yamin vicerunt Judi.xx. Exẽplũ
etiã in Judith q̃ ieiunauit omni
bus dieb⁹ vite ſue. Judith.viij.ꝛ
vicit Holofernẽ.ibidẽ.xi. De ſpi//
rituali habem⁹ exẽplũ in xpo qui
poſtq̃z ieiunauit diabolum vicit
Math.iiij. Septimo ad aĩaz il
luminandã. Exẽpluz in Daniele
qui poſtq̃z ieiunauit vidit viſiõez
dei Dañ.x. Exẽplũ etiã in Anna
ꝓphetiſſa. q̃ vacãs obſecratiõib⁹
et ieiunijs meruit videre chriſtuz
Luce.ij. Exẽplũ etiã in Paulo q̇
poſtq̃z fuerat ſine cibo et potu tri
bus dieb⁹: raptus fuit vſqz ad ter
tiũ celũ. Actuũ.ix. Jeiunandũ er
go eſt et abſtinẽdũ a cibis. quoni
am ꝓpter cibũ pmi parẽtes perdi
derũt paradiſuz. Beñ.ij.et.iij. Et
Eſau pdidit primogẽita ſua Ge//
neſis.xxv. Et Jonathas incurrit
penã a patre ſtatutã.i. Regũ.xiiij
Saliua etiã hoĩs ieiuni. vt dr. in//
ficit ſerpentẽ. ¶ Jeiunamus
etiã q̃draginta dieb⁹. ꝛ hoc ꝓpter
multa. Primo. qꝛ corp⁹ hũanum
ꝯpoſitũ eſt ex q̃ttuor elemẽtis. in
quo debem⁹ mot⁹ illicitos reſtri
gere quater decies. ducẽdo q̃ttuor
p.x. id ẽ obſeruãdo q̃ttuor euange
lia cũ decalogo legis. Scdo. qꝛ q̃
draginta dieb⁹ inundauit diluui
um q̃d ꝯleuit oẽz carnẽ. Beñ.vij
et nos debem⁹ ieiunare q̃ter deci
es: vt ĩ nob oĩs viciosa carnalitas
ſubmergat̃. Tertio. qꝛ filij iſrl' fu
erunt q̃draginta annis in deſerto
anteq̃z intrarẽt terrã ꝓmiſſiõis. ſi
cut ĩ pſal. dr. Quadraginta ãnis
offenſus fui ꝛc. ꝛ nos optz tot die
bus ieiunare vt in terrã viuenti//
um mereamur introire. Quarto
quia moyſes bis ieiunauit q̃tuor
diebus cũ debuit legẽ accipe. ſicut
dr Exo.xxiiij. xxxiiij. Et nos ſil'r
debemus totiens ieiunare vt lex
diuina in cordib⁹ noſtrꝫ inſcriba
tur. Quinto. qꝛ Helyas tot die//
bus ieiunauit qñ aſcendit ĩ mon
tẽ dei.iij. Regñ.xix. Sexto. qꝛ tot
dies fuerũt ad penitendũ dati ni
niuitis Jone.iij. Adhuc quadra//
ginta dies ꝛ niniue ſubuertetur.
Septimo. qꝛ xp̄s tot diebus ieiu
nauit ꝛ temptatorẽ vicit Math.
iiij. ꝛ nos ſimil'r vt diabolũ ſupe//
remus. ꝛ etiã qꝛ tot horis xp̄s fu//
it mortuus. ꝛ toto dieb⁹ cũ apl'is
fuit anteq̃z in celum aſcenderet. ꝛ
nos tot diebus debem⁹ ieiunare
vt moriamur pctõ. ꝛ tandẽ ad lo//
cũ glorie aſcẽdamus. Tot etiam
diebus purgabat̃ puerpera q̃ ma
ſculũ pepe rat Leui.xij. Et tot di
ebus vt dicũt philoſophi format̃
in vtero corpus maſcl'i. ꝛ nos tot
dieb⁹ debemus ieiunare vt mere
amur purgari a criminibus ꝛ for
mari ꝟtutibus. Dicit eñ eccleſia
ꝙ deus corpali ieiunio vicia com
primit. mentes eleuat. virtutes ꝛ
premia largit̃. Tot eñ diebus la
borando ꝛ mortificando corpora

debemus ꝯſiderare terram viuen
tiū vt ad iſtam pertingam⁹. Tot
eñ diebus filij iſrael miſſi a moy
ſe conſiderauerunt ꝓmiſſiōis ter-
ram Numeř. xiiij. Tot etiā dieb⁹
expectauit Noe poſtq̄ʒ tranſierat
diluuiū anteq̄ʒ apꝛiret feneſtrā Ge-
neſis. viij. Et tot diebus doꝛmi-
uit Ezech. ſuꝑ lat⁹ ſuū dextrum.
Ezech. iiij. Et noſ ꝺbem⁹ tot die
bus expectare in patientia vt ſic ꝑ
fecte apꝛiamus feneſtras aīe et e-
mittam⁹ coꝛuū. i. diabolū. Et tot
diebus debemus doꝛmire. i. quie
ſcere a pctīs. D ¶ Quadrageſi
male aūt ieiuniū īcipit q̄rta feria:
ꝛ rōnabiliter. qꝛ vt aliq̄ dicūt xp̄s
natus die dñico: incepit ieiunare
feria q̄rta trigeſimi pꝛimi āni eta-
tis ſue. ſcʒ ſtatim poſt baptiſmū.
Qđ q̄dem ꝑ regulas ꝯpoti ꝓbāt.
¶ Preterea ſi incepiſſet ante vel
poſt: nō eſſent ꝑciſe q̄dragīta dies
ieiunij vſq̄ʒ ad paſca. Rōnes etiā
ſūt allegoꝛice. qꝛ q̄rta feria voluit
vendi xp̄s ad moꝛtē nature. ꝛ noſ
tali die debem⁹ vēdi ꝑ ieiunādi ꝓ
poſitū ꝛ affligēdi coꝛp⁹ ꝓpꝛiuʒ ad
moꝛtē culpe. Vñ etiā hec ratio eſt
q̄re multi ieiunāt ſemꝑ q̄rta feria.
et alij abſtinēt a carnib⁹. quia tali
die fuit caro xp̄i vendita. ſicut īnu
itur ꝺ ꝯſe. di. iij. Dies etiā mercu
rij dr̄ a planeta mercurio. qꝛ ſm̄ a
ſtronomos illa die ſpēaliter viget
ſua influētia. Mercuri⁹ vero di-
citur medi⁹ currēs. currit eñ īter
lunā ꝛ ſolē. Eſt etiā vt fabulāť de
us eloquentie: ꝛ deus mercatoꝝ
Propter quod et tali die debem⁹
abſtinentiā noſtrā incipere: vt cur
ramus medij per viam. ſupple iu
ſticie que eſt infra ſolem. id eſt de-
um. ꝛ ſupꝛa lunam. id eſt mūduʒ
et vt concipiamus facundiam ad
confitendum peccatū. ꝛ ad laudā
dum deum. ꝛ faciamus peniten
tiam ad fugiendū infernū ꝛ mer-
cādū celum. ¶ Abſtinemus inſu
per quadraginta ſex dieb⁹. ſ. qua-
draginta dieb⁹ ieiunabilib⁹ ꝛ ſex
diebus dñicis. Et hoc q̄dem gra
tia ſacri myſterij. Nāq̄ʒ quadragi
ta ſex annis fuit fabꝛicatū templū
et inceptum. ſuꝑ. ſub Zoꝛobabel.
ſicut habeť in Eſdra. et diciť plāe
Johānis ij. Tot etiam diebus ſi
cut dicitur. ꝛ allegat magiſter hi-
ſtoꝛiaꝝ loco ꝑallegato fuit fabꝛi-
catuʒ coꝛpus domini. qđ non eſt
intelligendum de foꝛmatione. qꝛ
foꝛmatum fuit in inſtanti: ſed ſo-
lum de membꝛoꝛum diſtinctione
q̄ fuit facta in tot diebus. Et nos
tot diebus abſtinendo debemus
in nobis fabꝛicare templum do-
mino ꝛ foꝛmare nos non ſolū ad
hoc vt ſit in nobis vite ſanctitas:
ſed etiam pꝛo alijs claritas exem-
plans. ¶ Jeiunamus nihilomi-
nus et abſtinemus illo tempoꝛe:
non illo tempoꝛe quo chꝛiſtus ie
iunauit. Et ratio eſt ad hoc. Pꝛi
mo q̄dem. qꝛ hoc tempꝛe q̄ʒ maxi-
me motus libidinum in nob pul
lulant: pꝛopter quod ꝛ nos debe
mus eos moꝛtificare per abſtinē-
tiam. Scđo, qꝛ hoc tempꝛe creſcūt

ſeminū germine. ⁊ nos itaqȝ de-
bem⁹ ieiunare h̄ tp̄e vt in nobis
creſcāt v̄tutes ⁊ merita. ¶ Tertō
q̄ꝛ volum⁹ ꝙ infra noſtram abſti
nentiā includat̄ mors xp̄i ⁊ ei⁹ ſe
pultura. ⁊ ꝙ ad paſca xp̄i terminet̄
vt videlȝ xp̄o patiēti ꝯpatiamur
⁊ cū xp̄o ip̄o reſurgēte reſurgam⁹
¶ Quarto q̄ꝛ volum⁹ imitari fi-
lios iſrael q̄ volētes paſcha ſuuȝ
comedere: ſe affligebāt corꝑal'r. ſ.
mādūcando azima accincti reni-
bus. calciamēta habēdo in pedi-
bus. tenētes baculos ī manibus.
ꝯmedētes feſtināter. et cū lactucꝭ
agreſtibꝫ. Exo. xij. Que quaſi ali
q̄d ſpūale nob̄ innuunt q̄d debe-
mus ꝑficere vt digne verum pa-
ſcha q̄ð eſt corpus dn̄i comede-
re valeam⁹. ¶ His viſis ad
expoſitōem ep̄l'e veniam⁹. Ad cu
ius euidētiā ſciēdū ꝙ iſte Jobel
ꝓph'a fili⁹ phatuel fuit. q̄ ſolū ſm
Jerony. loquit̄ ad duas tribꝫ. ſcȝ
Jude ⁊ Beniamyn. qui etiaȝ ſm
eundē ꝓphetauit eiſdē tribꝫ. q̄b⁹
Oſee. ſcȝ in diebꝫ Ozie. Joathā.
Achaz. ⁊ Ezechie regū iuda. ⁊ in
diebꝫ Jeroboā filij Joas regꝭ iſrl'
In toto ſuo libro de quo ſumpta
eſt pn̄s lectio ꝑncipal'r q̄ttuor fa-
cit ad lrām. ¶ Primo em̄ cōmi-
nat̄ delinquētibꝫ de illo populo
tꝑalē penā infligendā. ſuꝑple p aſ
ſyrios quos vocat erucā. ⁊ p me-
dos ac perſas: quos vocat locu-
ſtā. ⁊ per macedones: quos vocat
bruchū. ⁊ p romanos q̄ p rubiginē
figurant̄. Hoc ꝟo facit a pricipio

libri vſqȝ ad iſtā p tē ſc'di capituli
Nūc ergo hec dicit dn̄s. ¶ Sc'do
diſſuadet euadentib⁹ et euadere
volētib⁹ virtualē pn̄iam. Et hoc
ab illa parte. Nūc hec dicit dn̄s.
vſqȝ ad iſtā eiuſdē. c. Zelat⁹ ē do
min⁹ terrā ſuā. ¶ Tertio ꝓmit-
tit penitētibꝫ corꝑalez ⁊ ſpūalem
abundātiā. a loco p̄dicto vſqȝ ad
q̄rtū cap̄. ¶ Quarto p̄dicit perſe
quētib⁹. ſup. populū ſuū finalem
et eternalē vindictā. ⁊ h̄ in tertio
cap̄. Ubi vid'r loq̄ ꝓph'a de iudicio
extremo. Iſta etiā itelligēdo my-
ſtice. quattuor liber iſte Jobel' cō
tinet q̄ debēt iſto die ipſi populo
xp̄iano p̄dicari. ſcȝ q̄ꝛtū ad delin-
quētes cōminatiōez tꝑalis pene.
nō ſolū corꝑalis. q̄ ſepe in hac vi-
ta ꝓpter pc̄tā infligit̄: ſȝ etiā ſpūa
lis. que eſt lapſus de pc̄tō in pec-
catū. ⁊ de paſſiōe in paſſionē. Si-
cut em̄ ad lrām poſt erucā venit
locuſta. poſt locuſtā bruc⁹. ⁊ poſt
brucū rubigo. Sic ſepe ꝑmitten
te diuina iuſticia venit in pc̄tōri-
bus poſt erucā luxurie: locuſta in
anis glorie. ⁊ poſt iſtā brucus ca
ſtrimargie. ⁊ poſt rubigo iracun-
die. Sic etiā eſt de paſſionib⁹ ꝙ
triſtant̄ pc̄tōres īmoderate de pn̄
ti aduerſitate. ⁊ gaudēt de p̄ſenti
ꝓſperitate. timēt etiaȝ īmoderate
futuꝝ malū. ⁊ ſꝑant futuꝝ bonū
et p iſta om̄ia bona ſpūalia in eis
ꝯſumunt̄. q̄ꝛ reſiduū eruce come
dit locuſta. ⁊c. Et dicit ille ꝓphe
ta in principio ſui libri. Nota ibi
gloſā diligēter. Quātū ad eua

dentes ⁊ euadere volētes p̄mittit
exhortatōem ꝟtualis pnīe. Et q̄z
tū ad penitentes ꝓmissionē ſpūa
lis influentie. Quātū vero ad fi
naliter impēitētes: p̄dictōez eter-
nalis vindicte. F ¶ Pn̄s aūt le
ctio q̄ ſumit̄ de ſecūda pte ꝓphe-
tie Johelis. q̄ illa die q̄ caput eſt
q̄dragesimal' ieiunij. et in q̄ in ſi-
gnū humiliatōnis cineres impo-
nūtur facieb⁹ et capitibus fideli-
um legit̄: ſic diuidi pōt. Primo
em̄ ip̄e deus per iſtuz ꝓphetā ſua
det efficaciter pctōribus peniten
tiā. dicēs. Cōuertimi. Scd̄o pro
mittit certitudinal'r penitētibus
indulgentiā. ibi. Zelat⁹ eſt domi-
nus terrā ſuā. Adhuc in prima p
te duo facit. Primo em̄ ſuadz de
us pniam p ſe ⁊ imediate. Scd̄o
per alios ⁊ mediate: p p̄latos ⁊ p̄
dicatores. infra Canite tuba. ⁊c.
Ulterius ī prima pte q̄tuor facit
Primo em̄ ꝯtra tranſgreſſionez
ſuadet efficaciter amaritudinē pe
nitētie. dicēte ꝓpha. Nūc hec di-
cit dn̄s. Cōuertimini ⁊c. Secun
do ꝯtra deſpatiōem ꝓpōit magni
tudinē ſue clemētie. ibi. Et cōuer-
timini ad dn̄m. Tertio ꝯtra pre-
ſumptōem innuit altitudinē ſue
iuſticie. ibi. Quis ſcit ſi cōuertat̄
Quarto ad pfectā placationē p̄ci
pit plenitudinē oblatōnis pie. ibi
ſacrificiū ⁊ liba. Prio em̄ ſuadet
amaritudinem pnīe. Et q̄ntum
ad ipam tangit q̄nq̄z. ſcz diuinuz
p̄ceptū. tempus oportunū. motū
arduum. terminū placidū. et mo

tum neceſſariū. Dicit ergo ꝓphe-
ta. Hec dicit dn̄s. cui neceſſarie ē
obediendū. vt ad obedientiā ſeq̄-
tur benedictio. que infra peniten
tibus ꝓmittit̄. ⁊ fugiatur maledi
ctio que ſupra per eundē ꝓphetā
eſt pctōrib⁹ cōminata. Ipe em̄ ē
ille dn̄s q̄ dicit Deute. xi. Propo
no in ꝯſpectu vr̄o hodie bn̄dicti-
onē ⁊ maledictōem. benedictōez
ſi obedieritꝫ mādatis dn̄i dei vr̄i
Et maledictōem ſi nō obedieritꝫ
⁊c. Ecce diuinū p̄ceptū de peni-
tētia faciēda. Chriſtuſ nāq̄z dn̄s
incipiēs p̄dicare dixit. Peniten
tiā agite ⁊c. Math. iiij. Quantū
ad temp⁹ oportunū agēdi pniaz
dic ꝓpheta. q̄zuis eccl'ia nō recitz
Nūc. Nā q̄zuis totū tps p̄ſentꝫ
vite ſit ꝯceſſum homib⁹ ad merē
dum ⁊ ad penitendū. p̄cipue ta-
mē temp⁹ q̄dragesimale ad h̄ eſt
ordinatū. De ipo em̄ d̄r. ij. Cor.
vi. Ecce nūc tps acceptabile. ec-
ce nūc dies ſalutꝫ. Quantū vero
ad motū arduū ſ̄bdit ꝓpha. Cō-
uertimini. i. a malo culpe plene ꝯ
timini. q̄ q̄dē verſio mot⁹ quidā
eſt ſūme arduitatꝫ. q2 aīa homi
nis eſt ſpūs vadēs ⁊ nō rediens.
in pſal. per ſe em̄ pōt in pctm̄ ca-
dere: ſz per ſe nō pōt redire. Pro
pter qd̄ dicit ꝓpha. Cōuerte nos
deus ſalutaris noſter ⁊c. in pſal.
q̄ſi diceret. niſi tu ꝯuertas nos: n̄
poſſumus ad te cōuerti. conuerti
mini g̃ vt ſup. cōuerſi nō patiami
ni q̄ ſūt cōminata: dicit glo. Jero
ny. Hiere. xviij. Si pniam egerit

gēs iſta a malo ſuo qđ locut⁹ ſū
aduerſus eā: agā ꝛ ego pniāʒ ſup
malo quod cogitaui vt facerē ei.
Cōuertimini igitˀ ꝛ agite pniāʒ ab
omnib⁹ iniq̄namētis vr̄is dꝛ Ez
zech. xviij. Sed ꝓpter terminuʒ
placidū addit ꝓpħa in ꝑſona dei
[ad me] in q̄ ſup. eſt plena ſecuri
tas ꝛ ꝑfecta q̇es. A deo igitur bō
auertitˀ ꝑ culpā: ꝛ ad ip̄m conuer
titˀ ꝑ pniam. ergo conuertimi ad
me Jere. iiij. Si cōuerteris iſrael
ad me ꝯuertere ait dn̄s. Propter
modū āt ſūme neceſſariū ad h̄ ꝙ
ſit vera pnīa ſubiūgit [ī toto cor
de vr̄o ꝛc̄]. ℌ Ubi ſciendū
ꝙ ille mod⁹ duo req̄rit. vicʒ q̄ꝛtū
ad affectū cordis totalitatē. ꝛ q̄ꝛ-
tū ad effectū carnis penalitatem
Propter primuʒ dic̄ [In to. cor.
vr̄o] ꝛ nō in ꝑte. vt ſup. vn̄a parſ
decˀ carni vel mūdo vel diabolo vl̄
idolis. ꝛ alia ꝑs decˀ deo. Sic dr̄
iiij. Re. xvij. ꝙ vnaq̄ꝙ gēs fabri
cata eſt deū ſuū. ꝛ nihilominˀ co
lebat dn̄ʒ. Et Helyas dixit filijs
iſrl̄. iij Re. xviij. Uſqꝫ q̄ claudica
tis in duas ꝑtes. ſi dn̄s ē de⁹: ſeq̄
mī eū ꝛc̄. totū em̄ cor vult de⁹ q̄
totū creauit ꝛ totū redemit. Un̄
Aug. in ꝑſona dei loq̄ns dic̄. Re
demi totū eū vt totum poſſidere
debeā. Cor hūanū hʒ q̄ttuor par
tes. ſcʒ q̄ttuor affectiōes. q̄ ſunt.
dolor. ꝛ gaudium. timor. ꝛ ſpes
Un̄ ille ad deū in toto corde con
uertitˀ q̄ de nullo dolet p̄ncipal̄r
niſi ꝙ deū offendit. De nll̄o gau
det niſi q̄ꝛ ad deū ſe cōuertit. Ni
hil timet niſi dei iuſticiaʒ. Nihil
ſꝑat niſi dei gr̄am ꝛ gl̄aʒ. Dicat
ḡ cuilibet nr̄m cū ꝓpħa in Pſal.
Clamaui in toto corde meo. ꝛc̄.
Propter ſecūdū addit [In ieiu
nio ꝛ fletu ꝛ plāctu. ꝛ ſcidite cor-
da vr̄a ꝛ non veſtimenta vr̄a ꝛc̄]
Ubi nota ad lr̄am ꝙ de⁹ h̄ inten
debat iudeos reuocare a ritu gen
tiliū ꝛ idola colētium. Cultores
nāꝙ idolorꝝ ꝯſueuerūt q̄ttuor fa
cere idol̄ ſuis. Offerrebāt ſolen-
nes hoſtias. ꝛ corā ipis comede-
bāt ꝛ bibebāt ſuꝑflue. ludebāt eti
am ꝛ tripudiabāt. ꝛ đ his tribus
legitˀ Exo. xxxij. vbi dr̄ ꝙ facto vi
tulo ꝯflatili obtulerūt holocau-
ſta ꝛ ſederūt mādūcare et bibere
et ſurrexerūt ludere. Adhuc ido-
latre qn̄ erāt in aliq̄ mag̃ dolore
ſcīdebāt veſtimēta ſua. ſic̄ ſcidit
iſte p̄nceps ſacerdotū Mat. xx-
vi. Ab iſtis q̄ttuor intēdit eos ad
lr̄am reuocare. Reuocat aūt eos
a ſuꝑflua cibi ꝛ pot⁹ ſumptōe. d.
in ieiunio. A ſolēni oblatōe. di. et
fletu. ꝛ ab īani exultatōe. di. ꝛ plā
ctu. Ab inutili oſtētatōe. di. ſcidi-
te corda vr̄a: ꝛ nō veſtimēta. Sci
dite di. dolorꝭ vehemētia. Mich.
iiij. Dole ꝛ ſatage filia ſyon q̄ſi ꝑ-
turiēs. Allegorice vo q̄ꝛtuʒ ad
oēs ꝟe penitētes dꝛ. Cōuertimini
in ieiunio. ſcʒ ad carnis mortifi-
catioñē. ꝛ fletu ad mētꝭ purificati
onē. q̄ꝛ lacrime lauāt delictuʒ qđ
voce pudor eſt confiteri ait Am-
bro. Et plāctu. ad doloris teſtifi-
catōem. ꝛ ſcidite corda corda vr̄a

ꝛc. ad ipiꝰ aīe groſā victimatōez
et acceptā deo oblatōem. qꝛ ſacri
ficiū deo ſpiritus ꝯtribulatꝰ ps.
Scidit̄ autē coꝛ doloꝝ gladio vt
virꝰ pcti exeat. ꝛ vt dīna lux hoī
appeat. In cuiꝰ figura velū tēpli
ſciſſum fuit Luc.xxiij. Pꝛochdo
loꝛ pene ſciſſe ſūt in paſſione xpi.
Math:xxvij. ꝛ pctōꝝ coꝛda: ſm
Grego. durioꝛa ſūt ſaxis q̄ ſcindi
ad pniam nolūt. De ieiunio vide
ſupꝛa in pꝛīcipio iſtiꝰ epl'e. De fle
tu ſatis īuenies īfra ī ſeq̄nti epl'a
H Circa planctū notaꝫ pec
catoꝛ ml'tū debet plāgere. qꝛ per
pctm̄ ml'ta dāna icurrit. Diabo-
lus em̄ ꝑ pctm̄ ſpōſū ſuū.ſ. deuz
ſubtrahit aīe ꝛ filiū eiꝰ vnigenitū
.i. ſpm̄ interficit. ꝛ caput ſuū. id ē
rōem eiꝰ ꝯterit. ꝛ oua ſua. i. meri-
ta ꝯtaminat ꝛ cōfrigit: ꝓpter que
pctōꝛ dꝫ plāgere. Sic ſpōſa q̄ per
dit placabilē virū. Sic mr̄ q̄ ꝑdit
vnigenitū. Sic draco cū eius ca
put ē ab elephāte ꝯtritū. Et ſicut
ſtrutio cū īuenit ouoꝝ dānū. Dr̄
em̄ q̄ inter rōnabilia maioꝛ ē plā
ctus mulieris plāgētis ſpōſum ꝛ
vnigenitū. Et īter greſſibilia ma
ioꝛ ē plāctꝰ draconis qn̄ elephas
eiꝰ caput ꝯterit cū plāta. Et īter
volatilia ē maioꝛ plāctꝰ ſtrutiōis
qn̄ oua ſua relicta in puluere cali
do inuenit a beſtijs ꝯculcata. De
bet ḡ peccatrix aīa plāgere ſic ſpō
ſa q̄ ꝑdit placabilē virū. i. deuz. q̄
eſt aīe legitimꝰ ſpōſꝰ. Vn̄ ſic dicit̄
aīe peccatrici Johel. i. Plāge q̄ſi
virgo accīcta ſacco ſup virū puber
tatis ſue. cui ſup. ī baptiſmo fidē
ꝯdiſti. ꝛ quē ꝑ pctm̄ amiſiſti. Dꝫ
etiā plangere ſic mr̄ q̄ ꝑdidit vni
genitū filiū. i. ſpm̄ q̄ ē hoīs vnige
nitꝰ. nō em̄ hꝫ niſi vnicū ſpm̄ q̄m
ei diabolꝰ interfic̄ ꝑ pctm̄. ꝓpter
qꝺ dr̄ aīe peccatrici Jerem̄. vi. Fi
lia ppl'i mei accīgere cilicio. ꝯſper
gere cinere. luctū vnigeniti fac ti-
bi plāctū amarū. Dꝫ vlteriꝰ plan
gere ſic draco ꝛ ſic ſtrutio. Si em̄
draco plāgit vehem̄tiſſime qn̄ ele
phas ſibi caput cōterit. ml'to ma
gis dꝫ plāgere pctōꝛ cuiꝰ caput. i.
rōem ꝑ pctm̄ diabolꝰ ſubuertit.
Si em̄ ſtrutio plāgit vehemētiſſi
me qn̄ inuenit oua ſua cōculcata
a beſtijs. ml'to magꝭ dꝫ plangere
cuiꝰ merita ꝛ bōa opa ꝯculcant̄ a
demonibꝰ ꝛ fructu priuant̄. Pro
pter h̄ dic̄ ꝟꝰ penitēs hec dno dā-
na cogſcēs Mich. i. Plāgā ꝛ vlu
labo. faciā plāctū velut draconū ꝛ
luctū q̄ſi ſtrutionū. Dicat ḡ quili
bet veſtrum dn̄o illꝺ Job. x. Di-
mitte me dn̄e vt plangā paululū
doloꝛē meū ꝛc. Sic igit̄ ſuadꝫ no
bis dn̄s cōtra trāſgreſſiōis amari
tudinē pnie ꝛc. I Dein̄ ꝯtra
deſperatōem: ne ſup. ꝓpter pctōꝝ
turpitudinē ꝛ multitudinē deſpe
remꝰ: pꝛoponit nobis pꝛopheta
magnitudinem diuine clementie
dicens [ Conuertimini ad domi
num deum veſtrū ] Ad dominuz
dico. qꝛ ſūme potēs, deū qꝛ ſūme
ſciēs. dicit̄ ei deus a theaſte quod
eſt omnia conſiderare: ſm Dam̄.
vr̄m. qꝛ ſūme clemēs. Cōuertimi

dico ꝓpter ſũmũ cõmodũ qꝺ ſeq-
tur iſtã cõuerſionẽ.qꝛ cõuerſi de-
um vident Joh.xx. Maria con-
uerſa vidit ihm. Videtes gaudẽt
Joh.viij.vidit ⁊ gauiſus ẽ.gau-
dentes currũt Joh.xx. Johes pꝛe
gaudio pͨcucurrit citi⁹ pe. Cur-
rẽtes nõ offendũt Prouerbi.iiij.
Currẽs nõ habebis offendiculũ
Nõ offendẽtes ꝯpͨhẽdũt.i.Coꝛ.
ix. Sic currite vt ꝯpͨhendatꝫ Cõ
pͨhendẽtes tenẽt Eſa.li. Gaudiũ
⁊ leticiã obtinebũt. Tenẽtes non
amittũt Cañ.iij. Tenui euꝫ nec
dimittã. Et hec oĩa bona ꝓueni-
unt ex debita ꝯuerſione ad deuꝫ.
ad quẽ ſecuri poſſum⁹ cõuerti.vt
dicit ꝓpha [ qm̃ benign⁹ ẽ ] ſup.i
ſpirãdo pniam. Ro.ij. Benigni-
tas dei ad pniam te adducit.[ et
miſericoꝛs ] ſup.offenſam remit
tẽdo ⁊ in grãm recipiẽdo. Lu.xv
Cũ adhuc lõge eſſet vidẽs filiuꝫ
pr̃ ipſius miſcꝺia motus eſt.et ac
currẽs cecidit ſup̃ collũ eius. ⁊c.
[ patiẽs ] ſup.ſniam differẽdo et
emendã expectãdo. Roꝛ.ij.dixit
apl's pctõꝛi. Diuitias dei bonita
tis patie ⁊ lõganimitatꝫ ꝯtẽpnis
[ ⁊ multe miſcꝺie ] culpã indulgẽ
do ⁊ veniã cõdonãdo.ij. Paralip
vlti. Tu es lõganimis ⁊ mlˀtum
miſericoꝛs.et Ecci.ij. Scꝺꝫ ma-
gnitudinẽ dei.ſic ⁊ miſcꝺia eius
cũ ipo [ ⁊ pͨſtabilis ſup malicia ]
ſup.penã debitã relaxando. Ma
licia em̃ hic nõ ſumitᷣ ꝓ culpa.ſed
ꝓ pena. Juxta illud Math.vi.c.
Sufficit diei malicia ſua. Unde

Jerony.ĩ oꝛiginali dicit ſic. Pꝛe
ſtabilˀ eſt de⁹.i.penitẽs ſup mali-
cia.qꝛ penã debitã nõ infligit pe-
nitẽtib⁹.ſꝫ eam relaxat. vt ſi nos
egerim⁹ pniam ſup pctis noſtris
penitebit ⁊ ipm̃ ſue cõminatõis.
vt ſup.cõminata mala nõ inferat
nobis. Juxta illꝺ Hierem̃.xviij.
Si pniam egerit gẽs illa a malo
ſuo.agam ⁊ ego pniam ſup malo
qꝺ cogitaui vt facerẽ ei dicit dñs
Vel [ Preſtabilˀ ſuper malicia ]
malũ in bonũ cõmutãdo. Tunc
em̃ ꝓpꝛie eſt pͨſtabilˀ ſup malicia:
qñ bonitas illius maioꝛ eſt effe-
ctiue in penitente qꝫ eſſet malicia
eiuſdẽ.qꝺ eſt marie qñ miſericoꝛ-
dia dei coopatᷣ pctõꝛi in bonum.
Juxta illꝺ Roꝛ.viij. Oĩa coope
rantᷣ in bonũ.etiã lapſus in moꝛ-
tale.dicit glo. qꝛ faciẽte dei miſeri
coꝛdia ſepi⁹ foꝛtioꝛes reſurgunt.

k ¶ Cõſeqñter ꝯtra pͨſumptio
nẽ innuit ꝓpheta altitudinẽ diui
ne iuſticie.d. Quis ſcit ⁊c. Sicut
em̃ q̇ deſpat offendit diuinã miſe
ricoꝛdiã.nimis timẽs diuinã iu-
ſticiã.ſic q̇ pͨſumit offendit diui-
nã miſericoꝛdiã.ac per h̄ negligit
pniam nimis ꝯfidens in dei mi-
ſericoꝛdia.ꝓpter qꝺ deſcripta ma
gnitudine diuine clemẽtie contra
deſpatõem.hic ne hõ nimis confi
dat ⁊ pniam negligat innuit ma
gnitudinẽ ſeu altitudineꝫ diuine
iuſticie.quã nemo de lege cõi põt
per certitudinẽ ſcire.ꝓpter qꝺ ne
ceſſe hꝫ q̇ peccauit pniam facere ⁊
in pnia pſeuerare. Uñ dicit ꝓphe

[ Quis ſcit ſi ꝯuertat᷑ ] ſup. deus
ab ira ad miſcdiam. q. d. null⁹ per
certā ſciam. lꝫ de h̄ poſſit hr̄e con
iecturā. Eſa. xl. ⁊ Roꝛ. xi. Quis
cognouit ſenſum dn̄i. Sꝫ contra
vid̄r ꝙ hoc poſſit ſciri: Zach. i. di-
cit deus. Cōuertimī ad me ⁊ ego
cōuertar ad vos. Rn̄deo ꝙ verū
eſtꝙ deus cōuertat᷑ ad eū qui per
fecte ſe cōuertit ad ip̄m. Sꝫ ꝙ a-
liq̄s ꝑfecte ad ip̄m ꝯuertat᷑ nemo
pōt ſcire ꝑ certitudinē. niſi ſibi re
uelatū fuerit. [ et ignoſcat deus ]
ſup. indulgēdo culpam. Jone. iij
Quis ſcit ſi ꝯuertat᷑ ⁊ ig̃ſcat de⁹
et reuertat᷑ a furoꝛe ire ſue. et non
peribim⁹. q. d. ſciri nō pōt. qꝛ nō
fit remiſſio culpe ſine infuſiōe g̃-
tie. Nemo aūt ſcit ſe eſſe ī gratia
dei. Eccēs. ix. [ et relinq̄t p⁹ ſe bn̄
dictōeꝫ ] q̄ſi di. q̇s ſcit ſi de⁹ poſt
ſe. i. poſt flagellū ſue vltiōis relin
quat benedictōem. i. remiſſioneꝫ
culpeꝛ relaxationē pene. q. d. ſciri
non pt̄, qꝛ deus aliqū incipit fla-
gellare pctōꝛem. nec ceſſat vſqꝫ in
ſempiternū. Sicut fuit in phara-
one. Antiocho. ⁊ Herode. Vl' po
teſt h̄ exponi de abūdātia bonoꝝ
tp̄aliū. vt ſit ſenſus [ ⁊ relinq̄t p⁹
ſe ] id eſt poſt ſuā remiſſionē [ be-
nedictōem ]. i. abundātiā bonoꝛū
tp̄alium. Sic em̄ fuit antiquus
modus loq̄ndi. i. Reg. xxv. dixit
illa Abygail ad Dauid. Suſci-
pe bn̄dictōꝫ quā attulit tibi ancil
la tua. Et certe h̄ ſciri nō pōt. qꝛ
ſepe penitētes viuunt paupes ⁊
iopes vſqꝫ ad finē ⁊ vſqꝫ ad moꝛ
tem. Conſequēter ad ꝑfectam
dei placatōem ſuadet plenitudi-
nē oblatiōis pie. di. ſacrificiū. q̄ſi
di. nō ſolū opꝫtet coꝛda ſcindere ⁊
ſingultib⁹ ac ſuſpirijs plāgere. la
crimas emittere. ⁊ coꝛp⁹ ieiunijs
affligere: ſꝫ etiā vt deū ꝑfecte pla-
care poſſitis opꝫtet vos offerre [ ſa
crificiū ⁊ libamē dn̄o deo veſtro ]
ſacrificiū fiebat ꝺ ſolidis. libamē
de liq̄dis. de quibꝫ Jobel' p̄mo.
Sacrificiū ⁊ libamē perijt de do
mo dn̄i. Dn̄o dicit: quē debemus
metuere ꝓpter potentiaꝫ. deo cui
debem⁹ acq̇eſcere ꝓpter ſapienti
am. vr̄o. quē debem⁹ diligere ꝓ-
pter clementiā. Notandū
aūt ꝙ pctōꝛes vt deū placare va
leant: debēt offerre deo q̄druplex
ſacrificiū. ſ. mētale. qꝺ ē ꝯtritio. ꝺ
q̄ in pſal. Sacrificiū deo ſpūs cō
tribulat⁹. Scd̄o vocale. qꝺ ē or̄o
et dei laudatio. De q̄ in pſal. Im
mola deo ſacrificiū laudꝭ. Tertiō
reale. q̄d eſt elemoſynaꝝ largitio.
De q̄ xp̄s Math. ix. Miſericoꝛ
diā volo ⁊ nō ſacrificiū. ſup. lega-
le. Quarto coꝛꝑale. q̄d eſt carnis
afflictio. De q̄ Roꝛ. xij. Exhibea
tis coꝛꝑa veſtra hoſtiā viuētē ⁊c̄.
Et certe qꝺlibet iſtoꝝ ſacrificio-
rū eſt illud de q̄ in pſal. Sacrifi-
cate ſacrificiū iuſticie ⁊c̄. Cōſe
quēter poſtq̄ꝫ de⁹ ꝑ ſe ⁊ īmediate
ſuaſit pctōꝛib⁹ pn̄iam: h̄ fac̄ hoc
idē ꝑ alios ⁊ mediate. i. p̄cipit p̄-
latis ⁊ p̄dicatoꝛibꝫ vt pctōꝛes ad
pn̄iaꝫ exhoꝛtēt᷑ dicēs. [ Canite tu
ba in ſyon ] ⁊ qm̄ or̄one deuota

p̄dicatio ꝛ exhortatio fit efficacioꝛ
vbo hic duo facit. Prio q̄dē horta
tur eoſ ad p̄dicādū. Scdo ad orā
dū. ibi. Inter veſtibulū et altare.
Circa p̄dicatōez tāgit q̄nqꝫ. ſcꝫ a-
ctū. locū. obiectū. ppl'm ſeu audi-
toriū. fructū ſeu finē intētū. Pro
pt̄ p̄mū. ſ. actū p̄dicatōis di. Cāi.
tuba. i. apte predicate. vt ſup. vos
audiāt ꝛ p̄parent̄ oēs. Ezech. vij.
Cāite tuba. p̄pet̄ oēs. ꝛ Eſa. lviij.
q̄ſi tuba exalta vocē tuā. Et cer-
te p̄dicatio vbi di ꝯpat̄ cātui ſeu
voci tube. Vox enī tube eſt aīa-
tiua ꝛ terribil'. vtunt̄ em̄ hoīes tu
ba in p̄lijs ꝛ in publicis iuſticijs.
Eſt etiā ꝯſolatiua ꝛ delectabilis.
vtunt̄ em̄ hoīes tuba in nuptijs
et cōuiuijs. Sic et p̄dicatio verbi
dei hoīes terret qn̄ eſt de dei iuſti
cia. Ipos aīat qn̄ ē de ſpūali pu-
gna. hoīes cōſolat̄ qn̄ ē de dei cle-
mētia. Et ipos ſūme delectat qn̄
eſt de eterna gl'ia. Adhuc ſic tuba
ex pte tubicinis ē ſtricta. ex parte
alioꝝ eſt lata. Sic p̄dicatio exigit
vt p̄dicatoꝛ circa vitā ſuā ſit auſte
rus. ꝛ circa alios benignꝰ. Unde
Cr. ſup Mat. dic̄ ita plato eccīe
Circa vitā tuaꝫ eſto auſterꝰ. cir-
ca vitā aūt alioꝝ benignꝰ. Audi-
ant te hoīes pua mādātē ꝛ g̃ndia
faciētē. M ¶ Propter ſecūduꝫ
ſcꝫ locū p̄dicatōis addit [ in ſyō ]
Ad l'am. Syon erat locꝰ p̄dicati
oni cōueniēs. Erat em̄ mōs q̄dā
eminēs toti ciuitati ierl'm: in quo
erat domꝰ regia: ꝛ iuxta quē etiā
erat tēplū dn̄i. ꝛ ſig̃t ſctām eccīaꝫ:
extra quā nō ſic cōueniēter p̄dicat̄
verbū dei. qꝛ vt dr̄ Eſa. ij. De ſyō
exibit lex ꝛc. Propter tertiū vero
ſcꝫ obiectū p̄dicatōis ſubdit [ ſcti
ficate ieiuniū. i. ſctm̄ ꝛ hoīm ſan-
ctificatiuū aſtruite vr̄is ſermoni
bus ieiuniū. h̄ em̄ eſt obiectū con
ueniēs ꝛ materia p̄dicatōis. Pri
ma die. xl. ſctificare ieiuniū. Ieiu-
niū em̄ eſt ſctm̄ effectiue. i. eſt ho-
minū ſctificatiuū. Eſt em̄ lāguē-
tis aīe medicina. ¶ Notādū āt ꝙ
ad h̄ ꝙ ieiunium illo mō ſit ſctm̄
multa cōcurrūt q̄ oīa fuer̄t i xp̄o
exēplariter oñſa. Primū ē cordis
mūdicia. Chriſtꝰ em̄ priꝰ fuit ba
ptiſatꝰ q̄ꝫ ieiunauit. Matth. iiij.
Secūdū ē intentio recta. vt ſcꝫ ie
iunet̄ ſola intētiōe placēdi deo. vn̄
xp̄s fuit ductꝰ ad ieiunādū a ſpū
ſctō. nō habuit aliq̄d aliud moti-
uū. Tertiū ē abſtinētia pfctā. vt n̄
ſolū ieiunet os a cibis: ſꝫ etiā lin-
gua a vbis. oculi ab aſpectibꝰ va
nis. ꝛ ſic d̄ alijs mēbris. pp̄ter q̄d
xp̄s ieiūare voluit i d̄ſerto. Quar
tū ē hoſtiū victoria. xp̄s em̄ pꝰ ie-
iuniū tēptatorē vic̄. et certe tp̄e ie
iunij dꝫ hō armari ſpūaliter ꝯtra
hoſtes. qꝛ ipꝫ tūc maxie ipugnāt
Et ve ſi hec. iiij. ꝯcurrāt i ieiunio:
aderit ꝛ q̄ntū. ſ. āgeloꝝ miſteriū.
Sepe em̄ legimꝰ angelos mini-
ſtraſſe ieiūātibꝰ. ſic Helye. iij. Re
gū. xix. ſic Heliſeo. iiij. Regū. vij
ꝛ ſic xp̄o. mat. iiij. Propter q̄rtuꝫ
. ſ. p̄dicatōis auditoriū: ſubiūgit.
[ vocate ce. ꝯgre. po. i. ſm̄ glo. ma-
iores ꝛ miores. Per cetū ei itelli

git maiores. de qb⁹ fiebat ꝯgrega
tio q̄ dicebať cet⁹. Vñ ĩ lege dice-
bať ſolēnitas cet⁹ qñ ĩ mēſe. vij. cõ
gregabāť maiores vt ordĩarēt de
collcā ꝑ paupib⁹ faciēda. Le. xxiij
ꝛ Deuť. xvi. Et certe iſti dñt voca
ri ad audiēdū v̄bū dei. ꝛ q̄ꝛ forſan
pl⁹ q̄ꝫ alij ĩdigēt: ꝛ q̄ꝛ exēplo eoꝝ
mĩores hūili⁹ audiūt v̄ba dı. Per
ppl'm āt ĩtelligit mĩores q̄ ēt dñt
vocari ad p̄dicatiōꝫ. q̄ꝛ ipi ĩ pluri
b⁹ igrāt nccāria ſaluti Neem. viij
dr̄ q̄ cõgregata ē oĩs multitudo
ppl'i. q. vir vn⁹ ꝛc̄. ꝛ tunc eſdras le
gē expoſuit. Auditores v̄bi dı ſūt
oēs gñal'r q̄ ſūt ex p̄te dei Jo. viij. q̄
ex deo ē ꝛc. ¶ Propter q̄ntū
v̄o. ſ. ꝑpter p̄dicatōis fructū ſeu fi
nē intētū adiūgit [ſctĩfi. ec.] vbi
ſciēdū q̄ finis maxĩe p̄dicatiōis ĩ
xl. ē ſcĩficatio ſeu purificatio eccĩe
Et qm̄ eccĩa ē cõgregatio fideliū
ĩter q̄s q̄dā ſūt ſenes. q̄dā pueri ꝛ
q̄dā mediocres q̄ vacāt opi nupti
ali. ꝛ oēs ſūt vocādi ꝑ ſctĩficatiōe
eccĩe: iō dic̄ dñs p̄dicatorib⁹. ſctĩ.
eccĩaꝫ. i. indicite ſctĩtatē eccĩe. vel
facite vr̄is ſmōib⁹ vt ſanctificeť
eccĩe. De moyſe eī dr̄ Exo. xix. q̄
deſcēdit de mōte ꝛ ſctĩficauit ppl'ꝫ
Et qm̄ eccĩa mľtas cõtĩet pſōas:
idcirco addit [coadunate ſe. ſ. ad
ſctĩficādū. Senes ēt dic̄ glo. ñ tā
etate q̄ꝫ ſapĩa. Job. xij. Jn ātiq̄s ē
ſapĩa. ꝛ Sap. iiij. Etas ſenectutꝫ
vi. ĩma. [cõgregate puu. ꝛ ſugen.
vbera] . i. illos q̄ nõ hñt annos di
ſcretiōis. ſiue ſint lactātes ſiue ab
lactati [Egrediať ſpõſus de cubi
li ſuo, ꝛ ſpõſa d̄ thalamo ſuo] ita

q̄ neq̄ ſpõſus: neq̄ ſpõſa vacent
carnali cõmercio. ſed oēs ſint ĩ ca
ſtitate. Vñ Jerony. in originali.
Jn tp̄e ſanctificatōis eccleſie ꝛ ie-
iunij nõ ſeruiāt nuptiali opi. q̄ꝛ vt
dr̄ Eccs. iij. Temp⁹ eſt amplexā
di. ꝛ tp̄s longe fieri ab amplexib⁹
Fruſtra enĩ. dicit Jerony. loquēs
d̄ coniugatis. agit penitentiā qui
nõ ſeruat caſtitatē. Sed videť q̄
puer et q̄ nõ habet vſum liberi ar-
bitrij ñ deberēt vocari ad iſtā ſctĩ
ficatōꝫ. Dic̄ an̄d. vocāť: vt ipoꝝ ĩ
nocētia placet deum. Vel poteſt
dici q̄ vocanť: vt per ipos magis
alij excitenť. Sicut dicıť. ij. Pa-
ralip̄. xx. q̄ omnis iuda ſtabat co
ram dño cum paruulis ꝛ vxori-
bus et liberis ſuis. ¶ Notanduꝫ
autē q̄ per ſenes poſſunt intelligi
p̄ſidentes. et per paruulos conti-
nentes et innocētes. per ſponſum
et ſponſam coniugati et nubētes
qui oēs debent vocari ad ſanctifi-
cationē eccleſie: et maxime in qua
drageſima. De q̄ dicit Gregoř. q̄
deus eccleſiā ſuam q̄drageſimali
obſeruatōe purificat. Legitur em̄
in geſtis eiuſdem Grego. q̄ in il-
la ſolenni letania quā inſtituit or
dinauit ſeptem choros preceden
tiū. Jn p̄rio erāt clerici. Jn ſcđo
monachi. Jn tertio monache. Jn
quarto pueri. Jn q̄nto laici. Jn
vi. vidue. Jn ſeptimo coniugate.
D ¶ Poſt predicatōem indici
tur p̄latis eccleſie oratio. vñ dic̄ ꝑ
pheta [Inter veſtibulum ꝛ altare
plorabant] h̄ ĩſtruimur q̄ꝫtuꝫ ad

oratione͂ de duob⁹. ſcꝫ de orandi
loco ⁊ orandi modo. ibi. ⁊ dicēt.
¶ Quātū ad primū ſciendū: ꝑ-
ut gloſa innuit ꝙ inter duo alta-
ria. ſ. holocauſtoꝝ. q̄d erat iuxta
templū. ⁊ incenſi q̄d arat interi⁹:
erat q̄dā portic⁹. ⁊ in quadā par-
te illi⁹ portici erat q̄dam loc⁹ vbi
ſe induebāt ſacerdotes. ꝓpter q̄d
dicebat̄ veſtibulū. Uel ſm̄ magi
ſtrū in hiſtorijs: tota illa portic⁹
dicebat̄ veſtibulū. Inter porticū
aūt illam ⁊ altare incēſi erat ali-
q̄s loc⁹ ſecret⁹ vbi orabāt ſacer-
dotes. ⁊ de illo loco eis ī dicit̄ ꝙ
plorent ibi. vn̄ dicit [ Inter veſti-
bulū ⁊ altare plorabāt ſacerdoteſ
miniſtri dn̄i ] .i. q̄ ſūt deputati ad
miniſteriū dn̄i in tēplo exercēdū
Plorare aūt debēt ſacerdotes ſpe
cialiter ꝓ ſuis ⁊ ꝑpli criminib. ⁊ vt
ſuo ploratu ꝑpl'm ad plorandū
excitent. Et q2 ſepe ꝓpter pctā ſa
cerdotū popul⁹ affligit̄ Un̄ Gre
go. in Omel'. Ex pctō ſacerdotū
populi turba ꝓſtrata eſt. Ipi em̄
auctores pctōꝝ ſepe exiſtūt ꝑplo.
q2 faciente ipoꝝ negligētia non
erudit̄ ad vitā. ¶ Quātū aūt ad
ſcd̄m ſcꝫ orādi modū dicit ꝓpha
[ Parce dn̄e parce ppl'o tuo: ⁊ ne
des ⁊c̄. ⁊ hic inſtruit eos. primo
vt implorēt diuā miſcdiaꝫ. ſcd̄o
ꝙ allegēt exauditōnis cām. ibi. q̄
re em̄ dicūt ⁊c̄. dicit gl'. [ ⁊ dicēt ]
ſupple ſacerdotes orantes et plo
rantes [ Parce dn̄e parce popu-
lo tuo ⁊c̄. Debent nanq̄ ꝑmo di
cere parce. pro ſeipis. ⁊ ſcd̄o par
ce pro alijs. Hebreo. v. dicitur:
Quēadmodū pontifex offert pro
ſeipo. ita debet offerre ⁊ pro popu
lo. Uel parce. primo: indulgēdo
culpam. ⁊ parce ſecūdo: remittē-
do penam. [ Et ne des heredita-
tem tuā ] .i. ad litterā populū iſ-
rael: quē quaſi hereditatē tibi ap
propriaſti. Deutero. ix. Dn̄e de⁹
ne diſperdas populū tuū: ⁊ here
ditateꝫ tuā quā redemiſti in ma
gnitudine tua. [ in obprobriuꝫ ]
id eſt in captiuitatē hoſtiū ⁊ ſer-
uituteꝫ. Hiere. xiiij. Ne des nos
in obprobriū ꝓpter nomen tuū:
[ vt dominent̄ eis nationes ] id
eſt chaldei perſe et medi greci et
romani. quos idem ꝓpheta voca
uit erucā ⁊ locuſtam. bruchū et ru
biginē in principio libri ſui. De
iſtis nationib⁹ dicit̄. i. Mach. 3.
Ecce nationes cōuenerūt aduer-
ſuꝫ nos vt nos diſperdant. Sic
igit̄ monet eos inuocare diuinā
clementiā ſiue miſericordiā. De
inde monet eos allegare exaudi-
tionis cauſā. vt ſic dicāt dn̄o [ q̄re
dicunt in ppl'is ] .i. q̄re dicent po
puli ſiue natōnes ꝑdicte de filijs
iuda et benyamin cum ipſos ca-
ptiuos duxerint [ vbi eſt de⁹ eo-
rū ] de q̄ ſup. tātū iactabāt ⁊ in q̄
tātū ↄfidebāt. vl' dicēt ꝙ ſit impo
tēs ad liberādū eos. ſic dicebat il
le Eſa. xxxvij. Nō te decipiat de⁹
tu⁹ i q̄ ↄfidis. d. nō tradet̄ ierl'm
i ma⁹ reg̃ aſſirioꝝ. q̄ dn̄e ꝑce ⁊c̄.
nec ſic blaſphe. ↄ te. h̄ ei tu debeſ
facere ne forte dicāt i gētib⁹ vbi

eſt deus coꝝ. Pſal. P ¶ Se-
quitur ſcd̾a ps hui⁹ epiſtole princi
palis: in q̄ poſtq̄ȝ de⁹ ſuaſit pctō-
rib⁹ pniam: hic ꝓmittit peniten-
tib⁹ indulgētiā: dicēs [Zelat⁹ eſt
dn̄s] Et tangit tria. ſ. indulgētie
motiuū. indulgētie donū. ⁊ idul-
gentie ſignū. Propter primū di-
cit [Zelatus eſt dn̄s terrā ſuam]
id eſt populū ſuū. zelo. ſ. amoris.
quo ſup. ſꝑ pungitur. Juxta illud
Pſal. Zelus dom⁹ tue comedit
me. q̄ ſup. vult ei bn̄facere. q̄ȝuis
pctā cōmittat. Eſaye. ix. Zel⁹ dn̄i
exercituū faciet hoc. ⁊ q̄ etiā pro-
pter pctā corripit ipm̄. Exod. xx.
Ego ſum dn̄s de⁹ tuus fortis ze-
lotes: viſitans iniq̄tates patruȝ
in filios. Certe hic amor zelatiu⁹
et intentiu⁹ mouet deū principa-
liter ad indulgendū. ¶ Propter
ſecūdū qđ eſt indulgētie donum
addit [et pepcit] id eſt pcet [po
pulo ſuo] ſi tm̄ ſup. digne conuer
tatur. hoc rn̄det illi qđ ſtatim dictū
eſt: parce dn̄e ⁊c. ¶ Propter terti
um qđ eſt indulgētie ſignuȝ ſub-
dit [et rn̄dit dn̄s] Ubi nota ꝙ ē
duplex ſignū diuine ꝓpiciatōis. ſcȝ
erogatio bonoꝝ. ⁊ declinatio ma
loꝝ. Propter primū dicit [Et re
ſpōdit dn̄s] ſup. nō ṽbo. ſȝ facto.
vn̄ rn̄dit. i. rn̄debit exaudiendo
[et dixit] id ē dicet ſup. faciendo
[populo ſuo. Ecce ego mittā vo-
bis frumentū vinū et oleū. et re-
plebimini in eis] qđ intelligi pōt
vel de abūdātia bonoꝝ tꝑalium
vt rn̄deat illi qđ ſup̄ fuerat ꝯmīa

t⁹ di. in p̄mo. c. Uaſtatuȝ eſt triti
cū. ꝯfuſum eſt vinū. elanguit ole
um. vel etiā de abūdātia bonorū
ſpūaliū. vt ꝑ frumētū itelligatur fi-
des q̄ viuit aīa ⁊ ſuſtentatur ſicut
corp⁹ frumēto. Abacuc. ij. Juſtus
ex fide viuit. Per vinū aūt intel-
ligatur ſpes. q̄ vt vinū letificat cor
hoīs. Rom. xij. Spe gaudentes
Per oleū ṽo intelligatur caritas. q̄
ſupeminet omnib⁹ ṽtutib⁹: ſicut
oleū ſupnatat oīb⁹ liq̄rib⁹. i. Co-
rinth. xiij. Maior hoꝝ eſt caritas
¶ Propter ſcd̾m ſignuȝ ſubdit.
[Et nō dabo vob̄ vltra obprobri
um in gētibus] id ē nō tradā vos
captiuitati. i. ſeruituti hoſtiū ve-
ſtroꝝ. Juxta illđ Hiere. xxiiij. c.
Edificabo eos ⁊ nō deſtruā. plā-
tabo ⁊ nō euellā [ait dn̄s omp̄s]
cōcludit eccīa. ¶ Notandū aūt ꝙ
ſi iudei digni fuiſſent cōuerſi. ⁊ ſi
ſacerdotes ꝓ ſe et ꝓ ppl'o ploran-
do digne clamaſſent: pepciſſȝ eis
dn̄s: et nō induxiſſet ſup eos illa
mala. et erogaſſet eis illa bona de
quib⁹ loquitur ꝓpha. Jta dico alle
gorice de xp̄ianis. q̄ ſpēalior ſunt
dei hereditas q̄ȝ vnq̄ȝ fuerunt iu-
dei. ꝙ ſi vellēt ꝑfecte ꝯuerti ad de
um: deus ipſe ex amore intimo q̄
voluit crucifigi idulgeret eis cul
pam. remitteret penā. et ſuā grati
am in ſpūalibus et tꝑalib⁹ q̄n
tum eſſet neceſſariū largiretur. Pa
tet ꝯcordantia inter epiſtolam et
euangeliū quod illa die legitur. qđ i
cipit [Cum ieiunatis nolite ⁊c]
Mattbei. vi. Jn epiſtola em̄ mo

nemur ſicut appareret vt converta/
mur in ieiunio. quod q̄dem ieiu
niū ordinat ſaluator ſub debitis
circūſtantijs in euāgelica lectione
Sic igit̄ ieiunem⁹ vt fructū ieiu
nij. qui q̄druplex ē. ſcʒ vicioꝝ cō
preſſio. mentiū eleuatio. virtutuʒ
et p̄mioꝝ largitio. ꝯſeq̄mur. Q̄ō
nobis concedat. ꝛc.

In die cinerum
Sermo ſecundus. N

Nunc hec
dicit dn̄s. Converti
mi ad me ꝛc. vbi ſup̄
Sicut haberi pōt ex
dictis Auguſti. ꝯtra
Nouaciāos. Quecūqʒ neceſſitas
pctōrem vocet ad penitentiā. nec
criminis q̄ntitas. nec vite enormi
tas. nec t̄pis diuturnitas. nec ho/
re extremitas. ſi pura fuerit volū/
tatis affectio: excludit a venia. ſʒ
inter ampliſſimos ſinus mr̄ nr̄a
charitas filios ꝓdigos recipit re/
uertentes. ꝛ velit nolit Nouatus
hereticꝰ vere penitētes xp̄s recipit
Quia igit̄ mater caritas filios ꝓ
digos reuertētes ſuſcipit: id̄o pec
catores auerſi a xp̄o tempe p̄terito
per culpā: debēt nūc reuerti ad ip
ſum per penitentiā. Ad q̄d ꝓ iſtā
ꝓphetiā loquentē in ꝑſona eccleſie
monet eos efficaciter ī his dicēs.
Nunc hec dicit. In quib⁹ q̄ttuor
innuit euidēter. ſcʒ Autoritatem
numinis imꝑantis. Cōgruitateʒ
t̄pis miſerātis. Arduitatē operis
reuocātis. Securitatē termini q̄e
tantis. Primū tangit ꝓpheta:
cū dicit. Hec dicit dn̄s. Obligan
tur igit̄ oēs pctōres ad pn̄iam de
neceſſitate p̄cepti. q2 de⁹ ip̄aʒ im/
perat. Hec inq̄t. dicit dn̄s. Iſte eī
eſt ille dn̄s d̄ q̄ Eſa. xxij. Vocabit
domin⁹ deus exercituū in die illa
ad fletū. ꝛ ad planctū. ꝛ ad calui/
cium. ꝛ ad cingulū ſacci. q̄ oīa ſūt
ſigna pn̄ie. Ipſe eī ad hec vocan
do dicit. Mētali inſpiratione. et
verbali p̄dicatōe. ꝛ iudiciali com
minatōe. ꝛ corporali p̄figuratōne
Mūdi nāqʒ corꝑalis renouatio:
que fit iſto t̄pe debet nos excitare
ad penitentiā vt ꝑ eā renouemur
Ipſe eī dicit Ezech. xviij. Qua
re moriemini domus iſrl̄. q2 nolo
mortē pctōꝛis: ſed vt ꝯuertat̄ ꝛ vi
uat: dicit dn̄s deus. Reuertimini ꝛ
viuite. Ipſe igit̄ dn̄s dicit hec de
quib⁹ Eccl. xxiiij. Hec oīa liber
vite. ꝛ teſtamētū altiſſimi. ꝛ agni/
tio veritatis. Secūdū tangit ꝓ
pheta cū addit. Nūc. q. d. ꝛ ſi totū
t̄ps vite preſentis ſit nob̄ indultū
ad pn̄iam: iſtud t̄n t̄ps q̄drageſi/
me p̄cipue. Quod euidēter demō
ſtrat̄ imutatio mūdi. Nūc eī vie
q̄ fuerūt lutoſe deſiccant̄. t̄pa que
fuerūt frigida ꝛ aſꝑa dulcorantur
arbores q̄ fuerūt nude ꝛ aride ſub
folijs ꝛ florib⁹ exornant̄. aues que
fuerūt ſine voce cātant ꝛ iocūdāt̄.
Sic et nos debem⁹ nr̄a oꝑa a pec
catoꝝ fecib⁹ expiare. corda nr̄a ꝯ
frigus odij et inuidie amore ferui
do dulcorare. vitā nr̄am bonis ꝑ

bis et honeſtis moꝛibus exoꝛnare
linguã nr̃am ad laudandum de-
um ⁊ ad ꝯfitendum pctã relaxare
Et ſi hec faciamꝰ: tũc de iſto nũc
verificabit̃ verbũ ſaluatoꝛis Joh
v. Uenit hoꝛa ⁊ nunc eſt qñ moꝛ-
tui. ſup. in pctis. audiẽt vocem fi-
lij dei. ⁊ q̇ audierint viuent. Uer-
bum etiã apl'i dicẽtis Roma. vi.
Sicut exhibuiſtis mẽbꝛa veſtra
ſeruire immũdicijs ⁊ iniq̇tati ad
iniq̇tatẽ: ita nũc exhibete membꝛa
veſtra ſeruire iuſticie in ſanctifica
tõnẽ. Quẽ g̊ fructũ habuiſtis tũc
in illis in quibꝰ nũc erubeſcitis.
¶ Terciũ tangit cũ ſubdit. Con-
uertimini. Jſta eñi cõuerſio ẽ mo
tus ſũme arduus. ſicut patebit ĩ
feriꝰ. tñ eſt ſũme neceſſariꝰ. qꝛ niſi
conuerſi fueritis: deus gladiũ ſu
um vibꝛauit. dicit pſal. ¶ Quar-
tum tãgit cũ concludit. Ad me. q̇
ſup. ſum terminꝰ in quo eſt ſũma
nobilitas. ſũma ſecuritas. ⁊ felici
tas ſumma. ⁊ per hec terminat ⁊
quietat oẽm actũ meritoꝛiũ. Cõ-
uertimini ergo ad me ĩ toto coꝛde
veſtro. in ieiunio et fletu et plan-
ctu. ⁊ ſcĩ. ⁊c. dicit dominꝰ. Et bñ
ad me. qꝛ ſi vultis videre: ego ſuꝫ
lux. Si vultis incedere: ego ſum
via. Si vultis intrare: ego ſũ oſti
um. Si vultis comedere: ego ſuꝫ
panis. Si vultis bibere: ego ſum
fons vite. Si vultis viuere: ego
ſum vita. Uenite ergo ad me om
nes qui laboꝛatis ⁊ onerati eſtis:
et ego reficiam vos: et inuenietis
requiem aĩabꝰ vr̃is Math. xi. q̇a

in me omnis gratia vie ⁊ verita-
tis. in me omnis ſpes vite ⁊ ꝟtu-
tis Ecci. xxiiij. R ¶ Circa iſtaꝫ
conuerſionem per quaꝫ eſt plena
ſuꝑplantatio peccatoꝝ: quattuoꝛ
ad preſens conſiderãda occurrũt
Conuerſionis pꝛincipium. qꝺ eſt
interna viſitatio. Cõuerſiõis mo-
tiuũ. quod eſt attenta cõſideratio
Conuerſiõis modũ. qui eſt perfe
cta compunctio. Conuerſiõs fru
ctum qui eſt peccati remiſſio. ⁊ di
uina acceptatio. ¶ Pꝛĩo dico ꝙ
pꝛincipium cõuerſiõis eſt ipa ĩter
na viſitatio dei. Deus eñi ſecrete
animã viſitans: ipam monet. ip-
ſam docet. ſibiq꜔ ſpondet veniam
ſi conuerti velit. ipam doꝛmientẽ
excitat. pigritantem ſtimulat. ſibi
q꜔ manũ poꝛrigit. ſemitã oſtẽdit.
et mercedem ꝓmittit. Jſta ſunt il
lud rete diuino factum artificio:
quod deus expandens pedibus
peccatricꝫ anime. ipamq꜔ a ſe elõ-
gatam ad ſe trahit. ipam a ſe diui
ſam ſibi vnit. ipam a ſe auerſam:
ad ſe conuertit. Juxta illud Tre-
noꝛuꝫ. i. Expandit rete pedibus
meis. et conuertit me retroꝛſum.
Poſuit me deſolatam: tota die
meroꝛe confectam. Pedes pecca
toꝛum pedes dico internoꝛum af
fectuum ſunt in via licẽtie. in via
lata male laſciuie. et mũdane ma
licie. qui pedes ad malum cur-
runt ac per hoc pꝛoperant in in-
fernum. Sed miſericoꝛs deus. ſe
cundum Auguſtinum tertio li-
bꝛo de libero arbitrio. mlt'ꝫ mõis

auerſū vocat. credentē docet. ꝯſolaꝛ̄ ſperantē. adhortaꝛ̄ diligentez. adiuuat conantē. exaudit depcantē. ipē latus pctōꝛis pcutit. ipē iacentē ad ſurgendū q̄ſi cogit. ipſe conāti ſurgere manū poꝛrigit. ipē infixū in limo ꝓpꝛia ꝟtute educit nō exigit meritū. nō petit ſalariū nō iniūgit opus laboꝛioſū. ſed ſolū req̇rit ꝯſenſū volūtariū. vt videlꝫ hō nō recalcitret ꝯ̄ tangētem nō obtureꝛ̄ ꝯtra pulſantē. non obſurdeſcat ꝯtra vocantē. nō repugnet ꝯtra monentez. ſed ꝯſentiat tangēti. pulſanti. vocāti. ⁊ ꝯſulenti. Et tūc deus rete aureū ſue viſitatōis ⁊ ſue intime inſpiratiōis expandēs pedibꝰ anīe peccatricꝫ: ipām vtiliter irretitā ad ſe trahit ⁊ cōuertit. ⁊ tūc pōt ipā peccatrix anīa ſic ꝯuerſa dicere ꝟbuz illud Expādit rete ⁊c. De quo etiā poſſumꝰ exponere illud pſal. ꝙ deus conuertit pētrā in ſtagna aquaꝝ: et rupē in fontes aquaꝝ. Coꝛ miſeri pctōꝛis q̄ꝺꝫdiu eſt ſic duruz ꝙ nō cedit diuino tactui ꝑ ꝯtumaciā ⁊ rebellionē. fixū per deſidiaz et indeuotiōez. grauē ⁊ pōderoſū per ſupbiā ⁊ elationē. opacū ⁊ luci diuine ſapīe nō peruiū ꝑ ignorantiā ⁊ execationē. offenſiuū ꝓximoꝝ ꝑ laſciuiā ⁊ diſſolutōem: eſt ꝑ figurā petra ⁊ rupis duriſſima Sed tūc ipē deꝰ cōuertit ipāz petrā in ſtagna aquaꝝ: cū ipm̄ peccatoꝛē ad pniam vocat. vt eius intellectus ſit vnū ſtagnū ſalutaris ſciētie. ⁊ eius affectus ſit aliō ſtagnum ſpūalis gratie. ⁊ cū de eiꝰ oculis exit fons vnꝰ. ſ. lachꝛymarū. ⁊ de oꝛe eius aliꝰ. ſ. ꝯfeſſionis et laudis. igiꝛ̄ tūc cōuertit deꝰ petrā i ſtag̃ aq̄. ⁊c. cū ſcꝫ cōuertit ipius coꝛdis duriciā in mollicīē. ſiccitatē in humiditatē. grauitatem in ſuauitatē. opacitatē in ꝑſpicuitatē. aſꝑitatē in dulcedinē. Igiꝛ̄ dn̄e Jeſu xp̄e cōuerte nos: tu q̇ es deꝰ ſalutaris noſter. ⁊ auerte irā tuaz a nobis. Cōuerte nos dn̄e ⁊ conuertemur ad te. Treñ. v. q. d. niſi em̄ tu cōuertas nos ad te: nullatenus valemꝰ conuerti. Per nos em̄ cadere poſſumꝰ: ſed nō reſurgere. per nos auerti a te: ſed nō cōuerti ad te. Quia ſicut dicit Cryſoſto. in omelia tertia ſuꝑ Mat. Oēs hoīes an̄q̄ꝫ peccemꝰ liberū habemꝰ arbitriū ſequēdi voluntatē diaboli: an nō. ſꝫ poſtq̄ꝫ ſemꝑ peccando ei nos obligauerimus ex tūc ꝓpꝛia ꝟtute euadere nō poſſumꝰ. Sꝫ ſicut nauis fracto gubernaculo illuc vadit q̄cūq̄ꝫ tempeſtas eā duxerit. ſic ⁊ hō auxilio gratie ꝑ pctm̄ ꝑdito: nō hoc facit qꝺ vult. ſed qꝺ vult diabolꝰ. niſi ipm̄ deꝰ manu valida ſue miſericoꝛdie ſoluerit: vſq̄ꝫ ad finez vite ſue in pctī vinculis permanebit.

S Sed ꝓch doloꝛ multi ſūt q̄s deus nō cōuertit. q꞉ ꝯuerti nolunt: ⁊ cōuertere eos volēti nullatenꝰ acq̇eſcūt. De quoꝝ q̄libꝫ dicit dn̄s Amos pꝛīo ⁊ ſcđo. Suꝑ tribꝰ ſceleribꝰ ⁊ ſuꝑ q̄ttuoꝛ nō cōuertam euz. Quattuoꝛ ſcelera

que merent̄ quare de⁹ nõ cõuertat peccatorē ſunt hec. pctm̄ cordis: oris: opis ꝛ cõſuetudinis: q̄ facit vt pctm̄ quãtũcunqꝫ graue ſit: exiſtimet̄ leue: Vñ Iſidorus de ſũmo bono. Omne pctm̄ antequã cõmittat̄: ampli⁹ ptimeſcit̄. cũ aũt in vſum venerit: quãtumcũqꝫ graue ſit: leue exiſtimatur. Vel aliter pñt aſſignari hec q̄ttuor ſcelera. vt primũ dicat̄ peccati cõmiſſio. ſcd̄m peccandi aſſuefactio. tertiũ peccãtis cõtemptus: ꝛ in malo obſtinatio. quartũ peccãtis deſperatio. Nec dico q̄n aliq̄n multos de iſtis de⁹ ex ſua miſcdia cõuertat. Sicut eni dicit Gloſa ſup illud pſ. Dixit dñs ex baſan cõuertã. De⁹ aliq̄n hoĩes deſperatiſſimos ex ſua miſcdia ad pniam cõuertit. Igit̄ cõuerte nos de⁹: et dõa nob fontē lachrymaꝝ: ꝛ panē ſubcinericiũ pnĩe. vt q̄libet poſſit dicere cũ pſ. Sup aquaꝫ refectõnis. q̄ eſt aqua lachrymaꝝ aĩam reficiens. educauit me. deus pane ſcꝫ doloris ꝛ penitẽtie. ꝛ ſic aĩam cõuertit Deus igitur tu conuertẽs viuificabis nos. Sic igit̄ ꝯuerſionis principiũ eſt ipa diuia viſitatio. ¶ Scdo dico q̄ conuerſionis motiuũ eſt ipa attenta ꝯſideratio. Scd̄m Bern̄. eni in li. de ꝯſideratione. Nihil poſt diuinã viſitationē ſic efficaciter inducit ad pniam ſicut attenta ꝯſideratio. Qñ enim hõ attente ꝯſiderat et cõmiſſa flagicia ꝛ im

penſa beneficia ꝛ cõminata ſupplicia: ꝛ parata ſtipẽdia. qñ etiã hõ ꝯſiderat q̄d p peccatũ amiſit q: diuinã gratiã. quid p peccatũ incurrit. q: diuinã offenſam. q̄d per pctm̄ offendit. q: diuinaꝫ iuſticiã. quid p pctm̄ ꝯtempſit. q̃ diuinã clementiã. que ipm̄ patienter ſuſtinuit. ꝛ ad penitentiaꝫ expectauit: mouet̄ q̄uis ſemplene ad cõuerſionē. Vñ põt dicere anĩa penitens illud pſ. Cogitaui vias meas: ꝛ conuerti pedes meos in teſtimõia tua. Vie peccatoꝝ ſunt montuoſe ꝛ ſcopuloſe per ſupbiã. tortuoſe p inuidiã. lapidoſe per irã ꝛ maliciã. ſpinoſe per auariciã. penurioſe p accidiam. lutoſe ꝛ cenoſe p gulam ꝛ luxuriã. Iſte ſunt vie tenebroſe p quas ambulãt q̄ derelinquũt iter rectũ: qui letant̄ cũ male fecerint: ꝛ exultant in rebus peſſimis. quorũ ſunt vie pũerſe: ꝛ infames greſſus eorũ. Prouer. ij. Sed qñ hõ diligẽter cogitat vias ſuas quantum piculoſe ſunt: tũc ꝯuertit pedes internaꝝ affectionũ in teſtimonia dei. que ſũt vie breues: ꝛ vie pulcre: vie plane: vie tute ꝛ vie recte. q̄uis dure: ſtricte ꝛ arte. per q̄s quidē nõ ambulat qui operat̄ iniquitatē. Pſ. Non eni q̄ opant̄ iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt Quare non. Certe q: vias huiuſmodi nõ cognoſcũt. De q̄ ipe per eundē pſ. conq̄rit̄. d. Ipi vero nõ cognouerũt vias meas: q̄

bus iuraui in ira mea. ſi. ꝑ non.
intrabunt in requiē meā. Igit̄ co
gitemus vias nr̄as. i. auertamꝰ
pedes nr̄os a vijs peſſimis. ⁊ cō
uertamꝰ nos in vias dei. Ita fe-
cit ſanctiſſima magdalena. de q̄
Grego. in Omel'. ꝙ cogitauit q̄d
fecerat. ⁊ noluit moderari q̄d fa-
ceret. Ipſiꝰ igit̄ ꝯuerſionem iugi
ter cogitemꝰ. de q̄ idem Gregori
us ait. Cogitanti inq̄t mihi de
marie penitētia: flere magꝭ libet
q̄ꝫ aliq̄d dicere. Cuiꝰ em̄ pectus
tam ferreū q̄ȯ huiꝰ peccatricꝭ la-
chrẏme ad cōpunctionē nō emol
liant. q. d. nō deberet eſſe. Cōuer
timini igit̄ vnuſquiſqꝫ a via ſua
peſſima: ⁊ bonas vias vr̄as faci
te. dicit dn̄s Ezech. xxxiij. ¶ U
Sꝫ prochdolor iā verificatū ē in
multis q̄ȯ dr̄ Mat. xiij. Incraſ-
ſatū eſt cor populi huiꝰ: ⁊ auribꝫ
grauiter audierūt: ⁊ oculos ſu-
os clauſerūt. neq̄n̄ videāt oculis
⁊ auribꝫ audiant: ⁊ corde intelli-
gant: ⁊ cōuertant̄ et ſanē eos. Ue
re multi habēt cor incraſſatuꝫ in
carnali ꝯcupiſcētia: ⁊ mundana
opulentia. ne diuīa monitio poſ
ſit ad ip̄os ꝑtingere. Multi igi
tur ḡuiter auribꝫ audiunt. q2 ad
inſtar aſpidis obturāt aures ſu-
as: vt nō audiant nec exaudiant
vocē chriſti. qui incantat aīas ſa
pienter. Multi etiā ſunt q̇ clau-
dunt m̄tis oculos: ne cogitēt ce
leſtia: nec recordent̄ iuſtoꝝ iudi-
cioꝝ dei. in q̄bus excecant̄ men-
tales oculi ⁊ fumo ſuꝑbie et tela

inuidie ⁊ malicie. Iſti nō mouē
tur ad ꝯuerſionē vt a deo ſanent̄
ſed tardāt cōteri. ꝓcraſtināt cōfi
teri. ⁊ differūt ſatiſfacere. contra
ꝯſiliū ſapiētis Eccī. v. Non tar
des ꝯuerti ad dn̄m. ⁊ ne differaſ
de die in diē. Subito em̄ veniet
ira illiꝰ: ⁊ in tp̄e vindicte diſper
det te. Feſtinare em̄ ⁊ nō pigrita
re debꝫ vnuſq̄ſqꝫ ad deū: peniten
do cū p̄t. ne ſi dū p̄t: noluerit. cū
tarde voluerit: oīno nō poſſit. di
cit Iſidorꝰ. ij. li. de ſūmo bono. c.
vlti. Et ſubdit: Qui praue viuē
do penitentiā agit in mortis arti
culo. ſic dānatio eiꝰ incerta eſt: ſic
⁊ remiſſio dubia. Qui igit̄ cupit
in morte ſecurꝰ eſſe de indulgen
tia: peniteat ſanꝰ. ſanꝰ ꝑpetrata
facinora deflear. Sic igit̄ moti-
uū cōuerſionis eſt attēta ꝯſidera
tio. ⁊ ¶ Tertio dico ꝙ ꝯuerſiōis
modus eſt ip̄a ꝑfecta peccati de-
teſtatio. que in tribꝫ cōſiſtit. ſ. in
cordis ꝯtritione. in oris ꝯfeſſio-
ne: et in opis ſatiſfactione. Et ad
hunc modū cōuerſionis inducit
dn̄s in illa epiſtola. dicēs ꝑ ꝓphe
tam. Conuertimini ad me in to
to corde vr̄o. in ieiunio ⁊c̄. Ubi
dictus ꝓpheta q̄ttuor nobis in-
nuit euidēter. videlicet motum
ſumme arduitatis: quo penitēs
habet ꝓcedere. et hec eſt vera pe-
nitentia. Et hic motꝰ tangit̄. cuꝫ
dr̄. Cōuertimini. i. plene ⁊ ꝑfecte
ꝯtimini. q̄ȯ q̇dem ſūme ardui-
tatis eſt: ſed tamē ſumme neceſſi
tatis. Igitur conuertimini: id ē

plene et totaliter a pctō vertimi-
ni. qꝛ niſi cōuerſi fueritis gladi-
um ſuū vibrauit: arcū ſuū teten-
dit et parauit illum: et in eo ꝛc̄.
Pſalmiſta. Gladius enim iſte ꝛ
arcus nihil aliud ſunt q̄ꝫ diuiā
ſentētia et iuſticia. q̄ eſt gladius
ex vtraqꝫ pꝫte acut⁹. qꝛ pcutit ani
mas et corpa dānatoꝝ. Et arc⁹
quidē cū quo iudex etern⁹ iaciet
ſagittas acutiſſimas in aīas et
corpa reproboꝝ. Et certe vibra-
tio et tentio hui⁹ gladij et huius
arcus nihil aliud ſunt q̄ꝫ cōmi-
natio diuine ſentētie. Igiꝛ cōuer
timini. qꝛ niſi cōuerſi fuerit ꝛc̄.
Secūdo statū ſumme impurita
tis ſeu ſeruilitat. a quo penitēs
habet recedere. Et hic ſtatus eſt
p pctm̄. q̄d notaꝛ in ipa verſione
Sicut eni nō poteſt q̄s a deo a-
uerti: niſi admittendo peccatuꝫ.
ita nec p̄t conuerti ad deum: niſi
deſerendo peccatū. Igiꝛ dereli-
quat impius viam ſuā. et vir ini
quus cogitationes ſuas. Iſa. lv.
et Ecci. xvij. Cōuertere ad dn̄m
et relinque peccata tua. ¶ Tertio
terminū ſumme nobilitat et ſe-
curitatis ad quem habet pecca-
tor accedere: qui eſt ipe de⁹ et ſū-
mum bonū. quē taugit cum ad-
dit. Ad me. in quo eſt pfecta req̄
es. qꝛ vt dicit Aug⁹. in li. cōfeſ.
Feciſti nos dn̄e ad te: et inq̄etuꝫ
eſt cor noſtrū donec req̄eſcat in te
Uide ſupra de termīo. ¶ Quar-
to modū ſūme cōgruitatis. queꝫ
habet penitēs attēdere. quē tāgit
cū dicit ꝓpha. in toto corde vr̄o
in ieiunio ꝛ fletu et plāctu. ꝛ ſcin
dite corda vr̄a. De oīb⁹ iſtis req̄
rit iſte mod⁹. ſ. de totalitate cor-
dis: de ieiunio: de plāctu: de ſciſ-
ſione cordis: Uide ſupra. De fle
tu aūt vide in ſequēti epl̄a. Igiꝛ
cōuertimini cito. et anteq̄ꝫ cōuer
tanꝛ pctōres in infernum. Pſal.
Ex tūc ei nō erit temp⁹ cōuertē-
di: ſed mercedē recipiēdi. Exem
plū de diuite epulone. qui in in-
ferno petiuit miſericordiā. quaꝫ
qꝛ tarde petijt: obtinere nō meru
it. Lu. xvj. Cōuertimini igiꝛ an-
teq̄ꝫ iuſticia cōuertaꝛ in iudiciū.
Pſal. Queruloſe em̄ dauid q̄ſi-
uit a dn̄o. Uſqꝫquo pctōres dn̄e
vſqꝫquo pctōres gloriabunꝛ. Re
ſpondit dn̄s. Certe gloriabūtur
peccatores in delitijs: in diuitijs
in honoribus: in excellentijs. et
quod peius eſt: in ſuis malicijs.
q̄adusqꝫ iuſticia ↄuertaꝛ ī iudici
um. que quidem conuerſio fit in
morte cuiuſlibet pctōris. Pecca
tor em̄ dum viuit deberet eſſe in
inferno. ſm̄ diuinā iuſticiaꝫ. ſed
deus miſericors ſuſpendit ſen-
tentiam: et eum expectat ad pe-
nitentiam. Sed niſi ante mor-
tem penituerit: in morte ſua con
uertetur iuſticia ad iudicium.
et ex tunc ira dei dicit Pſalmi-
ſta. Sed prochdolor omnibus
peccatoribus dicit dominus.
Cōuertimini. ꝛ illi nolūt reuer-
ti. Unde ſunt ſimiles illi ciuita
ti cui ſub figura mulier dic̄ dn̄s

Hiere. iij. Dixi ſupple inſpiran-
do. dixi cõminãdo. dixi etiã ꝑ ali
os exhortãdo. dixi vlteri⁹ tẽpora
liter flagellando. reuertere: ⁊ ta-
men tu nõ es reuerſa ⁊c. Sic igi
tur cõuerſionis modus eſt ipa ꝑ
fecta peccati deteſtatio.
¶ Quarto dico ꝙ ꝯuerſionis fru-
ctus eſt pc̄ti remiſſio: ſupernaq̄ꝫ
acceptatio: ⁊ perfecta cũ deo re-
cõciliatio. que q̄ttuor includit. ſ.
culpe remiſſionẽ: gratie collatio
nẽ: pene eterne euaſionẽ. glie ad
eptionẽ. ¶ Prim⁹ inq̄nã fruct⁹
cõuerſionis eſt pc̄ti remiſſio. ꝓ-
pter qḋ dr̄ Actu. iij. Penitemi-
ni igit̄ ⁊ cõuertimini vt deleant̄
pc̄tã veſtra. ¶ Scḋus eſt gratie
collatio. ꝓpter qḋ Thobie. iiij.
dicit̄ pc̄tõrib⁹. Cõuertimini igit̄
pc̄tõres: ⁊ facite iuſticiã corã dõ.
credẽtes ꝙ faciat vobiſcũ miſe-
ricordiã. ſcꝫ vobis gratiã ꝯferen
do. ¶ Terti⁹ fruct⁹ eſt pene eter
ne euaſio. ꝓpter qḋ dicit̄ Ezechi
elis. xviij. Cõuertimini et agite
pniam ab oĩbus iniq̄tatibus ve
ſtris. ⁊ nõ erit vobis in ruinam
iniquitas. i. in dãnationẽ eternã
¶ Quart⁹ fruct⁹ eſt acq̄ſitio glo
rie. ꝓpter qḋ dicit̄ Eſa. xlv. Cõ-
uertimini ad me: ⁊ ſalui eritis.
Igit̄ dñe de⁹ virtutũ conuerte
nos ad te: vt agam⁹ pniã. Poſt
q̄ꝫ cõuertiſti me. dicit ille Hie-
re. v. egi pniã. Si ꝯuertas nos
oſtende nobis faciẽ tuã: et ſalui
erimus ⁊c. dicit pſ̄. Per dignã
eni conuerſionẽ deus conuertit
planctum penitẽtie in gaudium
glorie. Unde põt dicere deo aĩa
ſic cõuerſa illud pſ̄. O deus me
us cõuertiſti planctũ meũ. ſ. pe-
nitentie in gaudiũ glorie. Con-
cidiſti ſaccũ meũ. ſupple gladio
tue inſpiratiõis. i. cor meũ quod
erat ſaccus plenus reatib⁹ et cul
pis. quo ſciſſo circũdediſti me le
ticia. et hoc in vita miſera vbi ⁊
de pc̄tis dolui. et de dolore letici
am habui. ſupple in ſpe vite eter
ne. Et hec feciſti dñe vt cãtet ti-
bi gloria mea. i. aĩa mea qñ ĩ re
erit glorioſa. et nõ cõpungar. ſup
ple de cetero. q꞉ ex tunc cõpun-
ctione nõ indigebo. Igit̄ labore
mus chariſſimi. faciamus quod
in nobis eſt: vt de⁹ cõuertat nos
ſicut cõuertit magdalenã et pau
lum. et ſic ꝯuertamur ad ipſum
vt conuerſis nobis conuertat ſe
ipſum. Zacha. i. Conuertimini
ad me. ſupple ꝑ pniam. et ego cõ
uertar ad vos. ſupple ꝑ indulgẽ-
tiam. Cõuertimini dico ꝑ pecca
ti deteſtationem. ⁊ ego cõuertar
ad vos ꝑ gratie infuſionẽ et ple-
nã acceptationẽ. Quã quidẽ cõ-
uerſionẽ quilibet hõ debet deſi-
derare. dicendo q̄libet illã bene
dictionẽ que ſcribit̄ Nume. vi.
Benedicat tibi dñs: et cuſtodi-
at te. Oſtendat dñs faciẽ ſuã ti-
bi: et miſereat̄ tui. Cõuertat do
min⁹ vultũ ſuũ ad te: et det tibi
pacem. ſ. in p̄ſenti pacẽ pectoris
et tpis. et in futuro pacẽ eterni-
tatis. quã pacẽ loq̄tur dñs ꝓmit

tendo ⁊ ſtipulando. in plebē ſuā
id eſt in totā eccleſiā ſctām. q̄ hꝫ
innocentes ⁊ penitētes. ⁊ ꝑ id ē.
ſuꝑ ſanctos ſuos. Innocētes di
co: qui nūq̄ȝ peccauerūt. Et nō
ſolū ſuꝑ iſtos: veꝝ etiāȝ in eos q̄
cōuertunť ad cor. i. ſuꝑ peniten-
tes. qui ⁊ ſi peccauerūt: tm̄ ꝯuer-
tunť ad ipm̄. vt in pſ̄. dr̄ ſm̄ aliā
trāſlationē. Ad hanc pacē q̄ om-
nē ſenſum exuperat: nos ꝑducat
ipe qui eſt pax nr̄a ieſus chriſt⁹
qui viuit cum patre ⁊c̄.

¶ In die cinerꝫ Sermo. iij.

Parce do

p mine parce populo
tuo. vbi. ſ. Z
Miniſtri altaris ⁊
ꝑlati eccl'ie plorādo ⁊ orādo ꝓ ſe
et ꝓ cōmiſſis ſue. ſolicitudini h̄
ſacro tꝑe (iuxta mādatū dn̄i ſu-
pra in epl'a iſta. Inter veſtibulū
⁊ altare plorabūt ⁊c̄) etiā debent
hanc deuotā orōnē facere. dicen
tes. Parce dn̄e: parce ꝑplo tuo.
In quo quidē verbo aliq̄d inno
tatur. ſcꝫ miſerendi potētia. Ali
q̄d implorať. ſcꝫ miſerentis cle-
mentia. Aliquid allegať. ſcꝫ mi-
ſeratiōis decentia. Primo dico
innotať miſerendi potētia. cū di
cit ꝓpha. dn̄e. Et bn̄ dico miſerē
di potētia. qm̄ vt dic̄ Gre. De⁹ q̄
oipotentiā tuā parcendo ⁊ miſe
rando maxime manifeſtas. Nū
q̄ȝ eni de⁹ parcit pctōribus ſine
opere creatiōis. q̄ nunq̄ȝ indul
get culpā q̄n creando infundat
grām. quin de nihilo faciat ali-
quid. i. de pctōre iuſtū. ⁊ hoc p⁹
maximā ingratitudinē et repu-
gnantiā. q̄d nō fuit in principio
q̄n creauit celū ⁊ terrā. Propter
quod dicit ei ſapiēs Sapie. xj.
Miſereris omniū. q̄ omia po
tes. ⁊ diſſimulas pctā hominuꝫ
ꝓpter penitentiā. Et infra. Par
cis oibus: qm̄ tua ſunt dn̄e. qui
amas aīas. In noīe igiť dn̄i no
tatur omipotentia. q̄ in miſeran
do peccatoribꝫ: ⁊ ſanādo pecca
trices aīas ſe q̄ȝ maxime mani
feſtat. Ipe eni eſt ille dn̄s cuius
eſt intuit⁹ acutior ad morbi ſcꝫ
peccati ꝯſiderationē. Ideo dici
tur Treū. j. Uide dn̄e. ⁊ ſecun-
do. Uide dn̄e ⁊ conſidera. Illa-
pſus intimior ad morbi catha-
plaſmationē Sap̄. xvj. Etenim
neq̄ȝ herba neq̄ȝ malagma ſana
uit eos: ſed ſmo tuus dn̄e q̄ ſa-
nat oia. Influxus efficacior ad
morbi remediationē. Hiere. x-
vij. Sana me dn̄e ⁊ ſanabor ⁊c̄.
Juſſus ꝑſtantior ꝯtra morbi re
cidiuationē. Mat. viij. Dn̄e tm̄
dic verbo: ⁊ ſanabiť puer meus
¶ Scd̄o imploratur miſerentis
clementia. cū dr̄ bis parce. Par
ce culpe. parce pene. Parce dn̄e
dꝫ q̄libꝫ dicere. ꝑce: ꝯſiderās vi-
te mee ꝯditionē. Job. vij. Par-
ce mihi dn̄e. nihil eni ſunt dies
mei. Parce ꝯſiderās tuā miſera
tionē. q̄ parcis oibꝫ tu q̄ amas
aīas Sap̄. xj. Parce. ꝯſiderās
tui filij paſſionē. quia ꝓprio filio

tuo non pepercisti:ſed ꝓpter me
ipm̄ tradidiſti. Ro. viij. Parce
nihilominꝰ ꝯſiderās hereditatꝭ
ſue ſaluationē. ſicut dꝛ h. Parce
dn̄e parce pp̄lo tuo. ⁊ ne des he-
reditatē tuā. i. aīam meā. q̄ eſt ſpe
cialis tua hereditas quaȝ emiſti
maximo p̄cio. ſcȝ p̄cioſo filij tui
ſanguine. in opprobriū. i. nō da-
ri pmittas in ſeruitutē pcti ⁊ ca
ptiuitatē paſſionū. q̄ ſunt maxi-
me creature rōnali in opprobriū.
vt dn̄entꝰ eis nationes. i. demōes
qui natione ſunt celeſtes. habita
tione infernales. ſuggeſtiōe falla
ces: ⁊ opatione crudeles. qui do
minant aīe in q̄ eſt pctm̄ morta-
le. ¶ Tertio allegat miſeratiōis
decentia. cū dicit. pp̄lo tuo. q. d.
nō peto vt parcas demonibꝫ: qui
nō ſunt tuꝰ pp̄ls. nec vnq̄ȝ poſſūt
ſubijci ſponte tuo dominio. nec
ad tuā ciuilitatē reduci. ſed peto
dn̄e vt parcas pp̄lo tuo. i. chriſti
ano. Et hoc vtiq̄ȝ decet te. q2 po-
pulus tuꝰ eſt a te pductꝰ p crea-
tionē. A te redēptus p paſſionē ⁊
ſanguinis aſperſionē. A te colle-
ctus p baptiſmi ſuſceptionē. A
te doctꝰ p legiſlationē. Ad te iam
cōuerſus p pcti deteſtationē. ⁊ ti
bi ſubiectus p mentꝭ humiliati-
onem. ⁊ tibi aſtrictꝰ p reatum ⁊
obligationē. Igitꝰ parce dn̄e pp̄lo
tuo. iſti. ſ. tuo. Ipſe eni eſt iſte po
pulus de quo tu dicis p̄dicatori
Eſa. lviij. Annūcia pp̄lo meo ſce
lera eoꝝ ⁊c. ⁊ qui dicit cuȝ ꝓpha
in pſ̄. Venite adoremꝰ ⁊ pcida-
mus ⁊ ploremꝰ an̄ deū qui fecit
nos. q2 ipſe eſt dn̄s deus nr̄. nos
aūt pp̄ls eiꝰ. Venite dicit affectu
aliter. Ad deū em̄ itur nō corpo-
ris greſſibꝫ: ſed mentꝭ affectibꝰ.
Adoremꝰ fidelr̄. Procidamus
humilr̄. Ploremꝰ lachrymabili
ter. q2 ipſe eſt dn̄s. idcirco ſūme
potens. deus. idcirco ſūme ſci-
ens. noſter. idcirco ſūme clemēs
Igitꝰ ipſe pōt: ſcit: vult mederi in
firmitates aīe. Mat. viij. dixit il
le. Dn̄e ſi vis potes me mūdare.
Et reſpōdit ieſus. Volo. Mun
dare. Nos aūt pp̄ls eiꝰ. ſup̄. ſub-
iecti iudicijs. ⁊ oues: in eius refe
cte paſcuis. Dicit igitur. Parce
dn̄e ⁊c. A ¶ De iſta aūt pecca
ti indulgētia ⁊ miſerantꝭ clemē-
tia quā penitens poſtulat. cū di-
cit. parce dn̄e. audiat beatꝰ Job
in pſona ipſiꝰ penitentis dicens
deo Job. vij. Vſq̄ȝquo nō parcꝭ
mihi. nec dimittis me: vt glutiā
ſaliuā meā. Peccaui. qd faciā ti
bi o cuſtos hoīm. Vbi pctōr inci
piens digne penitere anxiatur de
q̄tuor. ſcȝ de dilatione venie. de
ſubtractiōe gr̄e. de cōmiſſiōe cul
pe. de ſolutione emende. ¶ Anxi
atur p̄mo dico de dilatiōe venie.
dicens. Vſq̄ȝquo nō parcis mi-
hi. i. q̄ȝdiu ⁊ vſq̄ȝ ad queȝ termi-
nū differs ꝙ non deles pctm̄. ꝙ
nō tollis reatū. ꝙ non aufers re-
morſum. ꝙ nō ꝯfers optatuȝ: O
dn̄e dicit ꝓpha in pſ̄. aīa mea tur
bata eſt valde: ſed tu dn̄e vſq̄ȝq̄
id eſt q̄ȝdiu ⁊ vſq̄ȝ ad quē termi-

-num differs ꝙ nõ parcis mihi. Parce igitᷣ pctis meis. Job.xiiij dicit ille deo. Tu qdem greſſus meos dinumeraſti.i. bona mea ⁊ mala.ſed parce pctis meis.acceptãdo ſupple bona mea. Parce qdẽ culpe ⁊ eterne pene. Nec curo ꝙ ñ parcas pene pñti. Hec eñ erit mihi ꝯſolatio vt affligẽs me dolore non parcas. Job.vj. Sic dicebat ille Mauricꝰ iperator. Amator hoim deꝰ h mihi redde malũ meũ:tm̃ vt in futuro parcas. Dixit.n.ſibi deꝰ. Nis vt hic vl' in futuro iudicio tibi parcaſ. At ille. Hic ſeca.hic vre.tm̃ vt in futuro parcas. Parce igitᷣ dñe.q2 nõ parcã ori meo:ſed ſupple pctm̃ meũ ore pandã.loquar in tribulatõe ſpũs mei.ꝯfabulabor in amaritudie aie mee.ſupple ꝑ dolore ⁊ cordis ꝯtritiõe.vt dicebat ille in ꝑſona penitẽtiſ Job vij. ¶ Scdo anxiatᷣ de ſubtractione grẽ dicẽs. Nec dimittiſ me vt glutiã ſaliuã meã.q.d. vſqꝫq. id eſt q̃ꝫ diu differs ꝙ nõ faciſ.dimitte me.ſup.rũpendo vincula.qbꝫ teneor a mũdo allectꝰ.a carne illectꝰ.a demone oppſſus.a teipo aſtrictꝰ.vt ſic expeditꝰ. et collo meo liberato:glutiã ſaliuã meaꝫ id eſt recipiã grãm tuã.q̃ ꝑ figurã dꝛ ſaliua. Saliua eñ q̃ a capite in os deſcẽdens.eſt cõditiua cibo ꝝ.delatiua ſapo ꝝ.expeditiua verbo ꝝ.⁊ curatiua morbo ꝝ. gratiã dei ſignat.que ab ipſo capite deo in os noſtruꝫ deſcendit ſpũale.⁊ ibi cibos ſpũales condit:ſapores celicos immittit.ſermones vtiles expedit.i. promere facit.⁊ omẽs morbos aie eijcit. Dicit ergo. Vſqꝫquo nõ dimittis me ⁊c̃.id eſt nõ ſoluis peccati vincula.quibꝫ ſolutiſ ſaliuaꝫ glutiã.id eſt gratiã tuã recipiaꝫ.⁊ paneꝫ eucharistie digne comedam. Quod qdem non põt fieri: niſi ꝑus dimittanᷣ homini debita pctõꝝ. Propter qd ſaluator docet ſic orare Mat.vj. Paneꝫ noſtrũ quotidianũ da nobis hodie.⁊ dimitte nobis debita nr̃a: ſicut ⁊ nos ⁊c̃. Sed ſcitis qd eſt: Deꝰ nunq̃ꝫ dimittit pctõri peccati vincula vt poſſit glutire.id eſt recipe ſpũalis grẽ donũ: niſi ⁊ ipẽ deus ꝑus dimittat aliqd. ⁊ pctõr ipſe aliqd dimittat. Oportet eñi ꝙ ipẽ deus ꝑus dimittat cor pctõris laſciuũ ad planctum ⁊ verã cõpunctioneꝫ.iuxta illud qd dicit pctõr Job.x.dicẽs Dimitte me vt plangã paululuꝫ dolo ⁊c̃.id eſt peccatũ meum.q̃ꝫ eſt doloriſ meritoria cã. Et bene dicit paululũ.q2 oĩs planctꝰ q̃ ꝑ pctõ fieri pt:paruꝰ ẽ.qm̃ pctm̃ ẽ offenſa infinita. Oportet etiam ꝙ hõ.dimittat aĩm:manuꝫ ⁊ eloquiũ. Animũ dico ad ꝓxĩ recõciliationẽ. Mat.vj. Si dimiſeritiſ hoibꝫ ⁊c̃. dimittet ⁊ vob pr̃ vr̃ celeſtiſ ⁊c̃. Et Mat.xviij.dixit ihs xp̃s. Pr̃ meꝰ celeſtis tradet vos tortoribus:ſi nõ dimiſeritis ⁊c̃. Manũ ad ꝓxĩ liberationẽ:⁊ elo

ſinaꝝ largitõez. Eſa. lviij. Hoc
eſt ieiuniũ quod elegi. Diſſolue
colligationes impietatis. ſolue
faſciculos depmentes. dimitte
eos qui ꝯfracti ſunt liberos ꝛc.
Sequit᷑. Frange eſurienti panẽ
tuum. Eloquiũ ad peccati ple-
nam ꝛ apertã ꝯfeſſiõem. Job. x.
dicit᷑ in ꝑſona veri penitẽtꝭ. Di-
mittã aduerſum me eloquiũ me
um. loquar in amaritudine aĩe
mee. dicã deo. noli me ꝯdẽnare.

B ¶ Ubi verus penitens ꝓ-
mittit illa que ad veraꝫ cõfeſſio-
nem requirunt᷑. ſcꝫ. ¶ Pꝛĩo ple
nam peccati reſeratiõnẽ. cum di
cit: Dimittã. i. os meuꝫ laxabo.
linguã meam ſoluã. ꝛ pctm̃ me-
um qꝺ diu tenui q̃ſi clauſum in
carcere: ꝑfecte pandã. qꝺ eſt con
tra illos qui cõfeſſionẽ diuidũt.
ꝛ pctã occultant. ¶ Scꝺo durã
ſui repꝛehenſionem. cum addit:
aduerſum me. i. aduerſaboꝛ mi
hi. accuſabo ꝛ arguaꝫ me: vt deꝰ
ꝓpicietur mihi. Hoc eſt ꝯtra il-
los qui pctã ſua palliant; defen-
dunt ꝛ excuſant. ¶ Tertio pꝛo-
mittit tm̃ ſui accuſationẽ. dicẽs
me. q. d. pctã mea reſerabo q̃ pꝛi
us abſconderã. meipm̃ accuſa-
bo: nõ excuſabo. ſicut Adã Geñ.
iij. Me tm̃ accuſabo. nõ alium
diffamabo. ſic phariſeꝰ Lu. xviij
Hoc eſt ꝯtra illos q̃ ꝓpꝛia pecca
ta celant: ꝛ alioꝝ pctã detegunt
ꝛ reuelant ꝛc. Cõtra qꝺ ꝛ q̃s di
cit ille in pſ̃. Cõfiteboꝛ aduerſũ
me iniuſticiã meã dño. ¶ Quar
to ꝓmittit planã pcti explicatio
nem. cũ adiũgit. eloquium. q. d.
plane loq̃r vt poſſum et integre.
hoc enĩ eſt eloq̃. ſcꝫ plane ꝛ non
inintelligibil᷑r loqui. Hoc ẽ con
tra illos q̃ pctã ſua implicãt ꝛ in
uoluũt. nec explicãt ꝛ euoluunt.
¶ Quinto ꝓpꝛiã ſui pcti expꝛſſio
nem. dicens: meũ. q. d. totuꝫ ego
dicã. nec expectabo ꝯfeſſoꝛis in-
terrogatiõez. Hoc eſt ꝯtra illos
qui loqui nolũt: ſed interrogari
volũt. ꝛ inq̃ri expectãt. ¶ Sex-
to gemebundã pcti cõfeſſionem
dicens. loquar in amaritudine.
id eſt pctm̃ meũ oꝛe dicã. ꝛ cõfeſ
ſioni gemitũ iungã. Hoc eſt cõ
tra illos qui loquunt᷑: ſed locuti
oni gemitũ ꝛc. Nã loquendo ge
mere neſciũt. ꝛ lugẽda ridendo
dicũt. ¶ Septimo verã coꝛdis
contritionẽ. dicens: aĩe mee. q.
d. cõfitendo ſuſpirabo. ꝛ non fi-
cte: ſed vere. q̃niã exibũt gemitꝰ
ex intimis aĩe mee. Hoc eſt con
tra illos qui ficte gemũt. ſic hy-
pocrite. quoꝛuꝫ ſuſpiria ex inti-
mis aĩe nõ ꝓcedũt. ¶ Et qm̃ ad
hec oĩa ſequit᷑ oꝛõnis ꝯfidentia.
idcirco octauo ſpondet fidelem
oꝛõnẽ. dicẽs: Dicaꝫ deo: noli me
cõdemnare. Uel põt dici ꝙ cum
dicit: dicã deo: ꝓmittit purã in-
tentionẽ. Confitet᷑ enĩ ſoli deo.
qꝛ illi ſoli peccat᷑. ſicut dꝛ in pſ̃.
At ſi confeſſio fit ſacerdoti: hoc
nõ fit niſi qꝛ gerit vicẽ dĩ. Hoc ẽ
ꝯtra illos q̃ nõ dicũt deo: ſed di
cunt homini. qui nõ ꝯfitent᷑ pꝛo.

pter deū:ſed ſolū ꝓpter hoīes.ne
ipſi reputent̃ mali ab hoīb9.vel
ab eiſdē puniant̃. ſicut religioſi
ꝛ clauſtrales ꝛc̃. Quo ꝯtra dice
bat ille in pſ̃. Cōfitebor tibi do
mine. Et alibi. Cōfitebor iniu-
ſticiā meā dn̄o. Dicens aūt.noli
me ꝯdemnare.oſtendit ſe habe-
re ſpem de venia ꝯtra deſperati
onem. Non enī rogaret illū niſi
ſperaret ſe ab illo veniaꝫ conſe-
qui poſſe. Confidit igitur ſic di
cens in verbo xp̄i.qui dixit adul
tere. Nec ego te cōdēnabo . Jo-
han. viij. Si igit̃ volum9 dimit
ti a deo q̄ntū ad vinculū obliga
tionis:dimittam9 aduerſuꝫ nos
eloquiū vere cōfeſſionis.qm̄ cō-
feſſio aīam a morte liberat.para
diſum aperit.ꝛ ſpem ſaluādi tri
buit.vt dicit Ambroſi9 in ſmo-
ne q̄dragesime. Et ſm Aug9.in
libro de pn̄ia. Quē penitet:om-
nino peniteat:ꝛ dolorē lachry-
mis oſtendat.repſ̄entet deo vitā
ſuā ꝑ ſacerdotes.p̄ueniat iudici
um dei ꝑ confeſſionē. Fit enī ve-
niale ꝑ ꝯfeſſionē.qd̊ erat morta
le ſeu criminale ꝑ oꝑationē. Sic
igit̃ anxiat̃ ver9 penitens de di-
latione venie:ꝛ de ſubtractione
grē. ¶ Tertio anxiat̃ de cōmiſſi
one culpe.cū dicit:peccaui.id eſt
pctm̄ cōmiſi. q̄d eſt inductiuū
auerſionis.ſcꝫ a deo. Eſaie.lix.
Iniquitates vr̄e diuiſerūt inter
vos ꝛ deuꝫ vr̄m.ꝛ pctā vr̄a ab-
ſconderūt faciē ei9 a vobis. Ex
cecatiuū cognitiōis. Sophon.j.

Ambulabūt vt ceci.qꝛ dn̄o pec-
cauerūt Sapie.ij.dꝛ de pctōrib9
ꝙ excecauit eos malicia eoꝝ. In
quinatiuū affectōis.ꝓpter q̄d di
cit ꝓpha in pſ̃. Ampli9 laua me
dn̄e ab iniquitate mea:ꝛ a pctō
meo mūda me. Eneruatiuū vir
tutis.ſcꝫ ad cauēdū pctm̄. Pec-
catū enī qd̊ ꝑ pn̄iam non diluit̃:
mox ſuo pondere ad aliud tra-
hit.ait Greg9. De hoc Treñ.j.
Pctm̄ peccauit hierl'm.ꝓpterea
inſtabilis facta eſt. Procurati-
uum dānationis.pſ̃. Cōuertan
tur.i.cōuertent̃ pctōres in infer
nū ꝛc̃. Et alibi. Pluet ſuꝑ pctō-
res laq̄os ignis. ¶ Pro-
pter igit̃ hec mala q̄ facit pctm̄
debet oīs hō anxiari de cōmiſſi-
one pctī.qꝛ qui faciunt pctm̄ et
iniquitatē:hoſtes ſunt aīe ſue.
ſicut dꝛ Thobie.xij. Et iō debet
dicere q̄libet pctor.peccaui. Le-
gimus enī ꝙ multiſ ꝓfuit iſta cō
feſſio. ¶ Profuit nāq3 regi da-
uid.qui dixit: Peccaui.ij. Reg.
xij. Et ſtatim dictū eſt ſibi. Dn̄s
tranſtulit peccatū tuū. Dicit enī
Berñ.ꝙ dauid tria pctā cōmiſe
rat.ſcꝫ adulteriū:homicidiū ꝛ ꝓ
ditionem.ꝛ qm̄ digne dixit has
tres ſyllabas.peccaui.de9 indul
ſit ſibi iſta tria pctā. ¶ Profuit
etiā iſtis trib9 pueris.q̄ꝝ vn9 di-
xit.peccauim9 ꝛ īiuſte egim9 ꝛc̃
Dañ.iij. ¶ Profuit etiā illi pub
licano.qui dixit. De9 ꝓpici9 eſto
mihi pctōri. Luc.xviij. ¶ Pro-
fuit etiā illi filio ꝓdigo.qui di-

xit. Pater peccaui in celũ ꝛ corã te. Luce. xv. Sed nõ ꝓfuit pharaoni. q̄ dixit aliq̄ñ. peccaui. Exodi. ix. Nec etiã ꝓfuit antiocho. qui cognouit peccatum ſuuꝫ. ij. Mach. ix. qꝛ nõ dixerũt. peccaui. niſi ficte. Nec profuit illi Achan. qui dixit. Peccaui coram dño dõ iſrl̃. ſed dixit hoc coacte. Nec profuit Chain: nec Jude q̄ dixit. Peccaui tradens ſanguinem iuſtuꝫ. Mat. xxvij. qꝛ illud dixerunt deſperate. Dixit nanqꝫ Chain Geñ. iiij. Maior eſt iniq̄tas mea q̄ꝫ vt veniã merear. Et de iuda dicit̃ vbi. s̃. ꝙ abiẽs laqueo ſe ſuſpendit. Dicat igit̃ quilibet noſtrũ vere nõ ficte. ſponte nõ inuite. cum firma ſpe nõ deſperate. Peccaui. Et ſm̃ ꝙ ait Chryſ. ſufficiet in ſacrificio iſta ꝯfeſſio. Multũ em̃ diſplicet deo iſta ſuperbia. ſcꝫ ꝙ hõ nolit recognoſcere pctã ſua: nec ea ꝯfiteri. ꝛ dicere. nõ peccaui. cũ tñ non ſit hõ qui nõ peccet. iij. Regũ. viij. Unde de⁹ dicit tali ſuꝑbo Hiere. ij. Ecce ego iudicio cõtendaꝫ tecum. pro eo ꝙ dixeris. nõ peccaui. ¶ Quarto anxiat̃ peccator de ſolutione emende. cũ ſubdit. Quid faciã tibi o cuſtos hominũ. q. d. Offendi te dñe ꝯ̃uiter. tu enĩ infinitus es. ac ꝑ hoc culpa mea quodãmodo eſt infinita ꝛ infinitã req̄rit emendã. Quid igit̃ faciam tibi. ꝓ me nec ſcio nec poſſum ſatiſfacere. nec ꝓ me ſufficio reſpondere. quid igit̃ faciam. Peccator enĩ nõ põt deo ſufficienter reſpõdere. iõ dicit Ezechias in ꝑſona pctõris Jſa. xxxviij. Dñe rñde ꝓ me. q̇d dicã ꝛc̃. Itẽ iṗe nõ põt deo aliq̇d dignũ offerre. iõ dicit Micheas. vj. Quid dignũ offerã dño. q. d. nihil poſſum. tñ faciã qđ poſſum. curuabo illi genua. Ulteri⁹ iṗe nõ põt aliq̇d ꝯdignũ deo exhibere. propter hoc dicit iſte h̃. Quid faciã tibi. Et ille villic⁹ Lu. xvj. dicit: Quid faciã ꝛc̃. Propterea pctõr dꝫ ꝓ deo oĩa ſuſtinere. Jõ Paulus dicit Actu. ix. Dñe quid me vis facere. q. d. parat⁹ ſum omĩa facere q̄ vis. ſed neſcio quid vis. Igit̃ indica mihi tu q̇ cuſtos es hominũ. Ad hanc queſtioneꝫ reſpondet iṗe dñs Michee. vj. Indicabo tibi homo quid ſit bonũ ꝛ quid dñs req̄rat a te. vtiqꝫ facere iudicium. ſcꝫ de teiṗo per cordis contritionem: ꝛ oris confeſſionem. ꝛ miſericordiam ſupplere ꝓximis. ꝛ hoc ad peccati dignaꝫ ſatiſfactionem. ꝛ ſolicitũ ambulare cum deo tuo. ꝛ hoc ad peccãdi preſeruationem. ꝛ recidiui declinationeꝫ. Placeat deo ꝙ ſic ĩ hac vita cum deo ambulem⁹ ſolicite. vt tãdẽ cũ eo eternaliter q̇eſcamus. Amen.

## ¶ Feria q̇nta poſt cinerũ.

IN diebuſ illis. Egrotauit ezechias vſqꝫ ad morteꝫ. Jſaie. xxxviij. D ¶ Heſterna

die in capite ieiunij monuit deꝰ
ꝑ ꝓpham Johelē filios eccl'ie vt
ↄuerterent̃ ad ipm ī ieiunio ⁊ fle
tu.d. ¶ Cōuertimini ad me in to-
to corde veſtro in ieiunio ⁊ fletu.
Monuit etiā miniſtros altarꝭ ⁊
p̄latos eccl'ie vt plorarēt: ⁊ plo-
rando orarēt. dicētes tam ꝓ ſe q̄z
ꝓ alijs. parce dn̄e parce ppl'o tuo
Inter veſtibulū ⁊ altare. inquit:
plorabāt ⁊c. ⁊ qn̄iā illud de quo
q̄s monet̃ efficaciter: libentiꝰ de-
mandat executiōi debite. qn̄ ſcit
q̄ ⁊ q̄nta vtilitas ſequit̃ impletio
nem. Idcirco in hac ſc̄da lectione
ſpūſſctūs eiſdē filijs eccl'ie expli-
cat q̄ ⁊ quāta vtilitas ex oratiōe
flebili: ſequit̃ ex eo q̄d circa regem
ezechiam ad l'ram ↄtigit: vt ī ipſa
libentiꝰ occupent̃. ¶ Egrotauit
enī rex p̄dictꝰ corꝑaliter vſq̄z ad
mortem. ſicut refert Iſaias ꝓpha.
Orauit aūt cum fletu ⁊ lachry-
mis. ⁊ ſanitatē meruit ⁊ vite ſue
corꝑali multoꝝ additamentum
dieꝝ. Et certe q̄d ipē ꝑ oratōem
flebilem corꝑaliter meruit: me-
rentur ſpūaliter q̄tidie peccato-
res. Omnes enī alij medici pla-
cant̃ muneribus ⁊ pecunijs. Ait
Chryſ. ſuꝑ Mat. Medicus au
tem celeſtis qui libentiꝰ ſanitatē
ſpiritualē q̄z corꝑalem efficit: ſo-
la oratōne placat̃: nec eſt aliquid
dignius quod offeramus domi
no q̄z fidelem orōnem. ¶ Et vi-
dere qꝛ in iſta oratione in q̄ p̄nci-
palius agitur ad litterā de ſani-
tate corporali. ⁊ ſm̄ ſenſum my

ſticum de ſpirituali ꝑ orationem
flebilem accepta. tangit ſpūſſan
ctus tria ad ipſam orationē per-
tinentia. videlicet oratiōis moti
uum ſeu excitatiuū. motiuū ſeu
executiuum. fructū ſeu conſecu-
tiuū. ¶ Primū facit a principio
lectionis. vſq̄z ibi. [Et cōuertit
Ezechias faciem ſuam ad parie
tem]. ¶ Scōm facit ab iſta par-
te vſq̄z in finem epiſtole. ibi. [Et
factum eſt verbum dn̄i]. ¶ Ter
tium vero ab iſta parte vſq̄z in fi
nem epiſtole. Proſequit̃ autē to
tam iſtam litterā ſimul ſm̄ vtrū
q̄z ſenſum. ſcz litteralē quantum
ad ezechiam regem. ⁊ ſpiritualem
quantū ad hominem de peccatꝭ
penitentem. ¶ Unde notandum
quantū ad primam partem in q̄
tangit̃ motiuū ſeu excitatiuum
orōnis. q̄d motiuū orōnis in eze
chia fuit duplex ad l'ram. ſ. egri-
tudo corꝑalis. ⁊ p̄dictio ꝓpheta
lis. ¶ Un̄ dicit ſcp̄tura [In die
bus illis] in quibus ſupple ha-
buerat iſte rex victoriā mirabilē
⁊ triūphū incredibilē de aſſyrijs
īterfectꝭ vna nocte ꝑ miſteriū an
geli centū octogintaq̄nq̄z milibꝫ
hoīm ī caſtrꝭ aſſyrioꝝ. Et ī q̄bꝫ
regn̄re cepit ſuꝑ aſſyrios aſſarad-
don filiꝰ ſēnacherib. ipō a filijs
ꝓprijs ī tēplo dei ſui occiſo. Si-
cut refert hiſtoria. iiij. Reg. xix.
⁊ Iſa. xxxvij. [Egrotauit ezechi
as vſq̄z ad mor.] Fuit autem iſta
egritudo vt ſuſpicantur hebrei
apoſtema. ſcz vlcꝰ. Aq̄la vero ⁊

Symachus ⁊ theodocion dicūt
hoc fuiſſe morbū regiū. Cauſaꝫ
aūt q̄re ille rex incurrit iſtā gra-
uem egritudinē. dicit mgr̄ in hi
ſtoria ⁊ gloſa fuiſſe elationeꝫ. qꝛ
poſt inopinabilē triumphū. q̄ꝫ-
uis ſm̄ Joſephū cū ꝓplo iſte rex
hoſtias īmolauerit: aio tn̄ elatꝰ
fuit. ſic̄ innuit̄. ij. Paralip. xxxij
Vn̄ nec digne gr̄as egit nec can
ticū cantauit (ſicut ꝯſueuerunt
facere in huiuſmōi p̄rēs ſui. vi-
delicꝫ moyſes. Exo. xv. ⁊. xxxij.
⁊ dauid in multꝭ locis) ꝓpter q̄d
vſqꝫ ad mortē egrotauit. ¶ Ex
quo elicit̄ ad lr̄am ꝙ ſepe ꝓpter
pctm̄ p̄cipue ingratitudinis in
currūt hoīes in infirmitates cor
poris. vn̄ ⁊ chriſtꝰ dixit illi Joh.
v. Ecce ſanꝰ factus es: iam noli
peccare: ne deteriꝰ tibi aliq̄d cō
tingat. Ecce ergo egritudo cor-
poralis q̄ iſtū regē excitauit ad
orandū. E ¶ Sequit̄ p̄dictio
ꝓphetalis.. vn̄ ſubdit̄. [Et itro-
iuit] ſupple. de mandato dn̄i ſi-
bi facto ꝑ internā inſpirationeꝫ
⁊ ꝓpheticā reuelationē. [ad eum
yſaias filius amos ꝓpha] ſupple
egregius. qui ſpū magno vidit
vltima. Ecci. xlviij. [Et dixit ei
Hec dicit dn̄s]. ¶ Nota certi-
tudinem ⁊ īmobilitatē ꝓphetie.
qꝛ hec dicit dn̄s. cuiꝰ verbū ſta-
bile eſt. nec pōt reuocari ¶ [Diſ
pone domui tue. qꝛ morieris tu:
⁊ nō viues. Dixit nāqꝫ illi ꝙ diſ
poneret de domo regia. q̄s ſup.
poſt eū regnare deberet. Nō eni

hēbat filiū. nōdū ei natꝰ erat ma
naſſes. vide de h̄ in hiſtoria. iiij.
Reg. xxi. Ecce igit̄ p̄dictio ꝓphe
tal'. q̄ ipm̄ regē etiā excitauit ad
orādū. ¶ Sꝫ q̄re ex hoc fuit exci
tatꝰ ad orādū. cū ſciret yſaiaꝫ ꝓ-
phetā eſſe. ⁊ iſtā ꝓphetiā ꝯtinere
īmobilē veritatē. Dicēdū ꝙ non
orauit. ſic̄ appet ex lr̄a. vt eiꝰ vi-
ta ꝓlongaret̄. nec ꝙ ei adderent̄
anni pl'es. hoc etiā ſalomō nō pe
tiuit. qđ vt dic̄ hiſtoria. iij. Reg.
iij. deo multū placuit. Sꝫ terri-
tus mortꝭ iudicio (q̄ terrent̄ ſm̄
glo. etiā ſcti viri) orauit. vt ꝓpter
mala q̄ fecerat: bona ſua nō eēnt
in obliuiōe corā deo. ¶ Scđꝫ au
tē ſenſuꝫ ſpūalē h̄ tangit̄ duplex
motiuū qđ dꝫ excitare pctōrē ad
orandū. p̄mū eſt ꝑpetratio mor-
talis culpe. ſcđm ē cōminatio ie
hēnal' pene. Pro p̄mo dr̄ ꝙ eze-
chias in ꝑſona pctōꝝ egrotauit
vſqꝫ ad mortē. Sepe eni in ſcri-
ptura ſcti viri gerūt typū pctō-
ris. ſicut hic ezechias. ⁊ petrus.
Actu. xij. Iſta aūt egrotatio vſqꝫ
ad mortē etiā īcluſiue: ē ipa ꝑpe-
tratio culpe mortal'. qua egrotat
aīa ⁊ morit̄. Egrotat q̄dē. qꝛ vul
nerat̄ ī naturalibus. morit̄ ꝟo qꝛ
p̄uat̄ dei gr̄a. q̄ eſt eiꝰ vita. ⁊ ob-
ligatur ad mortē eternam. Pro
iſta egritudine vt curet̄. i. vt pec
catū remittat̄ dꝫ omīs hō orare.
vn̄ ꝓpha ī pſ̄. poſtq̄ꝫ dixerat dn̄o
Tu remiſiſti impietateꝫ peccati
mei ſubdit. ꝓ hac ſup. remiſſiōe
pcti orabit ad te omīs ſanctꝰ ⁊c̄.

Iſta egritudo grauiſſima mlˈti
plex eſt. Eſt enī ſupbia ſicut fre
neſ. Inuidia ſicut epylēſia. Ira
ſicut furia. Auaricia ſicut ydro//
piſis. Accidia ſicut litargia. et ſi
cut paraliſis. Gula ſicut apople
xia. Luxuria ſicut lepra. Pro hiſ
oībus egritudinib⁹ debet pctōr
egrot⁹ orare celeſtē medicū et di
cere cū pphera in p̄s. Dn̄e miſe
rere mei: ſana aīam meā qr pec//
caui tibi. Et nota ſicut elatio
iſti⁹ regis fuit meritū ſue īfirmi
tatis corpalis. ita ſupbia ē initi//
um oīs infirmitatꝫ ſpūalis. In
itiū enī oīs mali eſt ſupbia: dicit
ſcriptura. Pro ſcd̄o dicit̄ pec
catori p internā inſpirationeꝫ et
p exteriorē p̄dicationē [Diſpone
domui tue] .i. aīe tue ſcꝫ cogitan
do q̇d feciſti: quē offendiſti: q̇d p
didiſti: et q̇d incurriſti: Diſpone
dicit̄: dolēdo corde. cōfitēdo ore.
ſatiſfaciēdo ope. pponēdo volū//
tatē. ſcꝫ nūq̄ꝫ relabi in pctm̄. vt
ſic poſſis deo dicere cū pphera.
Dn̄e dilexi decoreꝫ dom⁹ tue in
p̄s. Aīa enī tua nō ſolū ē dom⁹
tua. imo eſt dom⁹ dei. Diſpone
igit̄ qr morieriſ tu: et nō viues .i.
qr tu mortuus es ſpūaliter. mo
rieris eternaliter niſi ↄuertariſ.
ergo diſpone vt poſſis dicere cū
ppha in p̄s. Non moriar: ſed vi
uam: et narrabo opa dn̄i. Et be
ne narrabo ſi viuā. quia vt dicit
iſte in ſuo cantico. Nō infernus
confitebit̄ tibi: neqꝫ mors lauda
bit te. Seq̇tur. Viuens viuens

ipſe ↄfitebitur tibi. qr a mortuo
q̄ſi nihil perit cōfeſſio: dicit ſcri
ptura Eccī. xvij. F Circa
ſcd̄am partē in qua tangit ppha
motiuū orōnis ſeu executiuū: ſci
endū q̄ q̄ntū ad litteram tangit
tria que ↄgruū eſt eſſe in pſecuti
one orōnis. cōgruū dico non ne
ceſſariū. primū reſpicit locuꝫ. ſe
cundū reſpicit verbū. tertiuꝫ re
ſpicit ſignū. Propter primū di
citur [Et cōuertit ezechias faci
em ſuā ad parietē] Cōtriſtatus
enī fuit cū audiuit verba pphe//
te credens ſimplr̄ mori. Contri
ſtatus dico ſm magiſtrū hiſtori
arū. nō quia relinquebat domū
deſolatā. ſed ne forte fruſtraret̄ ī
eo promiſſio facta dauid de chri
ſto. eo q̄ ipe filiū nō habebat. et
ↄtriſtatus vt oraret ſecreti⁹: et
ne aſſiſtentes viderent lachry//
mas: cōuertit faciē ſuā ad parie
tem iuxta quē iacebat. Et certe
orare ſecrete in abſcondito con//
gruū eſt. iuxta verbū ſaluatoris
Mat. vi. Tu aūt cū oraueris in
tra in cubiculū ⁊c. [Vel conuer
tit faciē ſuam ad parietē] ſcꝫ por
ticus templi iuxta quā cubabat:
vt quia in porticū aſcendere nō
poterat ad orandū: ſaltē ad faciē
eius oraret. Simile legimus de
daniele: q̇ exiſtēs in terra chalde
orū tribus tēporib⁹ in die flecte
bat genua ſua. et feneſtris aper//
tis orabat ↄtra hierlm̄. Dan̄. vi.
Et locus certe bene ↄgruit ora//
tioni. Domus enī mea domus

orationis vocabit᷑. dicit chriſtus Luč. xix. Petrus aũt et iohãnes in templũ aſcendebant vt orarẽt Act. iij. ¶ Propter ſcõm additur: et orauit ad dominũ et dixit Obſecro dñe memẽto queſo. Fuit eñi oratio adiuratiua et ſacrorũ allegatiua. vnde [Obſecro] id eſt ob ſacra rogo. [Quõ ambulauerim corã te i veritate] ſupple religionis. dicit glo. interliñ. [Et i corde pfecto] ſup. nõ claudicans in duas ptes. vnã partez cordis mei dans idolis: et alterã tibi. [Et q̃d bonum eſt in oculiſ tuis fecerim]. Ipſe eñi eſt qui valuas tẽpli aperuit. q̃s Achaz pater ſuus clauſerat. q̇ ſtatuas contriuit q̃s iſte erexerat. qui lucos ſuccẽdit q̃s iſte nutriuerat. q̇ templũ mundauit. q̃d ille polluerat qui holocauſta deo obtulit q̃ iſte neglexerat. qui ſacerdotes dei honorauit quos iſte cõtempſerat. q̇ ſerpentẽ eneũ confregit. quez diu pplus ante adorauerat. et cui incenſum obtulerat. ſicut hec legũtur. iiij. Reg. xix. et. ij. Paralip. xxix: ¶ Propter tertiũ ſubditur [Et fleuit ezechias fletu mag̃.] imitans patrẽ ſuũ dauid. qui dicebat. Poculũ meũ cũ fletu miſcebam. in pš. Et certe fletus in oñone euidens ſignũ eſt cõpunctionis ⁊ deuotionis. et ꝙ talis oño ſit exauditione digna. Exẽplum de anna. j. Reg. j. ⁊ Thobie. iij. et de maria Magdalena Luce. vij. ⁊ de Petro Luce. xxij.

¶ Tangit ergo ad lr̃az tria: que q̃uis non ſint oñoni neceſſaria. ſunt tñ valde congrua. patuit de loco. patuit de ſigno. ptz etiã de verbo. qr q̃uis oratio pure mentalis ſit melior q̃z pure vocalis. tñ oño mixta. q̃ ſił eſt mẽtalis et vocalis dignior ⁊ efficacior ẽ q̃z pure mẽtalis. Exemplũ in xp̃o. qui ꝓpinquans paſſioni. ⁊ i cruce vocaliter orauit. Exẽplũ etiaz in Aplo qui dicebat. Orabo ſpũ. i. voce. orabo ⁊ mente. j. ad Corinth. xiiij. B ¶ Ad euidẽtiam hui⁹ partꝭ etiã ad lr̃az duo ſunt notanda. Primũ eſt ꝙ duplex ẽ act⁹ mẽorie. Prim⁹ ẽ ꝓductio verbi i acie intelligentie. Et hic actus eſt ꝓpriiſſime in deo. ꝑ actũ eñi mẽorie: q̇ ẽ dicere. pr̃ ꝓducit verbum eternum. De illo actu memorie loquunt᷑ ſancti et doctores theologi. Scd̃s ẽ act⁹ memorandi ſeu recordãdi vł reminiſcendi. de q̃ loquunt᷑ phi q̇ ẽ iterata cõſideratio alicuius rei. Tunc eñi homo ꝓprie memorat᷑ aliquid qñ illud primo actualiter cõſiderauit. ⁊ poſtea illud cõſiderare deſijt vel ꝑ obliuionem: vel ꝑ aliam alterius rei ↄſiderationem. ⁊ poſtmodũ illud iterato conſiderat. Et iſte actus nullo modo eſt in deo: qui oĩa facta fienda factibilia ⁊ fieri poſſibilia ſimul ⁊ vnico actu ſemper conſiderat. Unde memorari in deo non dicit aliquid in eo: ſed ab eo. ſcz effectum ſue bonitatis:

vel ſue equitatis. Sicut dicit̃ me
morari bonorũ: qñ ea remũerat.
⁊ malorũ. qñ ea punit ⁊ vindicat
De p̃mo Abachuc. iij. Miſeri-
cordie recordaberis. De ſcḋo in
pſ̃. Memor eſto domĩe filiorũ
edom. Cũ ergo dixit iſte ezechi-
as [Memẽto dñe.] nõ petiuit ꝙ
deus memoraret̃: qui nihil obli-
uiſcitur. nec aliquid iterato con
ſiderat: ſed petiuit effectũ ſue bo
nitatis vt approbaret ⁊ remune-
raret ſua bona. ⁊ ne ꝓpter mala q̃
fecerat ꝑirẽt apud deũ bona ſua.
¶ Secũdo notandũ eſt ꝙ hõ
qui ex bona intentione fecit aliq̃
que ex genere ſuo ſunt bona. ⁊ de
quibꝫ habet ꝯiecturã ꝓbabilẽ ꝙ
ea fecit ĩ charitate: licite poteſt ea
allegare coram dño in orõne. et
hoc ſi ꝓponit ea humiliter ⁊ abſ-
qꝫ elatione ſimpl'r ⁊ cũ bona in-
tentione. non ꝯfidens in eis p̃n-
cipaliter: ſed in dei bonitate. ma
xime ſi orõ ſit ſecreta. ita ꝙ eam
nullus audiat niſi deus. q̃ omĩa
fuerũt in orõne iſti⁹. Nõ ſic autẽ
de illo phariſeo. de q̃ Luc. xviij.
qꝛ bona que allegabat non fece-
rat recta intentione. nec exiſtens
in charitate. nec ea hũiliter ꝓpone
bat: ſed ſuꝑbiſſime. ⁊ alios ꝯtem
nẽdo. qꝛ nec orauit. ſed ſm Au-
g⁹. ſolũ ſeip̃m laudauit. Si aũt
aliq̃s hõ multa bona fecit ⁊ com
miſit aliq̃ mala: ſi in oratõne tñ
ꝯfiteat̃ mala: ⁊ nõ alleget ſua bo
na: orõ illi⁹ melior eſt. qꝛ hũilior
Qualis fuit orõ dauid qui dice

bat: Propiciaberĩ pctõ meo: mł
tum ẽ enĩ. ⁊ ſequit̃: ſm miſcdiã
tuã memẽto mei tu. in pſ̃. Qua
lis etiã fuit orõ thobie q̇ dicebat
Ne reminiſcarĩ dñe delicta mea
⁊c̃. Thobie. iij. Qual' etiam fuit
orõ latronis. q̇ poſtq̃ꝫ dixit. Nos
quidẽ iuſte digna factĩ recipim⁹
⁊c̃. dixit xp̃o: Memẽto mei dñe
dũ veneris in regnũ tuũ. Luc.
xxij. Si aũt aliq̃s cõfiteat̃ mala
ſua ⁊ nõ allegat bona propria: ſꝫ
bona ſanctorũ: tunc eſt orõ meli
or. qꝛ talis ponit inter ſe ⁊ deũ
talia merita que ſunt exauditio
ne digna. Talis fuit oratio triũ
puerorũ qui dicebant. Peccaui
mus: inique geſſimus. ⁊ poſtea
dicebant. Ne auferas miſericor
diam tuam a nobis ꝓpter abra-
am dilectum tuum: et iſaac ſer-
uum tuum. Danielis. iij. Talis
etiam fuit oratio Salomonis. q̇
dicebat. ij. Paralip̃. vj. Memẽ-
to miſericordiarũ dauid ſui tui.
Et talis ſemꝑ eſt oratio eccleſie
que orat ꝑ ieſum chriſtũ. ¶ H
¶ Spiritualiter autẽ quantum
ad penitentem tangitur in hac
ſecunda parte proſecutio debita
orationis quo ad tria. ſcilicet q̃
ad id quod debet agi mẽtaliter.
Et quo ad id quod dꝫ dici ver-
baliter. Et quo ad id quod de-
bet fieri corporaliter. ⁊ intellige
ly debet de congruo non neceſſa
rio. ¶ Primum notatur. cum
dicitur. [Conuertit faciem ſuã
ad parietem. Naꝫ primũ qḋ dꝫ

facere digne orans eſt faciē ſuā;
id eſt ſupiorē partē rōnis ꝯuerte
re ad diuina bñficia. inter q̄ ṗn⸗
cipali⁹ fuit incarnatio dñica. ꝑ
quā fuit edificat⁹ paries hūani⸗
tatis vere. poſt quē abſcondit et
poſuit ſe dilect⁹ dei fili⁹. Cañ. ij
En ipē ſtat poſt parietē noſtrū.
vt ſuꝑple eſſet de⁹ abſcōdit⁹ Iſa.
xlv. i quē irruerūt iudei: faciētes
in eo multa vulneꝝ foramina. et
cauernā. i. plagā lateris in q̇bus
ſe poſſīt ꝯtutare fideles aīe et ſim
plices: ne capiant̄ ab auib⁹ rapa
cib⁹. i. a demonib⁹ Cañ. ij. dicit
ſponſus fideli aīe. Surge ami⸗
ca mea: colūba mea in foramib⁹
petre: i cauerna macerie. Eſt et⸗
eni xp̄s hō ille paries de q̄ dr in
pſal. iudeis. Quouſq; irruit; in
hoīem: interficitis vniuerſi vos
Irruitis dico tanq̄; parieti incli
nato et macerie depulſe. Tm̄. n.
et tādiu irruerūt in hūc parietē;
q̄ fuit inclinat⁹ Ioh. xix. Incli⸗
nato capite emiſit ſpm̄. Tādiu
etiā irruerūt in hanc maceriā. i.
in corp⁹ dñicū: donec fuit depul
ſa. ſc; a corꝑali vita. Quid igit̄
debet facere ṗmo et ṗncipal'r di
gne orans. Certe mentē ſuā ⁊ fa
ciem cōuertere ad dei filiū incar
natū et crucifixū: ad iſtū parietē
ꝑforatū et cauernatū. ¶ Scdm
vero tangit̄ ibi ⌊ Orauit dñm et
dixit. Obſecro dñe memēto q̄ſo
⁊c. Si eni orans bona opa fecit
pōt ea ꝓponere. ſi vult eo modo
quo dictū eſt ſtatim ſupra. meli

us tū facit ſi ea taceat: et ꝯfiteat̄
pctā ꝓpria. et alleget xp̄i et ſctōꝝ
merita et imploret effectū diuīe
clementie. d. ⌊ Obſecro dñe me⸗
mento q̄ſo ⌋ debet. n. īuocare dei
potentiā: dicendo. dñe. Allegare
chriſti et ſctōꝝ merita: dicendo.
Obſecro. i. ob ſacra rogo. Flagi
tare diuinā clementiā. dicendo.
queſo. et poſtulare diuina bene⸗
ficia. dicēdo: memēto. Sicut di
cebat iſte ioſeph: Memēto mei
dū bene tibi fuerit. Geñ. xl. Et il
le neemias. Neemie vlti. d. Me
mento mei deus me⁹ ꝓ hoc. Et
ſeq̇tur. Et ꝓ hoc ergo memento
mei deus meus: ⁊ parce mihi
ſcḋm multitudinē miſerationum
tuarū. Sic etiā facit eccl'ia orās
⁊ dicens. Memēto ꝯgregatiōis
tue ⁊c. Tertiū vero tangit̄: cum
dicitur ⌊ Et fleuit ezechias fletu
magno. Flere deb; pctōr cū orat
fletu magno ꝓ remiſſione pctōꝝ
que magna ⁊ q̄ſi infinita ſunt. ⁊
flere q̇libet deb; fletu magno cū
orat ꝓ infuſione donoꝝ: et adeꝯ
ptione gaudioꝝ. q̄ magna et q̄ſi
infinita ſunt. De iſto fletu dicet̄
poſtea in ſermone. ⌋ ¶ Quā
tū aūt ad tertiā partē: in q̄ tangi
tur fructus ſeu ꝯſecutiuū orōnis
Ad litterā de iſto rege tanguntur
tria. vic; exauditio ſupplicant;:
Curatio egrotātis: ⁊ cōfortatio
trepidantis. ¶ Propter ṗmum
dicit ⌊ Et factū eſt verbum dñi
ad eſaiā dicēs ⌋: Verbū iſtud ve
ro factū fuit ſpūſctō inſpirante ⁊

loquente interius ad cor ꝓphete
ac reuelante qđ prius celauerat ei
Et factũ fuit anteq̄ʒ egrederetur
mediũ atrij. Sicut dicit᷑. iiij. Re.
xx. Uade et dic Ezechie In quar
to libro Regum dicit᷑ Reuertere
Hec dicit dñs deus. In. iiij. Re
gũ addit᷑. [Dauid prĩs tui ]. cui
ius ſup. ꝓmiſſionez tu times eſſe
fruſtratã. Et nota ꝙ vtrũq; fuit ꝓ
pheticũ. ſcʒ ⁊ illud qđ dixit Eſa.
morte morieris. et q̄d dixit nunc
de additione dierũ. vtrobiq; eniʒ
dicit᷑. [Hec dicit dñs. Audiui o
ratiõʒ tuã ] id eſt exaudiui. et vidi
id eſt approbaui. et reſpexi reſpc̃u
miſericordie [lacrimã tuã ] vl' la
crimas tuas. ſicut hʒ lr̃a. iiij. Re.
xx. Ecce igit᷑ exauditio oꝛ̃onis la
crimoſe. Simile habes de Anna
ſil'e de Thobia. Propter ſecũ
dum addit᷑ [ Ecce ego ] ſup. deꝰ.
[adijciam ſup dies tuos ] in qui
bus ſup. debebas mori ſm̃ cauſaſ
inferiores [annos q̄ndecim ] ſub
intellige illud qđ dicit᷑ in. iiij. Re
gũ. vbi dicit᷑ ſic. Et ecce ſanaui te
Die tertio aſcendes templũ dñi.
et addam diebꝰ tuis ⁊c̃. et ĩfra eo
dem dicitur. ⁊ iuſſit Eſaias pro
pheta vt tollerẽt maſſam de ficis
et cathaplaſmarent ſup vulnus
eius. vel vlcus eius: vt habet he
breus. Erat forte apoſtema. vt di
cunt aliq. cuiꝰ ſanies in cutis ſu
perficie ꝓuocat᷑ ſiccioribus ficis
contuſis. dicit mg̃r hiſtoriarum
Uel erat morbꝰ regius: vt dicũt
aliq aliȷ. cui quidẽ dulcia vl' ſum
pta vel apposita cõtraria putant᷑
⁊ ita potẽtia dei mõſtrata eſt: cuʒ
per res noxias ſanitas eſt reſtitu
ta. ⁊ conualuit Ezechias vt dici
tur in. iiij. Regũ. ⁊ h infra dicit᷑.
vt ſanaret᷑. Ecce ẽg curatio infir
mãtis. Propter tertiũ ſubdit᷑.
[ et de manu regis aſſyrioꝝ ] cu
ius ſup. tu times ẽ dixũ [ ſeruã te ]
nunq̄ʒ eñ alias reuertet᷑ [ ⁊ ciui
tatẽ iſtã ] ſcʒ ieruſalẽ [ ⁊ ꝓtegam
eã ] littera q̄rti Regũ. xx. dic̃. pro
pter me ⁊ ꝓpter dauid ſeruũ me
um: ꝓpter me quidẽ. i. ꝓpter ma
nifeſtationẽ mee miſericordie. et
propter dauid. i. ꝓpter impletio
nẽ ꝓmiſſionis ei facte. [ dicit dñs
omp̃s ] ↄcludit eccl'ia. K Spi
ritual'r aũt q̄ntũ ad penitentẽ tã
gitur triplex fructus lacrimoſe o
ratiõis. ſcʒ exauditio deſiderij. ſa
natio ſpũal' morbi. ⁊ fugatio ſeu
euaſio infernal' aduerſarij. Pri
mus fructꝰ notat᷑ cũ dicit domi
nus. Audiui oꝛ̃onẽ tuã ⁊c̃. q̄d ap
paruit in multis ꝑſonis q̄ñ ora
uerũt cũ lacrimis fuerũt exaudi
te. ſicut patebit infra in ſermone
Secundꝰ notat᷑ cũ dicit᷑. Ec
ce ego adijciam. ⁊ planiꝰ in q̄rto
Regũ. vbi dicit᷑. Et ecce ſanaui
te ⁊c̃. Et hoc etiã apꝑuit in mltis
ꝑſonis curatis a morbis corꝑali
bus. q: humiliter orauerũt. ꝑ q̄d
etiã intelligo curatõem ab ĩfirmi
tate ſpũali. q̄d ad lr̃aʒ apꝑuit in
publicano Luce. xviij. Notan
dũ ꝙ iſte fuit curatus ꝑ appoſiti
onẽ dulciũ: ad innuẽdũ ꝙ ⁊ ſi de

us ſanet pctōres interdū p appo ſitionē acriū. vtpote p flagella iu ſticie ꝛ infundēdo vinū pungit m̄ pnie. q̄ꝫ maxime tñ ſanat eos per appoſitōem dulciū. vtpote per in fuſionē olei gr̄e. et exhibitōem be neficij ſue dulcis clemētie. In h̄ etiā innuit ꝙ ſacerdotes melius ſanāt pctōꝝ vulnera: ſi interduꝫ leniāt ꝛ ꝯſolentur eos. q̄ꝫ ſi ſemp pungerēt ꝛ increparent eos ac im ponerēt penitētias nimis duras ¶ Notandū aūt ꝙ ille die tertio plene curatus eſt. p quē intelligo vl' tēpus gr̄e. qđ eſt tps tertiū pꝰ tempus ſup. legis nature ꝛ legis gratie. in q̄ eſt per ſacram̄ta eccle ſie plena remiſſio pctōꝝ. vel p di em tertiū intelligo partē tertiam penitētie. ſcꝫ ſatiſfactōem. p quaꝫ pctōr plene reddit̄ ſanitati. p an nos em̄ decē ꝛ quīqꝫ q̄ fuer̄t huic infirmo additi intelligo ſpūal'r l' illos. xv. gradus caritatis quos ponit apoſtolꝰ. j. Corinth. xiij. c. ab iſta pte. caritas patiens ē. vſqꝫ ibi. ſiue ꝓphetie. quos vtiqꝫ aſcē-dunt q̄ pfecte curant̄ a peccatis. vel obſeruātiā vtriuſqꝫ teſtamēti ¶ Scōm em̄ Jeronymum in ep̄la ad Paulinum p ſeptenariū in-telligit̄ vetus teſtamentū. ꝛ p oc-tonarium nouū. ¶ Et certe vtram-que legem ſeruat qui habet chari tateꝫ. ſine qua nō eſt remiſſio pec catorum. ¶ Tertius fructꝰ nota tur cum dicit̄. Et de manu regis aſſyriorꝫ ꝛc̄. per quem intelligo diabolum, eruam te ꝛ ciuitatem

iſtam. id eſt animā tuā ꝛ ꝓtegam eam. ¶ Et hic fructus apparuit in multis obſeſſis a demonibꝫ: ora tiōis merito a xp̄o liberatꝫ Mar ci. ix. dixit chriſtus. Hoc genus demonioꝝ ī nul. eijcit̄ niſi in orō ne ꝛ ieiunio. ¶ Patet aūt cōcor-dantia inter ep̄lam ꝛ euāgelium quod illa die legit̄. qđ īcipit. Cū introiſſet Jheſus capharnaū ꝛc̄. Math. viij. In lectiōe em̄ illa ꝓ pheta agit de curatiōe regis me-rito orōnis facte. ꝛ in euāge. agit̄ de curatione ſerui Centurionis: etiā merito orōnis. Idem em̄ de us eſt vtriuſqꝫ teſtamenti. q̄ non ſolum ſanat reges ꝛ liberos: ſed etiā paupes ꝛ ſeruos. cui placeat vt ſic nos ſanet in preſenti p gra-tiam et in futuro per gloriam.

¶ Ad euidentiā autē iſtius littere aliqua q̄runt̄. Primo vtꝝ Eſayas quādo dixit regi. morte morieris: fuit ꝓphetice locutus. Videt̄ ꝙ nō. quia qđ p̄dixit non euenit. quicq̄d autē ꝓphetice pre dicit̄: immutabil'r euenit. Scđm em̄ Caſſio. ſuper pſal. ꝓphetia eſt diuina reuelatio reꝝ euentus im mobili veritate denuncians. aut igit̄ nō fuit ꝓpheta. vel fuit dece-ptus vel mētitus. quod eſt ꝯtra dictā diffinitōem. ¶ In ꝯriuꝫ eſt q̄d fuit locutus in pſona dei di-cens. Hec dicit dominus. nunc autē ꝓphete nō cōſueuerunt ſic lo qui niſi quādo ꝓphetice loq̄ban tur. ¶ Scđo q̄rit̄. vtrum omnis ꝓphetia ſit ſipl'r īmutabil', videt̄

ꝙ nõ. q2 ꝓphetia fuit qñ dixit Jo-
nas. Adhuc q̃draginta dies ⁊ ni-
niue ſubuertet̃ Jone. iij. illud aũt
nõ euenit. g̃. ꝓphetia ſua mutabil'
fuit. Jn ꝯrium eſt ꝙ ꝓphetia eſt
a ſpũ ſancto. ij. Pet. j. Spũs aũt
ſanctus cũ ſit p2ia v̈itas nihil p̃t
p̃dicer̃ niſi qḋ ẽ euẽtuꝝ. Tertio q̃
ritur. vtꝝ ſententia dei ſit reuoca
bilis. Videt̃ ꝙ nõ Eſaye. xiiij. ca.
Dñs exercituũ decreuit. ⁊ q̇s po
terit infirmare. q̃ſi diceret: null⁹.
Jn ꝯrium eſt v̈bum Ambro. di-
centis. Nouit deus mutare ſentẽ
tiã ſi tu noueris mutare delictuꝫ
¶ Quarto querit̃. Vtꝝ vita ho-
minis poſſit augmẽtari vltra ter
minũ a deo cõſtitutũ. vel breuia-
ri citra. Videt̃ ꝙ ſic ꝑ illud quod
dictũ fuit regi hic. Ecce ego adij
ciaꝫ ſuꝑ dies ⁊c̃. g̃ potuit augmẽ
tari. ¶ Preterea dicit̃ in pſalmo
Viri ſanguinũ nõ dimidiabunt
dies ſuos. ⁊ Sap̃. iiij. de viro iu-
ſto ꝙ raptus eſt: ne malicia mu-
taret intellectũ eius. Jn ꝯriuꝫ eſt
quod d2 Job. xiiij. c. Conſtituiſti
terminos eius qui p̃teriri nõ po-
terunt. M ¶ Ad iſtaꝝ queſti-
onũ euidentiã q̃dam ſunt p̃mit-
tenda ¶ Primũ eſt ꝙ p̃o2dinata
a deo ab eterno neceſſario eueni-
unt neceſſitate ꝯſeq̃ntie. nõ conſe
quẽtis. h̄ eſt dictũ. q2 a deo p̃o2di
nata vel p̃uiſa ſunt: neceſſario ſe-
quit̃ ꝙ erunt. eo ꝙ infallibilis eſt
ſua diuina p̃ſcientia. ⁊ p̃o2diatio
immutabilis. ⁊ tamẽ illud quod
erit nõ eſt in ſe neceſſariũ. imo eſt
cõtingens ⁊ poſſibile al'r eſſe. Nõ
eñ ſequitur. ꝯſeq̃ntia eſt neceſſa-
ria. g̃ conſequẽs eſt neceſſariũ. ſic
patet. ſi om̃is homo eſſet albus:
ſequit̃ neceſſario ꝙ ſo2tes eẽt alb⁹
⁊ tamẽ ſo2tem eſſe albũ eſt ſimpli
citer ꝯtingens. Vñ nõ eſt neceſſa
rium abſolute: ſed ex ſuppoſitõe
ſcꝫ ſuppoſito ꝙ oĩs homo eſt al-
bus. Sic eſt de p̃o2dinatis a d̄o
ab eterno. ſuppoſito eñ ꝙ ſint p̃-
o2dinata a deo vel p̃uiſa: neceſſa-
rio erunt. ⁊ tñ abſolute ſunt ꝯtin
gentia ꝓpter qḋ dicit̃: ꝙ p̃deſtina
tus poteſt damnari ⁊ p̃ſcitus ſal
uari. nunq̃ꝫ tñ ille damnabit̃. nec
iſte ſaluabit̃. ¶ Scḋm eſt ꝙ licet
nullũ cauſatũ poſſit eſſe cauſa di
uine o2dinatiõis vel p̃ſcientie. q2
nullũ tp̄ale poteſt eſſe cauſa eter-
ni. nõ eñ p̃ſciuit deus hunc fo2e
damnandũ vel iſtum fo2e ſaluã-
dum. quia iſte futurus erat ma-
lus ⁊ iſte futurus bonus. tamen
p̃uiſa a deo ſic ſe hñt ꝙ vnũ ẽ cau-
ſa alterius. Sicut deus p2euidit
hũc futuꝝ final'r bonũ ⁊ ip̃m eſſe
ſaluãdũ. Certe p2imũ ẽ cã ſecũdi.
vñ ſaluabit̃: q2 erit final'r bon⁹. et
d̄s p̃uidit hũc ↄ̃bere ꝯuerti ad ip
ſũ ꝑ pniam ⁊ or̃onẽ. ⁊ ip̃m eſſe ſal
uãdũ a co2ꝑali ĩfirmitate. certe p̃
mũ ẽ cã ſcḋi. vtrũq3 tñ cadit ſub
diña o2diatõe. ⁊ d̄s p̃uidit iſtum
ml'ta mala ꝑpetratuꝝ ⁊ mo2ituꝝ
añq̃ꝫ dimidiaret vitã ſuã ſ̃m cur-
ſũ nat̃e. certe p̃mũ ẽ cã ſcḋi. Ter
tiũ ẽ ꝙ effect⁹ q̇ ꝯtingũt ĩ h̄ mo̊
dependẽt ex duplici cã. ſcꝫ ex cau-

ſs inferioribus. ꝛ ex cauſa ſupio
ri. Uoco aūt cauſas īferiores cau
ſas naturales ꝛ merita q̄ ꝓueni/
unt ex libertate arbitrij. ꝛ a cauſ
agētibus a ꝓpoſito. Uoco autem
cauſam ſupiorē diuinā pſciam ꝛ
pordinationem. Et habent ſe ſic
ille cauſe ꝙ inferiores nō impedi
unt ſuperiorē. ſʒ magis ecōuerſo.
vn̄ ſi aliquid dēat eſſe ſm cauſas
inferiores: nō erit niſi tunc debe/
at eſſe ſm cauſam ſuperiorē. Si
aūt debeat eſſe ſm cauſam ſupio
rē: erit neceſſario. q̄ʒuis non debe
at eē ſm cās inferiores. aliqn̄ tn̄
et ſepe cōcurrūt ad eundē effectū
cauſa inferior ꝛ ſupior. Quar/
tum eſt ꝙ ſm q̄ndā gloſaʒ ſuper
primo. c. Eſaie differētia eſt inter
ſniam dei ꝛ conſiliū. Sentētia ei
dei dicit̄ iudiciū eius ſm exigen/
tiā meritoꝝ hominis bonoꝝ vel
maloꝝ ſm iuſticiam vel iniuſti/
tiā hoīs pn̄tē. vn̄ ex ſnīa dei dr̄ ſi
eri q̄d fit vel debet fieri ſm iuſti/
tiam vel iniuſticiā homis pſentē
Sed ꝯſiliū eius dicit̄ ſua pſcien/
tia vel ordinatio eterna. Quin
tū eſt ꝙ ꝓphete nō pdicunt futu/
ra niſi que ex deo eis reuelantur.
Futura aūt ꝯtingētia. inq̄ntū hu
iuſmodi. nulla creatura ex natu/
ra ſua cognoſcere pt. Nūc aūt de
us reuelat ꝓphetꝭ que vult ꝛ ſm
ꝙ vult. vn̄ reuelat eis q̄dam ꝛ ce
lat eis alia. q̄n̄ʒ reuelat eiſ q̄ ſunt
fienda vel q̄ debēt fieri ſm cās in
feriores ꝛ ſm ſniam. ꝛ nō reuelat
eis q̄ ſunt fienda vel q̄ debēt fieri
ſm cauſam ſupiorē ꝛ eius conſi/
lium. ꝛ q̄n̄qʒ reuelat eis q̄ debent
fieri ſm eius ꝯſilium ēt ſm cau/
ſas inferiores. Sextū eſt. ꝙ q̄/
cunqʒ pdicit q̄d ſibi reuelatū eſt
non decipit̄ nec mentit̄. ſi alr̄ eue
niat q̄ʒ ipe pdixit. ſicut ego ſi vi/
derem vnū cecū ꝛ dicerē. ille nū/
q̄ʒ videbit. ꝛ ꝯtingeret cū videre
per diuinā virtutē. ego nec eſſem
deceptus nec eſſem mētitus. q̄a
dixiſſem cū nunq̄ʒ viſurū ſm cur
ſum naturalē. Septimū eſt ꝙ
ſm ꝙ dicit q̄dam gloſa ſup illo
verbo. Ecce virgo in vtero habe/
bit Math. j. capi. duplex eſt pro
phetia. quedā ex pdeſtinatōe dei:
cui nō admiſcet̄ humanū arbitri
um. Et q̄dam eſt ꝓphetia cōmi/
natiōis: cui humanū arbitriū ad
miſcet̄. Exemplū de prima Eſa.
vij. Ecce virgo cōcipiet ꝛc. ꝛ illō
Hier. xxxj. Nouū creauit dn̄s ſu
per terrā: mulier ꝛc. Exemplum
de ſcd̄a illud ps. Niſi cōuerſi fue
ritis gladiū ſuuʒ vibrauit. ar. ꝛc.

His viſis rn̄deo ad ſin/
gulas q̄ſtiones. Ad primā dico:
ꝙ locutꝰ fuit ꝓphetice. ſicut patʒ
ex gloſa Grego. hic. ꝛ cum dr̄. nō
euenit q̄d pdixit. Dicendū ꝙ pre
dixit illud q̄d fuerat ſibi reuela/
tū. ꝛ ſm ꝙ ei reuelatū fuerat. Re
uelatū aūt ſibi fuerat ezechiā de/
bere mori ſm cauſas inferiores.
ſcʒ ſm eius merita. Dicit gloſa ꝙ
ſua elatio et īgratitudo merebā
tur ipm tūc debere mori ꝛ ampli
us viuere nō poterat ſm cauſas

naturales. ⁊ ipſe ſic predixit quā-
do dixit. morte morieris. nō au-
tem fuit ſibi tunc reuelatū ꝙ nō de-
ret amplius viuere ſm cauſaꝫ ſu-
periorē. qđ tñ ſatꝭ cito poſt ſibi fu
it reuelatū. cū dixit regi ex ꝑſona
dei. Ecce adijciam ⁊c̄. ꝓpter quod
nec erat deceptus. nec fuit menti-
tus. q̄uis nō euenerat qđ p̄dixit
qꝛ vtiqꝫ euenturū erat ſm ꝙ ipſe
p̄dixit. Simile eſt de medicis et
phiſicis q̄ frequēter dicūt hoīem
debe mori ⁊ nō poſſe curari de in
firmitate. vel ꝙ debet eſſe magnū
frigus vel magnꝰ calor ⁊ hmōi. q̄
tamē nō eueniūt. qꝛ nō erant ven
tura ſm cauſam ſuꝑiorem. pro-
pter qđ nec mentiunẗ. nec decipi
unẗ. loquunẗ em̄ ſm cauſas na-
turales. Patet etiā ꝙ in nullo eſt
ꝯtra diffinitōeꝫ ꝓphetie. qꝛ q̄ pro
phetanẗ eo mō q̄ ꝓphetāẗ imobi-
liter eueniunt Ad ſcđam dicen
dū. ꝙ ꝓphetia que eſt ex p̄deſtina
tione dei eſt oīno imutabilis. ſed
illa q̄ eſt cōminationis cui admi-
ſceẗ liberū arbitriū mutabilis eſt.
ſm ꝙ merita homīs bona vl' ma
la mutanẗ. Vñ dicūt aliq̄ ꝙ illud
q̄d fuit Ezechie dictū. morte mo
rieris. ⁊ illud q̄d dixit Jonas. ni
niue ſubuerteẗ. nō fuit ꝓphetia p̄
deſtinationis: ſꝫ ſolū cōminatio-
nis. vt eſſet ſenſus. morte morie-
ris: niſi ores ⁊ lachrymerꝭ. Et ni
niue ſubuerteẗ. niſi niniuite peni
teant ⁊ cōuertanẗ. Vel dic ſicut p̄
us ꝙ Jonas p̄dixit niniuitarum
ſubuerſionē. ſm ꝙ ei tunc fuerat
reuelata. ſcꝫ ſm eoꝝ merita mala
nō autem fuerat ſibi tunc reuela-
tum ꝙ ꝑ eoꝝ pn̄iam deberēt eua
dere ſubuerſiōꝫ. q̄d fuerat ab eter
no ordinatū. Quidā aūt dicunt
ꝙ ſimpliciter Jonas veꝝ p̄dixit
quia niniue fuit ſubuerſa. ſcilicet
a malo in bonū. ſed de h̄ nō mul-
tū curo. Ad tertiā. ꝙ licet diui
nū ꝯſilium ſit oīno immutabile
Juxta Eſayā. xlvj. Conſiliū me
um ſtabit. Sentētia tñ dei muta
bilis eſt. ſm ꝙ merita homīs bo
na vel mala mutanẗ. Qui em̄ ſal
uari debet ſm p̄ſentē iuſticiā: dā
nabiẗ ꝓpter finalē iiuſticiā. ⁊ ecō
uerſo. q̄ etiā debebat mori ſm de
merita ſua vixit āplꝰ ꝓpter ſua
merita bona. qđ ſic fuerat eterna
liter ordinatū. Quāuis em̄ ora-
tio ſua flebilis nō fuit cauſa diui
ne ordinatōis. fuit tñ cauſa meri
toria lōgioris vite. Ad quartā
dicendum. ꝙ terminus vite hu-
mane a deo cōſtitutus nec pōt ꝑ-
tranſiri. nec ante illū terminum
pōt homo mori. Secus aūt ē de
termino conſtituto ſm cauſas in
feriores Vñ qui deberet mori in
dimidio vite ſm cauſas inferio-
res. vtpote ſm merita ⁊ ſm phi-
ſicam: ſepe amplius viuit ſm cau
ſam ſuperiorē. Sic fuit de iſto e-
zechia qui debebat mori in dimi
dio dieꝝ ſuoꝝ. qui tamen ampli
us vixit quindecim annis. Se-
pe aūt concurrunt cauſa inferior
et ſuperior in eodē termino vite.
vt ꝙ homo moriẗ in dimidio vi-

tc. quia malus eſt. ⁊ ne alijs am-
plius noceat. Juxta illud pſalm̄.
Uiri ſanguinū nō dimidiabunt
dies ſuos. vel quia bon⁹ eſt ne fi
at malus. Juxta illud Sap̄. iiij.
Raptus eſt ne malicia ⁊c̄. Et ꝙ
homo ſepe morit̄ plenus dierum
ꝓpter ſua bona merita. ⁊ vt plu-
ra bona faciens amplius p̄miet̄.
ſicut fuit de iſto qui ꝓpter ſua bo
na merita. ſcilꝫ fletus ⁊ ořonis vi
xit vltra terminū naturalē. ſic em̄
erat ſm̄ cauſam ſupiorē. Sic eti
am fuit in multꝭ ſanctis pr̄ib⁹ q̄
legunt̄ mortui fuiſſe pleni dierū
Et ꝙ homines etiā ſepe moriun
tur ſenes et pleni dieꝝ. ⁊ ꝙ homi
nes propter ſua demerita ampli
us puniant̄. ſemp̱ tm̄ dic ꝙ ter-
minus humane vite a deo cōſti-
tutus eſt qui nō poteſt preteriri.
et citra quem nō pōt homo mori
Quare aūt aliquorū ſit longior:
et aliquorum breuior: cauſe poſ-
ſunt eſſe inferiores. vtpote meri-
ta bona vel mala ⁊ cauſe natura-
les. oīa tamen iſta tam cauſeq̄ꝫ
effectus tā vite q̄ꝫ termini cadūt
ſub diuina preſcientia vel eius p̄
ordinatione. Quamuis em̄ vnū
poſſit eſſe cauſa alterius. vt dictū
eſt. nullum tamen poteſt eſſe cau
ſa diuine p̄ſciētie vel ordinatiōis
ſꝫ oīa ſūt ſic vl' ſic a deo p̄uiſa. ⁊c̄.

Feria quinta poſt cinerum
Sermo ſcōs

Audiui o-
rationē tuā: ⁊ vidi la-
chrymas tuas. vbi ſupra. Sacri
ieiunij mortificantis corp̱a ⁊ do
mantis carnis vicia: optima co-
mes eſt deuota oratio. qua fugā-
tur peſtes mentis: ſm̄ Hierony.
ſuper Marcū. Jeiunio paſſiōes
corporis. ⁊ oratione peſtes men-
tis ſanantur. Jmpoſſibile nanq̄ꝫ
eſt ꝙ domentur carnis vicia: ni-
ſi ⁊ fugentur peſtes mentis. Pro
pter quod eccleſia iſto tēp̱e qua-
drageſimali ieiunij: amplius va-
cat deuotis orationib⁹ q̄ꝫ alijs an
ni temporib⁹. vt ſic ſm̄ Gregori.
ieiunijs ⁊ orationib⁹ cōueniēter ī
tenti liberemur ab hoſtib⁹ mētis
et corporis. Unde iſta ſecūda die
quadrageſime oſtendit nobis q̄ꝫ
fructuoſa ſit oratio. ſine qua ieiu
nium nō eſt multum efficax: nec
validum contra concupiſcentiaꝫ
carnis. Refertur em̄ ꝙ rex Eze-
chias egrotans grauiter ⁊ pericu
loſe: quia orauit flebiliter ⁊ affe-
ctuoſe: conſecutus eſt mentis et
corp̱is ſanitatem. dicente ſibi do
mino verbū illud. Audiui orati-
onem tuā. Sic peccator qui gra
uem patit̄ infirmitatē: ſi oratōne
flebili oſtendat veram mentꝭ hu
militatem: conſequet̄ ſue oratio-
nis fructum ⁊ vtilitateꝫ q̄ erit ac
eptio ſpūalis ſanitatis. dicet̄q̄ꝫ ei
a domino verbum propoſitum.
Audiui orationem tuā ⁊c̄. vbi ꝓ
us. Et videte ꝙ in hoc verbo tā-
guntur duo. Primū eſt qđ a ve-
ro penitente requirit̄. ſcilꝫ ořonis
et lachrymatōnis enceniū. Secū

dum eſt qđ vo penitenti impēditur. ſcilicet exauditōis ⁊ acceptationis beneficium. Primū tāgitur cum dicit̃. oratōnem ⁊ lachrymas. Scđm Cryſoſtomū. Oēs alij medici placantur pecunijs: medicus autem celeſtis ſola orōne placatur. Nec ē aliquid quod dignius offeramus deo q̃ꝫ fidelē orationem. quicquid eñ aliđ offerimus extra nos eſt. ſola autem oratio eſt de nobiſipis. Ipam nā qꝫ ſolam quaſi quoddam ſpūale tributum anima offert deo de viſceribꝫ ſuis. Oratio igit̃ humilis et lachrymoſa eſt illud encenium precium ⁊ ſalarium quod debet offerre peccator deo pro venie et gratie dono conſequēdo. Multū eñ eſt efficax coram deo tal' oratio. Eccl̃i. xxxv. dicitur de lachrymis. ꝙ a maxilla aſcendunt vſqꝫ ad celum. Et de oratione humili ſtatim ſubditur. ꝙ oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. ⁊ nō conſolabitur donec appropinq̃t. ſup. ad diuinū cōſiſtoriū. Nec diſcedet donec altiſſimus aſpiciat. Aſpiciat dico cum effectu. veniā ſuppleꝫ gratiam cōcedendo Et nō ſolum eſt efficax oratio quam quis facit pro ſe. ſed forſan eſt efficacior illa que fit pro alio. Dic̃ ei Cryſoſtomus omelia. xxiij. ſuper Mattheū ꝙ libentius audit deus quādo xp̄ianus non ſolū pro ſe: ſed etiam pro alio orat. Pro ſe eñ orare nature eſt. pro alio autē gratie eſt. Pro ſe neceſſitas rei cogit. pro alio autem charitas fraterna hortatur. Dulcior autē eſt oratio ante deum nō quam neceſſitas rei tranſmittit. ſed quā charitas fraterna commendat.

¶ De oratione humili q̃ꝫ ſit efficax et virtuoſa multis exemplis probat̃. Primo exēplo moyſi. qui cum orabat: plaga ab egyptijs ceſſabat. Exodi. viij. Et populus iſrael Amalech vincebat. Exodi. xvij. Et deum pro peccato populi placabat. Exodi. xxxij. Secūdo exemplo regis Dauid. qui orans veniā populo impetrauit. ij. Regum vltimo. Tertio exemplo Judith ⁊ Heſter. quaruꝫ quelibet humiliter orans aduerſarios debellauit. ⁊ populū ſuuꝫ liberauit. Judith. xiij. c. ⁊ Heſter xiiij. Quarto exemplo triuꝫ puerorum qui ſua oratiōe ignem extinxerunt. Dañ. iij. Quito exemplo Suſanne. que orans infamiam ⁊ mortem euaſit. Danie. xiij. Sexto exemplo publicani. qui orans humiliter veniā ⁊ iuſticiam obtinuit. Luce. xviij. Septio exēplo apoſtoloꝝ. qui orātes pro ſamaritanis impetrauerūt eis ſpiritū ſanctū. Actu. viij. Orare igit̃ debemus ⁊ pro nobis ⁊ ꝑ alijs. quod oſtendit nobis hodie eccl'ia in oratōe Ezechie. qui pro ſe ipſo orauit. Et de hac habes in euāgelio. Pro quibus autem ⁊ qualiter ſit orandum inuenies in multis locis. ſcilicet in epiſtola letaniarū. ⁊ in epl'a dñice īfra octauas

aſcenſionis ⁊ in ſermone ferie ter
tie poſt penthecoſtes.et in ſermo
ne dominice viceſimeſecūde poſt
penthecoſtes.ſcilꝫ. Hoc oro. Ui
de in dictis locis. Oratio autem
cum eſt flebilis ⁊ lachrymoſa:mlˀ
to efficacior eſt. De lachrymis di
cit multa Ambroſius in quodaꝫ
ſermone feſtiuitatis ſancti Petri
ad vincula. Quod inquit.defle-
ri ſolet:non ſolet excuſari.⁊ quod
deflendo excuſari nō poteſt ablui
poteſt. Lauant em̄ lachryme deli
ctum quod voce pudor eſt confi
teri. Lachryme em̄ tacite quodā-
modo veniā nō poſtulant:ſed me
rent̄. Cauſam nō dicunt.⁊ miſe-
cordiā cōſequunt̄. Quare.niſi ꝙ
vtiliores lachrymarū p̄ces ſūt q̄ꝫ
ſermonum.quia ſermo in precā-
do forte ſepe fallit. Lacrīa oīno n̄
fallit. Sermo em̄ interdum non
totū profert negocium.lachryma
ſemꝑ totum affectum. Et idō pe
trus non vtebatur ſermone Lu-
ce.xxij.quo fefellerat.quo pecca-
uerat.quo fideꝫ amiſerat.ne per
illud ei nō credatur ad confiten-
dum quo vſus fuerat ad negādū
ac per hoc magis vult cauſaꝫ fle
re q̄ꝫ dicere.⁊ quod voce negaue-
rat.lachrymis confiteri. In om-
ni igit̄ culpa ante flendum eſt q̄ꝫ
precandum.ſolet em̄ citius me-
reri indulgentiā qui verecundiꝰ
deprecatur ⁊c̄. Uidere em̄ q̄ꝫtum
fletus profuerit petro.anteq̄ꝫ fle-
ret lapſus eſt.⁊ qui añ lachrimaſ
preuaricator extitit:poſt lachry-
mas paſtor aſſumptus eſt.⁊ ali-
os regendos accepit:qui priꝰ ſe-
ipm̄ nō rexit. Hec Ambroſi. vbi
ſupra. ℞ Sicut em̄ ex ſcri-
pturis ſacris colligit̄:virtute pia
rum lachrymarū fidelis aīe pur
gatur impuritas. Exempluꝫ de
Dauid.qui dicebat in pſal. Laua
bo per ſingulas noctes lectū me
um:lachrymis meis ſtratū meū
rigabo. Lectꝰ ille ⁊ ſtratus loq̄n-
do ſpūaliter:eſt ip̄a homīs cōſci-
entia.in qua deus vult quieſcere
et quā vult eſſe ſtratam virtutibꝫ
quibꝫ ornari nō poteſt vt in ipſa
cubare deo placeat:niſi prius la-
uetur lachrymis a ſordibus vici
orū.idō dicit dauid.lauabo. Sa
natur infirmitas. Exempluꝫ de
iſto rege.q̇ egrotans vſq̄ꝫ ad mor
tem:orōne lachrymoſa ⁊ flebili:
ſanitatē promeruit. dicente ei do
mino verbū propoſitum. Audi-
ui orationē tuam.⁊ vidi lachry-
mas tuas. Sic ⁊ anima per pec-
catū infirmans:ſpūaliter oratio
ne flebili meretur ſanitatē. Illu-
ſtratur obſcuritas. Exemplū de
Thobia.qui factus cecꝰ ingemu
it ⁊ orauit cū lachrymis.⁊ tandē
viſum recepit. De cuius oratōne
lachrymoſa habet̄ Thobie.iij.c.
De ſua vero illuminatione Tho
bie.x. Et ꝙ oratio ſua deo placu
erit.habet̄ Thobie.xij. Sic ⁊ ani
ma per peccatum excecata lumē
gratie recipit:quando cuꝫ lachry
mis exorat. Quarto effugatur
hoſtilitas. Exemplū de Sara fi-

lia Raguelis cuius viros ſeptẽ
diabolus occiderat. ſed ipa ĩ ora-
tione perſiſtens. ⁊ cũ lachrymis
deum depcans meruit effugatio
nem demonis. ipmq; angelus re
ligauit in deſerto. De cuius orõ-
ne habet Thobie. iij. De religati-
one vero demonis habet Thob.
viij. Sic anima cui per peccatũ
diabolus ſponſum legitimũ ſub
trahit. ⁊ quaſi interficit orãs cũ
lachrymis ipm euadit. Quin-
to debilitas roborat. Exemplum
de Judith. que orans cũ lachry-
mis ante lectũ Holofernis. ⁊ di
cens. Confirma me deus iſrahel
in hac hora: abſcidit caput eius.
Judith. xiij. Sic ⁊ anima p pec-
catum debilitata ⁊ amiſſa virili-
tate: facta tota femĩea vigoratur
vt poſſit deuincere hoſtem. Fecũ
datur ſterilitas. Exemplũ de an
na matre Samuelis. que cum eſ
ſet ſterilis. flens largiter ⁊ orans
cum lacrimis meruit fecundari.
j. Regũ. j. Sic anĩa per peccatũ
ſterilis ſpoliata ꝟtutib; ⁊ vacua
meritis flens largiter ⁊ orans cũ
lacrimis fecunditatem ſpũalem
obtinet ex qua prodeunt verba ⁊
opera virtuoſa. Relaxatur ſerui
litas. Exemplũ de magdalena. q̃
erat ſerua peccati. ⁊ obſeſſa a ſe-
ptem demonijs. q; ſuis lacrimis
rigauit pedes ieſu: meruit libera
ri a demonib;. ⁊ abſolui a pctõꝝ
funib;. dicente ei xpo. Remittun
tur tibi peccata tua ⁊c̃. Luce. vij.
Sic eſt de omni anĩa deuote ꝛ cũ

lacrimis indulgentiã poſtulante
Igitur q̃z diu ſumus in hac lacri
marum valle ⁊ miſerie: debemus
in corde noſtro aſcenſiões diſpo-
nere. iuxta verbũ ꝑphete in ps.
Orare ad deum cum lacrimis. ⁊
nõ ſolum pro nobiſipis: ſed etiã
pro ceteris. Sancti enĩ viri lacri
mant pro alijs. Unde propheta
Hiere. ix. Quis dabit capiti meo
aquam. ⁊ oculis meis fontem la-
crimarũ. ⁊ plorabo die ac nocte ĩ
terfectos filie populi mei. Marc
etiã. ix. dicit q pater illius demo
niaci orabat ieſum cum lacrimis
pro curatione eius. Et qđ plus ẽ
chriſtus dominus pro peccatis ho
minũ preces patri obtulit cũ cla-
more valido ⁊ lacrimis. Heb. v.
Nec mirum ſi pro omĩb; fleuit:
qui etiam pro vno voluit lachry
mari ⁊c̃. Orare igit debemus cũ
lacrimis. ⁊ iuxta verbum illius ſan
cte mulieris indulgentiã dei cũ
lacrimis poſtulare. Judith. viij.
vt ſic poſſimus euadere illas la-
crimas que erunt ꝑpetue in ĩfer-
no: ⁊ ſumme afflictiue. Ibi enim
vt dicit Math. viij. ⁊. xxij. c. erit
fletus ⁊ ſtridor dentium. Plore
mus interim. dicit q̃dam ſanctus
pater. anteq̃z veniamus ad lachry
mas que comburẽt animas ⁊ cor
pora reproborũ. ⁊ veniamus ad lo
cum illum in quo ſicut dicit A-
pocalip. vij. ⁊. xxj. deus abſterget
omnẽ lachrymã ab oculis ſancto
rũ ⁊c̃. Qui enĩ nũc ſeminãt ĩ la
crimis virtutum ⁊ meritorũ ſe-

mina: tunc in exultacione me-
rent premia beatoꝝ. Ipſe eñ de-
us. vt hic dicit᷑. audit. id eſt exau
dit orationem. ⁊ videt. id eſt ap-
probat ⁊ acceptat lachrymas de-
uotorū. Thobie nanq̃z. iij. dicit᷑.
ꝙ poſt lachrymatōem ⁊ fletū de-
us exultatiōem infundit. Qđ no
bis concedere. ⁊c̄.

Feria ſexta poſt cineꝝ. R

Hec dicit do
minus. Clama ne ceſ-
ſes ⁊c̄. Eſaye. lviij. Sa
cri ieiunij ſalutaris ⁊ deo accepta
bilis optime ſunt ſocie deuota o-
ratio ⁊ elemoſinaꝝ largitio. Tho
bie nanq̃z. xij. dixit angel⁹. Bona
eſt oratio cum ieiunio ⁊ elemoſy-
na magis q̄ꝫ thezauros auri con-
dere. quoniā elemoſyna a morte
liberat. ⁊ ipa eſt que purgat pctā
et facit inuenire vitā eternā. Pro
pter quod mater eccl'ia in h̄ ſacro
quadrageſimali ieiunio hortat᷑
ipſos xp̄ianos populos vt ma-
gis vacent orōnib⁹ ⁊ elemoſynis
q̄ꝫ alijs anni tempib⁹. Vñ p⁹ q̄ꝫ
heſterna die monuit eos i facto re
gis Ezechie ad deuotā orōnē: ho
dierna die monet eos in p̄ſenti e-
piſtola ad elemoſynarū largitio-
nē. ſine qua ieiuniū nō eſt accepta
bile. nec meritorium ſalutis. Et
ſciendū ꝙ ꝓpheta ex pſona dei in
iſta lectione tria facit. Primo em̄
deſcribit ſalutare ieiuniū in pnci
pio. cum dicit [ clama ne ceſſes ]
Scđo ſalutaris ieiunij finale ſti-
pendium. ibi [ tunc erūpet ] Ter-
tio finalis ſtipendij fontale p̄nci-
pium in fine. cū concludit [ quia
miſericors ſum ] Ad euidenti-
am p̄me partis aliq̄ ſunt p̄mitten
da. Primū eſt ꝙ tunc eſt ſaluta-
re ieiuniū ⁊ acceptabile dn̄o quā-
do eſt decēter aſſociatū. vicꝫ orō-
ne ⁊ elemoſynis. Scđm eſt ꝙ du
plices ſunt elemoſine erogāde ſpe
cialiter tempe ieiunij. Vicꝫ que-
dam ſpūales. ⁊ q̄dam corpales.
de quib⁹ in hac epl'a loquit᷑ domi
nus per ꝓphetam. Corpales ſunt
ſex. de quib⁹ habet᷑ Math. xxv. c.
addit᷑ autē ⁊ ſeptimū a magiſtris.
Et ille ſeptem ꝯtinent᷑ in hoc ver
ſu. Viſito. ſupple infirmū. cibo. ſ.
famelicū. poto ſitibundū redimo
incarceratū. tego nudum. colligo
hoſpitē ⁊ peregrinum. condo. i. ſe
pelio. ſ. mortuum. Elemoſyne ve
ro ſpūales ſunt ſex. que ꝯtinent᷑ i
hoc verſu. Conſule ſupple erran-
ti. dubitanti. et ignoranti. caſti-
ga. ſcꝫ peccantem. ſolare. ſcꝫ triſtē
remitte. ſupple offenſam: vel debi
ta impotenti. fer. id eſt. ſuppor-
ta infirmitates p̄xioꝝ. ora. ſup. p
ſalute alioꝝ. Tertiū eſt. ꝙ ſic ſpi-
rit⁹ p̄fert᷑ corpi: ſic elemoſina ſpūa
lis p̄fert᷑ corpali. Vñ dr̄ in decretis
diſ. xlv. c. due. ꝙ elemoſina cordis
multo maior eſt q̄ꝫ elemoſyna cor
poris. ⁊ ido in p̄ſenti epl'a dn̄s p
ꝓphetā p̄us hortat᷑ nos ad largiti
onē elemoſyne ſpūalis. ⁊ ſcđo ad
largitōem elemoſine corpal'. Ibi

[Frange eſuriēti panem tuum. ⁊
egenos vagoſqȝ induc in domuȝ
tum. Cum videris ⁊c.] Adhuc cir
ca p̄mū ſciendū ꝙ de elemoſynis
ſpūalibꝫ nō tangit niſi duas. per
has dans intelligere alias. ſcȝ in⸗
formatōem ſeu directōem erran⸗
tis. vel caſtigationē peccantis. cū
dicit. Clama ne ceſſes ⁊c. ⁊ remiſ
ſionē debentis ſeu ſupportatiōem
indigētis. ibi. q̄re ieiunauimꝰ. Di⸗
cit ergo ꝓpħa loq̄ns ad lr̄am non
ſolū iudeis. ſȝ p̄ncipal'r xp̄ianis.
[Hec dicit dn̄s deus] in q̄ nota
tur autoritas ⁊ ſn̄ie imutabilitas
q̇d dicit. ecce [Clama] .ſ. docen⸗
do ignorātes. ⁊ caſtigādo delin⸗
quētes [ne ceſſes] ſupple horis et
tempꝛibꝫ optimis [q̄ſi tuba exal⸗
ta vocē tuā] Oſee. viij. dicit̄ p̄la⸗
to cuilibet. In gutture tuo ſit tu⸗
ba quaſi aq̄la ſuꝑ domū dn̄i [Et
annūcia ꝑp'lo meo ſcelera eoꝝ] .i.
grauiora crimīa [et domui iacob
peccata eorum] .i. minora pecca
ta ſiue etiaȝ crimina: ſm glo. Et
notandū ꝙ ⁊ ſi quilibet hō tenea
tur docere ꝓximū ſuū ignorantē
et corrigere peccantē fraterna cor
rectiōe: nō tn̄ tenet̄ iſta facere ſolē
ni p̄dicatiōe. Vn̄ q̄ hic iubent̄: p̄⸗
cipiunt̄ ſolū p̄dicatoribꝫ ⁊ p̄latis
S Nota ꝙ deꝰ hic ꝑ populū
ſuum p̄ncipal'r intelligit et ad lit
terā ꝑp'lm xp̄ianum. cū dic̄ beatꝰ
Petrꝰ. j. ſue canonice. ij. ca. Vos
eſtis genus electū. regale ſacerdo
tiū. gēs ſancta. populus acq̇ſitio⸗
nis. per domū iacob p̄ncipaliter
intelligit eccleſiam. de qua dixit
angelus Luce. ij. ꝙ regnabit xp̄s
in domo iacob ineternum. Et cer
te huic populo ⁊ domui que ſiml'
continet bonos ⁊ malos annun⸗
ciare d̄bēt p̄dicatores maxime h̄
tempꝛe ſcelera ⁊ peccata. Et quo⸗
niam inter oīa pctā xp̄s q̄ȝ ma⸗
xime ꝯteſtat̄ pctm̄ ypocriſis. ſicut
apparet Math. xxiij. vbi frequen
ter imp̄catur ve eterne maledicti
onis ypocritis. Idcirco hic innu
it ꝙ p̄ncipaliter debēt p̄dicare ꝯ
peccatum ypocriſ. p̄cipue iſto tē⸗
pore in quo multi ficte ieiunant ⁊
ficte orant. ⁊ ficte elemoſynas lar
giunt̄. Vn̄ addit ſic ſe ꝯtinuans.
Annūcia ſcelera ⁊ pctā. ⁊ hn̄ pec⸗
cata [me etm̄ de die in diē q̄rūt]
ſcȝ ficte ⁊ nō vere. corꝑe ⁊ nō cor⸗
de. greſſibꝫ corporis ⁊ nō paſſibꝰ
dilectōis. ſcȝ conueniēdo ad ſyna
gogam ⁊ eccl'iam omī die [et ſci⸗
re vias meas volunt] ſcȝ audien
do ſermonē et verba ſcripturarū.
Scire dico volunt ſolum ſpecu⸗
latiue: ⁊ non practice. Vl' ſcire vo
lunt non vt edificentur ipi. quod
ſcd̄m Bernardum ſermone vice
ſimoſexto ſuper Cantica cantic̄.
prudentia eſt. nec etiam vt alios
edificent: quod ſm eundem Ber
nardum vbi ſupra: caritas eſt. ſȝ
ſolum vt ſciant. quod vt idē Ber
nardꝰ loco preallegato dicit. tur⸗
pis curioſitas eſt. vel vt ſciantur
et ipſi. quod turpis vanitas eſt.
vel vt ipi ſcientiam vendant pro
pecunia vel honoribus. quod ſm

eundem turpis queſtus eſt. Ita
dico [me querũt ꝛ ſcire vias me-
as volunt quaſi gens q̃ iuſticiaꝫ
fecerit] ſcꝫ. quod ſuũ eſt vnicuiqꝫ
reddendo. cum tñ non fecerit. et
ideo ſunt auditores verbi dei: ſꝫ
minime factores. [ꝛ iudiciũ dei
ſui] .i. preceptũ [non dereliq̃rit]
Et ideo d̃ numero iſtoꝝ erat iſte
phariſeus qui de ſua iuſticia deo
gratias agebat: ſeipſum laudãs.
ꝛ alios vituperãs Lu. xviij. [Ro-
gant me] ſup. ore ꝛ voce. non cor-
de et mente [iudicia iuſticie] vt
faciam ſup. dicit interline. ꝛ hoc
vel alijs ſcꝫ penam infligẽdo. ſic
phariſeꝰ rogare videbaꝶ de publi-
cano. qñ dicebat. Non ſũ vt pub-
licanus iſte. ſeu ſibijpſis premiũ
glorie retribuẽdo. dicẽdo illd̃ ps.
Iudica me dñe: qm̃ ego in inno-
centia mea ingreſſus ſum. Et il-
lud. Retribuet mihi dominꝰ ſᷓm
iuſticiam meã [Et appropinqua-
re deo volunt.] id eſt vultum ſeu
apparentiã appropinquandi deo
oſtendunt. cum tamen non ap-
propinquent affectibus: ſed ſo-
lum pedibus. non corde: ſed vo-
ce. Iuxta illud. Populus hic la-
bijs me honorat. cor autem eorũ
longe eſt a me Iſa. xxix. Sic igiꝶ
hortatur primo prelatos ꝛ predi-
catores ad directionẽ errantiũ: et
ad correctionẽ peccantiũ. ꝛ preci-
pue monet eos p̃dicare cõtra ypo-
criſim. que maxime hoc tempore
viget in multis: qui frequentant
eccleſias. de quibus hic dicitur.

Me de die in diem querũt. et au-
diunt predicationes multas. de
quibus dicitur. ſcire vias meas
volunt: ꝛ faciunt orationes lon-
gas. de quibus dicitur. Rogant
me. ꝛ oſtendunt operationes bo-
nas. de quibus dicitur. et appro-
pinquare deo volunt. cum tamẽ
nihil habeant de veritate ſancti-
tatis. Conſequenter hortatur ad
largitionẽ ſecunde elemoſyne ſpi-
ritualis ſcꝫ ad ſupportationeꝫ in-
digentie proximoꝝ. ꝛ ad remiſſio-
nem delictoruꝫ. ſeu debitorũ im-
potentibus. cum dicit [Quare ie-
iunauimꝰ] Et facit duo. Primo
eñ deſcribit ieiunium reproba-
bile. ſecundo ieiuniũ acceptabile
ibi [nonne hoc eſt magis ieiuniũ
quod elegi ꝛc. In prima parte tã-
git tria que faciunt ieiuniũ repro-
babile. ſcꝫ quando fit ſine debita
abſtinẽtia. ſine debita miſericor-
dia. ſine debita humilitate. Pre-
mittit ğ ꝓpha in pſona pctoꝝ q̃n-
dã q̃ſtionẽ ſup ieiunio reprobabi-
li. d. [Quare ieiunauimus ꝛ non
aſpexiſti] .i. tu deꝰ nõ approbaſti.
nec propter hoc nos exaudiſti: nec
poſtulata conceſſiſti [humiliaui-
mus animas noſtras] id eſt vi-
tam noſtram animalẽ. ſicut ille q̃
dicebat in pſal. Humiliabã in ie-
iu. ani. me. [et neſciſti] .i. repba-
ſti. Dic̃ eñ Gregori. ſup illo v̌bo
Mat. xxv. Amẽ dico vob̃ neſcio
vos. ꝙſcire dei ẽ appbaꝶ. ꝛ neſciꝶ
repbare ẽ. loq̃ndo ei de ſcia di ſpe-
culatiã: nihil p̃t eẽ aut fieri qđ de

neſciat. Dicit em̄ de ip̄o in p̄s. ꝙ
deus ſcit cogitatões hoīm q̄m vana
ne ſunt. Sed loq̄ndo de ſcia dei
approbatiua: deus multa neſcit.
ſcȝ oīa q̄ ex ſe mala ſūt vel q̄ male
fiunt. ¶ Nota ꝙ iudei facie
bant quedā ieiunia legalia. ſicut
in feſto ꝓpitiatōis. ⁊ alias. Que-
dā aūt poſt legē inſtituta. ſic̄ iſta
de quib⁹ dꝛ Zach. ix. Jeiuniū q̄r-
ti ⁊ ieiuniū q̇nti ⁊c. ⁊ quedā alia
Quedā aūt volūtarie aſſumpta.
ſicut Judith q̄ ieiunabat oī. die.
vite ſue. Judith. viij. ⁊ Anna pro
phetiſſa. ſicut habet Luc. 2. Et q̄
niā multi nō ſeruabāt in ſuis ie-
iunijs debitas circūſtātias. ſicut
ille qui dicebat Luce. xviij. Jeiu
no bis in ſabbato, ꝓpter hoc eoꝝ
ieiunia nō erant deo accepta. ⁊ ta
mē erāt ita temerarij ꝙ audebāt
dicere deo. quare ieiunauim⁹ ⁊ nō
aſperiſti. q̄ oīno ſunt eadē etiā in
ter xp̄ianos nūc q̇ nō conſiderāt
illud qđ dicit gloſa. ꝙ ieiunium
deo acceptū eſt nō ſolū a cibis: ſȝ
ab omnibus illicitis abſtinere

Sequit r̄nſio ex ꝑſōa dei. ⁊ tā
gunt iſta tria ſuꝑius poſita q̄ fa-
ciūt ieiuniū reprobabile. Pro p̄
mo qđ eſt carentia debite abſtinē
tie dicit ſic ſe cōtinuās. Queritis
q̄re nō aſpicio ad veſtra ieiunia:
rō eſt. qꝛ non aſpicio ad ꝑſonas
v̄ras. pꝛi⁹ em̄ aſpicio ad ꝑſonas
oꝑantiū q̄ȝ ad oꝑa. Gen̄. iiij. Re
ſpexit deus ad abel et ad munera
eius. ad Cayn aūt ⁊ ad munera
eius nō reſpexit. Quare aūt non
aſpicio ad ꝑſonas veſtras cuȝ ie-
iunatis: audite [ Ecce in die ieiu-
nij veſtri inuenit volūtas veſtra ]
inuenit tunc dico plus vel lauti⁹
comedendo: ⁊ corꝑa v̄ra ſceno lu
xurie exponēdo. Jeiuniū igit ve-
ſtrū eſt ſine debita abſtinentia. ⁊
ideo incaſſum ieiunatis. qꝛ vt di
cit glo. Incaſſum ꝑ pn̄iam corp⁹
atterit ſi inordinatꝭ motib⁹ mēs
vicijs diſſipet. ¶ Pro ſecū-
do quod eſt carentia debite miſe-
ricordie addit [ debitores v̄ros re
petitis ] id eſt iniurias vobis il-
latas etiā petentibus nō remitti-
tis: ſed vindictā expetitis. Et di-
cit tn̄ ſaluatoꝛ Math. vi. ꝙ ſi nō
dimiſeritꝭ homīb⁹ debita: nec pa
ter meus dimittet vobis. Et cer
te remittere talia eſt ſp̄ūalis ele-
moſyna: ſm Aug. quam qui non
facit mentit: cum dicit. Dimitte
nobis debita noſtra ſicut et nos
dimittimus debitoꝛib⁹ ⁊c. Mat
thei ſexto capi. Vel loquendo de
corꝑali debito de quo deus intē-
dit principaliter. dicit ſic [ debi-
tores veſtros repetitis. ſup. repe
tendo debita ab impotentib⁹ ſol-
uere. quod ſm gloſaȝ eſt deo vio
lentiam facere. Qui. inquit glo.
repetit nō habentē: deo violentiā
facit. Vel plus repetitꝭ q̄ȝ vobis
debeat exigendo vſuras q̄ nullo
modo debentur ſicut capitale.
Hoc tūc faciebant iudei: qđ etiā
modo faciūt multi xp̄iani. Vel re
petitis cum lite ⁊ contentione et
violenta percuſſione. Vn̄ addit.

[ Ecce ad lites ⁊ ꝯtentiones ieiu
natis. ⁊ percutitis pugno impie ]
De numero iſtoꝝ erat ſeruus ille
de ꝙ ſcribit Math. xviij. q̇ tenēs
ſuffocabat conſeruū ſuū. q̇a non
reddebat ei debitū ꝙd ſoluere nō
valebat. ⁊ nō recordabať ꝙ domi
nus ſuus dimiſerat ei lōge maiꝰ
debitū. qꝛ ſolum rogauerat ip̄m.
ꝓpter ꝙd iuſſit dn̄s eū dari torto
ribꝫ. Sic dicit xp̄us. faciet vobis
pater meus celeſtis ⁊c̄. Sic igitur
patꝫ ꝙ ieiunia mľtoꝝ ſunt ſine ď
bita miſericordia. Eſt em̄ elemo
ſyna ſp̄ual' iniurias remittere. de
bita aūt corꝑalia dimittere impo
tentibꝫ. qꝛ al's nō eſt ꝯtra iuſticiā
nec miſericordiā rōne debiti in ſe
elemoſyna corꝑalis eſt. veꝝ qꝛ ni
hil corꝑale nouiter dať: ſed ꝓpter
cōpaſſionē debitū de corde dimit
tiť: elemoſyna ſp̄ualis pōt dici. id
circo ieiūia taliū n̄ ſūt ďo accepta
oꝑtet em̄ hoīem miſereri ꝓxi ſui.
ſic̄ ⁊ deus. cui debet lōge plus q̇
libet. ip̄ius miſereť. Et certe ſic̄ ie
iunia taliū deo nō placēt: nō ꝙ de
us ip̄a ꝯtemnat ſ̄m gloſā. qꝛ ex ſe
bona ſunt: ſed ſolū ꝓpter ieiunan
tes q̇ ſunt mali. ſic nec oꝛ̄ones ta
liū quas faciunt tꝑibꝫ ieiuniorū.
vn̄ ſubdit [ Nolite ieiunare ſicut
vſqꝫ ad hanc diē ] ſup. ieiunaſtis.
ſcꝫ volūtates veſtras prauas im
plendo. offenſas nō remittēdo. ď
bita cū lite ⁊ contentōe ⁊ violenta
ꝑcuſſione ab impotentibꝫ repetē
do. Dicit em̄ interli. ꝙ multi iu
dei forſan frequētius ieiunabant
vt poſſent magis vacare in debi
tis repetendis. Nolite dicit ſic ie
iunare [ vt audiať ] id eſt exaudi
atur [ in excelſo ] id eſt in celo cla
mor veſter. Clamor dico oꝛ̄onuꝫ
vr̄aꝝ tam mentaliū q̄ꝫ vocalium
quas facitis in diebꝰ ieiunij. q. d.
ſi velitis ꝙ oꝛ̄ones veſtre exaudi
antur nolite cum carentia debite
abſtinentie ⁊ debite miſericordie
ieiunare. Pro tertio qđ eſt
carentia humilitatis vere ſubdit
[ Nunquid tale eſt ieiuniū quod
elegi per diem affligere hominez
animā ſuā ] id eſt animalitatē ſu
am. ſ. a cibis abſtinēdo [ nunq̇d ]
ſup. hoc [ elegi in ieiunio hominē
ꝯtorquere quaſi circulū caput ſu
um ] ip̄m ſcꝫ inclinādo ad pedes
vel faciendo circuitū quendā ve
lut faciunt monachi faciendo re
uerentiā deo ⁊ hominibꝫ [ ſaccuꝫ
et cinerem ſternere ]. ſcilꝫ ſuꝑ. ſe.
[ nunq̇d iſtud vocaui ieiuniū ⁊ di
em acceptabilem dn̄o ]. quaſi di
ceret nō. ſi hec ſolum oſtendātur
exterius: ⁊ interius nō exiſtat ve
ritas ſanctitatis. Notandū ꝙ hec
de ſe non ſunt reprobabilia. quia
bona ſunt. ſed quando ſola ſunt:
ſuperbiam ⁊ ypocriſim ſapiunt. ⁊
non ſunt niſi ſanctitatis oſtētatio
quam ſaluator ſumme reprobat
tempore ieiunij Matthei. vj. di
cens. Cum ieiunatis nolite fieri
ſicut ypocrite triſtes ⁊c̄. Cū ei bo
na fiunt maxime cauenda eſt va
na gloria. quia ſ̄m Cryſoſtomuꝫ
ſuper Mattheum. Ubi glorioſa

res agitur: facile locū inuenit glo
riatiōis occaſio. Ieiunia ergo mlᵗ
torum ſunt ſine humilitate vera.
et ideo nō ſunt deo accepta. Sic
igit̃ patet reſpōſio ad queſtionē
quam deo faciunt multi peccato
res. ¶ Deinde deſcribit ieiuniū
acceptabile. dicēs [nonne hoc eſt
magis ieiunium] Et licet faciāt
ieiuniū acceptabile ꝯdita abſtinē
tia. debita miſericordia. ⁊ humili
tas vera. ſicut iſtorū carentia fa-
cit ieiunium reprobabile. nō tan-
git tamē hic deus niſi debitā mi-
ſericordiam. quia ſm Ambroſiū
ſuper epl'am ad Thimoteū. Sū
ma xpiane religiōis in miſericor-
dia ⁊ pietate eſt: quā qui ſequi vo
luerit: etiā ſi lubricū carnis patit̃
vapulabit. nō tam̄ peribit. Iſtā
miſericordiā quā quilibet debet
primo in neceſſitate poſito deſcri
bit ꝓpheta q̄ꝫtum ad quattuor. ſ.
q̄ꝫtum ad debitorꝫ remiſſionem.
q̄ꝫtum ad tributorū relaxationē.
q̄ꝫtum ad ſeruitutis manumiſſi-
onem. ⁊ q̄ꝫtum ad om̄is graua-
minis amotionē. ¶ Quantū ad
primū dicit ſic [Nōne hoc ē ma-
gis ieiuniū quod elegi. ſup. ſi ho-
mo ieiunans faciat quod ego cui
libet p̄cipio. dicēs [diſſolue] id ē
diſcide [colligatōnes impietatꝭ]
id eſt falſas cartas ⁊ cyrographa
quibus feneratores dicūt impie
pauperes eſſe obligatos. qđ valđ
impium eſt. Dicunt em̄ et ita fa-
ciunt redigi in cirographis homi
nes ēe obligatos ad vſuras, q̄ nlᵗ

lo iure debentur. ſicut ⁊ ad debi-
tum principale. At certe dic̄ glo-
ſa. ſi impium eſt debitum exigere
ab his qui nō poſſunt ſoluere: mlᵗ
to magis ab his qui non debent.
Non igit̃ precipit debita nō repe
tere niſi ab impotentibꝫ. ſed iubꝫ
falſa inſtrumenta reſcindere. vnđ
littera ſeptuaginta loquēs aper-
tius dicit omnē ſcripturā iniq̄m
conſcinde. Sic ergo monet ad de
bitorꝫ remiſſionem. ⁊ hoc impo-
tentibꝫ q̄ꝫtuꝫ ad ea que de iure de
bent̃. ⁊ om̄ibꝫ q̄ꝫtum ad ea que ꝑ
falſas cartas ⁊ inſtrumēta deben
tur. ¶ Quantū ad ſecundum ad
dit [Solue faſciculos deprimen
tes] Iſti faſciculi poſſunt dici tri
buta ⁊ vectigalia. gabelle ⁊ dacia
tallie. ⁊ huiuſmōi inique exactio
nes. quas etiā inter chriſtiāos im
ponunt hominibꝫ temꝑales do-
mini. Et reuera iſta ſūt deprimē-
tes faſciculi. quia multum depri
munt hmoines. ⁊ deducunt eos
ad paupertatem valde magnam.
Dicit ergo ibi textus. [Solue]
id eſt relaxa [faſciculos deprimē
tes] id eſt tributa et vectigalia.
gabelleſ dacia talliaſ. ⁊ huiuſmo
di exactiōes inique impoſitas ho
minibus. ⁊c̄. ¶ Quantum vero
ad tertium ꝓpheta ſubdit: dicēs.
[Dimittite eos qui cōfracti ſūt]
ſupple ſub iugo ſeruitutis [libe-
ros] id eſt ſicut īnuit interlinea.
gloſa: eos qui ſe pro fame in ſer-
uitutem vendiderant non tene-
as vltra terminum. ſed turpe di-

mitte eos ſue reddens libertati. Sed nūquid p̄cipit͛ dn̄is vt omnes ſeruos ſuos manumittant. Dicendū ꝙ nō de om̄ibus. ſ; ſolum hoc h̄ p̄cipitur vt ſc; nullatenus vltra terminū detineantur. Quis aūt non precipit͛: cōſuletur tn̄ de omnibꝰ: quia opus eſt miſericordie. Unde conſulēdo dicitur de omnibus: dimitte eos ꝛc̄. precipiendo aūt dr̄ de alijs. vt eſt dictū. Quantū ad quartum ſubiungit [et omne onus diſrūpe.] id eſt om̄e grauamen q̄dcūq; ſit illud amoue quo innocentes opprimunt͛. y Sciendū autē ꝙ per colligatōes impietatis moraliter pn̄t intelligi om̄ia pctā mortalia. que ſunt quedā impietates quia impediūt cultum dei. ꝛ ſūt quedā colligationes. vnū em̄ q̄ſi ligat͛ cum alio. quia pctm̄ qd̄ per penitentiā nō diluit͛: mox ſuo pō dere ad aliud trahit. Dicit Greꝰ. Ligant ēt animā cū dyabolo: ipā; q; obligant ad iehennā. Ligant potentias aīe vt nō poſſint libere exire in actus ſuos. nō em̄ peccator eſt dn̄s ſerui: ſed eſt ſeruus peccati Joh̄. viij. Unde bn̄ dicit͛ per quendā. ꝙ peccata infelicem animā detinent alligatā. Per faſciculos aūt deprimentes pn̄t intelligi peccādi aſſuefactiōes. que ſic deprimūt peccatricē animā vt nō pmittant eam erigi: nec reſpicere ſurſum. Per ſeruos aūt qui debent dimitti liberi: intelligunt quinq; ſenſus hoīs peccatoris qui in actus ſuos exeunt ſm impetū ↄcupiſcentie: nō ſm iudiciū rōnis. nec ſm imperiū voluntat[is] Per om̄e autē onus intelligūtur quecūq; pctā grauia. tam mortalia q̄ venialia. Sunt ergo tempe ieiunij diſſoluēda vincula peccati. ſoluende aſſuefactōes peccandi. Sūt ēt ſenſus reddendi libertati: vt ſubſint rōis iudicio ꝛ imperio volūtatis. Sunt ēt vtiliter diſrumpēda om̄ia peccati onera per pniā;. al's incaſſum ieiunat͛. Dicit nāq; hoc tpe eccleſia. Utemus autē peſſima que ſubruunt mentes vagas ꝛc̄. et ſequit͛. Utamur ergo parcius verbis cibis ꝛ potibꝫ. Poſtq̄ autē monuit ad erogationem elemoſine ſpūalis: nūc monet ad erogationē elemoſine pure corpalis. que etiam eſt neceſſaria ad hoc ꝙ ieiunium ſit acceptabile cū adeſt facultas: et in primo neceſſitas. Unde dicit [Frāge eſurienti panem tuum] ꝛ cum ſint ſeptem elemoſine corporales. vt ſupra dictū eſt. tantū tangit tres. per ipās dans intelligere alias. ſc; paſcere famelicum recipere peregrinū. ꝛ veſtire nudum. Cōtinuans ergo ſe ad precedētia dicit ſic. Hoc eſt ieiuniū quod elegi nō ſolū. ſup. facere q̄ dicta ſunt: veꝝ ꝛ iſta q̄ ſequūtur que p̄cipio cuilibet dicens [Frāge eſurienti panem tuū] Cū aūt dixit. frange: notat in dante libertatē. Dare em̄ debet quilib; pauperibꝫ abundāter ꝛ nō parce. ſm

ſuam facultatē Eccī.xiiij. Scḋm
vires tuas exporrigens da pau-
peri. Et Thobias dixit filio ſuo.
Thobie.iiij.c. Quō potueris ita
eſto miſericors. Si multum tibi
fuerit abūdāter tribue. Si exigu-
um ⁊ illud libēter impartiri ſtu-
de. Cum autē addit. eſurienti: no-
tat in eo cui datᷣ neceſſitatē. Pa-
ſci eñ debet eſuriēs: nō faſtidiēs.
paup: nō diues. Sic eñ dr̄ de vi-
ro iuſto in pſ̄. Diſpſit dedit pau-
peribꝫ. Et iudex dicet ī fine. Eſu-
riui ⁊ dediſtis mihi māducare. vł
nō dediſtis. Math.xxv. Sed in
hoc qꝛ dicit. panē. notat in dono
vtilitatē. Panem dico. nō lapidē
et noīe panis q̇ eſt in cibis pnci-
palior: oñia neceſſaria ad victuꝫ
intelligunt. In h̄ vō qꝛ ſubdit. tu
um. notat etiā in dono ꝓprietateꝫ
tuū. id eſt ꝓpriuꝫ: nō alienū Tho
bie.iiij. Ex tua ſubſtantia fac ele-
moſynā. ergo ⌊ frange eſurienti pa-
nem tuū ⌋ vꝫ ſm gloſam. q̄ man-
ducatur⁹ eras ſi n̄ ieiunares: des
paupibꝫ. vt ieiuniū non ſit lucrū
marſupij ſed aīe ſecuritas. Seqᷣ
⌊ et egenos ⌋ id eſt egentes hoſpi-
tio ⌊ vagoſqꝫ ⌋ id eſt carentes do
micilio ⌊ induc in domū tuā. cū
videris nudum operi eū ⌋ Sic fe
cit btūs Martinus in porta am
bianenſiū ⌊ ⁊ carnē tuam ⌋ id ē ꝓ
ximū tuū. qui ꝗdammō caro tua
eſt. qꝛ eſt tecū eiuſdē ſpēi. ⌊ ne de-
ſpexeris ⌋ littera vō ſeptuaginta
habet hic. domeſticos ſemīs tui
ne deſpexeris. Vñ gloſa ⌊ carneꝫ
tuā ⌋ id eſt ꝓximū tuum in quali
bet neceſſitate vidēs recognoſce
tibi ſilēm. ꝯſiderans te eſſe fragi-
lem ⁊ mortalē: vñ viſitans ſpeciē
tuam nō peccabis Job.v.

Sequitᷣ tertia pars pncipal' in
qua poſtqꝫ ꝯſcripſit ſalutare ieiu
niū: deſcribit talis ieiunij pcioſuꝫ
ſtipendiū. ⁊ ꝑmittit ſex fructus ſi
ue ſtipendia ſic ieiunātibꝫ. ſcꝫ di-
rectionē in dubijs. curationē a vi
cijs. ꝯtinuationē in meritis. glo-
rificatōem ꝓ pmijs. exauditionē
in deſiderijs. liberatōeꝫ a pericu-
lis. Pro pmo dicit. Tūc ſup.
cum eo mō quo dictū eſt ieiuna-
uerꝭ ⌊ erūpet. q. mane ⌋ id eſt ſicut
ſol in mane ⌊ lumē tuū ⌋ i. lum̄ g̅-
tie tibi collatē diuinit⁹. fugās er-
rorū tenebras. ⁊ te dirigens ī via
ſanctitatis. Dicit eñ pſ̄. qꝛ exor-
tum eſt in tenebris lumē rectꝭ ⁊c̄.

Pro ſecūdo additᷣ ⌊ et ſanitas
tua ⌋ ſ. ſpūalis. quā petit ꝓpheta
in pſ̄. dicēs. Sana dñe animam
meā. qꝛ peccaui tibi ⌊ citi⁹ orietᷣ ⌋
ſup. curatis vulneribꝫ viciorum.
Pro iſtis duobꝫ dicit dñs per ꝓ-
phetā Malach.iiij. Orietᷣ vobis
timentibꝫ nomē meū ſol iuſticie.
et ſanitas in pēnis eius. Pro
tertio ſubditur ⌊ et anteibit faci-
em tuam iuſticia tua ⌋ id eſt quo
cūqꝫ ibis ⁊ vbicunqꝫ: eris iuſticia
precedet ſequetur ⁊ comitabitur
te. quia ſemꝑ deus ī te ꝯtinuabit
bona merita. quia vt dicitᷣ Pro-
uerbi.iiij. Juſtoꝝ ſemita q̄ſi lux
ſplendēs ꝓcedit. ⁊ creſcit vſqꝫ ad

ꝑfectā dic̄. Et vir iuſt⁹ dic̄ Ge.30.
Rn̄debit mihi cras iuſticia mea.
Pro.4.ſb̄dit̄ [ꝛ gl'ia dn̄i colliget
te].i.xp̄s q̄ ē gl'a pr̄is recipiet te.
qꝛ velit nolit Nouat⁹ hetic⁹.vere
penitētes recipit xp̄s.dic̄ Aug.vl'
gl'a dn̄i.i.btitudo celeſtꝭ pr̄ie ſu-
ſcipiet te ſic̄ ſyn⁹ abrac.ꝑ quē ītel
ligit̄.ſuſcepit mēdicū Luc.xvj.et
Prouerbiorum.xxv.capitulo ꝙ
hūilē ſpū ſuſcipiet gl'a. Pro 5.ad
iūgit̄[ tūc ]ſup.cū eo mō q̄ dc̄m ē
ieiunauerꝭ[ inuocab ].i.corde ore
oꝑe vocab [ꝛ dn̄s exaudiet ] ſcȝ
p̄ces tuas ꝛ cordis tui deſiderū
.Cū inuocarē dic̄ ps̄.exaudiuit me
d̄s iu.mee. Et alibi. Deſiderium
pauper̄ exaudiuit dn̄s.qꝛ ꝓpe eſt
dn̄s īuocātibꝫ eū. Pro.vj. ꝯclu-
dit̄[ clamab ſup.ī ꝑicul' et ī tribu
latōe tā ī vita q̄ȝ ī morte[ ꝛ dicet ]
ſup.dn̄s.dicet dico ꝑ effectū [ec-
ce aſſū ]ſup.ad te defendēdū ꝛ li-
berādū. De viro nāqȝ iuſto dr̄ ſa-
pie.x.ꝙ d̄s ī fraude circūueniētiū
illi affuit. Seq̄t̄.3.ꝑs p̄ncipal'.
ī q̄ poſtq̄ȝ deſcp̄ſit gr̄oſū ieiuniuȝ
ꝛ ieiūij p̄cioſū ſtipēdiū: deſcribit
ſtipēdij h⁹ ꝟtuoſū p̄miū. di.ſic ſe
ꝯtinuās. Si ieiunauerꝭ cū ill' cir
circūſtātijs q̄ poſite ſūt: habeb il-
la ſtipēdia q̄ ſic ieiunāti ſūt ꝓmiſ
ſa.q̄d̄ ꝛ ſi ꝓcedat ex mea iuſticia q̄
reddo vnicuiqȝ ſ̄ȝ ſua merita: p̄n
cipal'r tn̄ ꝓcedit ex mea miſc̄dia
q̄ vnicuiqȝ vltra ꝯdignū r̄tribuo
ꝛ pl⁹ q̄ȝ ſua exigāt merita [qꝛ mi
ſericors ſū dn̄s de⁹ tu⁹ ].i.hec ti-
bi faciā nō ſolū qꝛ iuſt⁹ ſū: ſȝ p̄nci
pal'r qꝛ miſericors.ꝛ tūc apꝑebit

ꝙ ver̄ ē verbū ꝓphe ī ps̄. Miſeri
cors ꝛ miſerator ꝛ iuſt⁹ dn̄s [dic̄
dn̄s oꝑs ]ꝯcludit eccl'ia. Ptȝ
ꝯcordātia īter iſtā epl'am ꝛ euāge
geliū hodiernū q̄d ſcribit̄ Mat.
v.ꝛ īcipit. Audiſtis qꝛ dictū eſt
āntiq̄s ꝛc̄. In hac eīm epl'a.ſic̄ appa
ruit dic̄ ꝓpheta ex ꝑſona dei.ꝙ nō
ē gr̄oſum ieiuniū niſi fiat cū debi
ta elemoſyna.ꝛ cū hūilitate vera.
Que duo p̄cipit ſaluator in euā-
gelio. Precipit eīm elemoſinā cor
dis etiā ad inīcos.q̄ ē ꝟa dilectio
di.diligite inimicos vr̄os.ꝛ ele-
moſinā oꝑis.q̄ ē bn̄ficij īpēſio.d.
bn̄facite his q̄ oderunt vos.ꝛ ele
moſinā orꝭ.q̄ ē or̄o ꝛ ſalutatio.d.
ꝛ orate ꝓ ꝑſeq̄ntibꝫ vos ꝛc̄. Et in
fra.ſi ſalutaueritꝭ fr̄es vr̄os tm̄ ꝛc̄
ꝓhibet etiā oēm ſuꝑbiā ꝛ vanam
gl'iam in oꝑibꝫ bonis.di. attēdite
ne iuſticiā vr̄am faciatꝭ co.ho.ꝛc̄
Et īfra. Cū facꝭ elemoſinā no.tu
ba ca.an̄ te.ꝛ ſeq̄t̄.te āt faciēte ele
moſinā: neſciat ſiniſtra tua q̄d ꝛc̄

Sabbato poſt ciner̄. A

# Hec dicit do

minꝰ. Si abſtulerꝭ.ꝛc̄.
Eſa.lviij. Sic dic̄ gl'.ſ̄
ꝟbo.ī die ie.ꝛc̄.īcaſſū ꝑ pn̄iaȝ cor
p⁹ atterit̄: ſi īordīatꝭ motibꝫ mēs
vicijs diſſipet̄. Quia igit̄ eccleſia
monuit nos ī capite ieiunij corp⁹
ꝑ pn̄iaȝ attereret̄.di.ī ꝑſona di. Cō
uertimī ad me ī to ꝛc̄. Idcirco in
h̄ p̄mo ſabbato.xl.q̄d req̄es dicit̄
monet nos a pctō q̄eſcere ne inor
dinatis motib⁹ mēs vicijs diſſi
pet̄. Et qm̄ ꝑ pctm̄ hō deordinat̄

triplicitér.ſcꝫ reſpc̄u ſui.reſpc̄u ꝓ
ximi.ꝛ reſpectu dei.ꝓpter hec mo
net nos fugere ꝛ a nob̄ totalr̄ ex-
pellere hāc triplicē deordinatōēꝫ
in iſta epl'a.di.Si abſtule.ꝛc̄.Et
videꝗ ṗncipal'r duo fac̄.Prio ei
hortat̄ xp̄ianū quēlibꝫ pctm̄ quo
peccat ī ſeip̄m ꝛ ꝙ peccat in ꝓxim
abījcere.Scd̄o pctm̄ ꝙ peccat iu
deū.ibi [Si auerteris a ſabbato
pedē tuū] Adhuc circa ṗmū duo
fac̄.Primo em̄ ſil' monet fugere
vtrunqꝫ pctm̄ ṗdictum.Scd̄o
d̄ſcribit h⁹ fuge multiplicē fructū
īfra [Oriet̄ ī tenebris ꝛc̄] Prio ḡ
q̄ꝫtū ad pctm̄ ꝙ q̇s peccat ī ſeip̄m
qḋ ſpēal'r ē itꝑantia ꝛ incōtinētia
Qui em̄ fornicat̄ in corp⁹ ſuū pec
cat.j.Cor.vj.ait.]hec dic̄ domi-
n⁹ d̄s.ſup.cuilibet xp̄iano [ſi ab
ſtulerꝭ de medio tui cathenam]
Ubi nota.ꝙ q̄ꝫuis pctā morta
lia ſūt q̄dā cathene diaboli q̇bus
tenet ligatos pctōres eoſqꝫ trahit
ad īfernū.q̄ figurāt̄ ꝑ cathenas q̇
h⁹ fuerat vict⁹ ſāſon Iud.xvj.et
ꝑ illas q̇b⁹ fuit duct⁹ ſedechias ī
babylonēꝫ.2.Paral'.33.ſpēal'r tn̄
pctm̄ ꝙ q̇s peccat ī ſeip̄ꝫ ē cathēa
diaboli.q̄ pctōr q̇libꝫ tenet̄ aſtri-
ct⁹.e⁹mōi ſūt pctm̄ itꝑantieꝛ icō
tinētie.d̄ q̇b⁹ ſpēal'r dic̄ pctōr in
pſ̄.Funes pctōꝝ cir.ſūt me.Et
Prouer.5.d̄r.ꝙ funib⁹ pctōꝝ ſu
orū vnuſq̇ſqꝫ ꝯſtrīgit̄.Hec cāt ca-
tena ꝓcedit a medio hoīs.i.a cor-
de l' ab appetitu ſēſitiō q̄ ē medi⁹.
.ſ.īter ṽtutes rōnales ꝛ naṫales.
ꝓcedit dico ab iſto medio vſqꝫ ad

q̇nqꝫ ſenſ⁹.ꝛ ꝑ cā trahit eos ad il-
licitos act⁹.vtpote ocl'os ad ītuē
dū qḋ n̄ lꝫ ꝯcupiſci.et ſic de aliȷ̄s
ſēſib⁹.Dic̄ ḡ d̄s cuilibꝫ nr̄ꝫ [ſi ab
ſtulerꝭ].ſ.ꝑ itꝑātiā ꝛ ꝯtinētiā ꝛ ṽaꝫ
pniaꝫ [d̄ medio tui].i.d̄ cord̄ ꝛ de
appetitu aīali [cathenā].i.pctm̄ ꝙ
peccas ī te ip̄ꝫ.ſ.itꝑātie ꝛ icōtinen
tie.ne trahāt ſēſ⁹ tuos ad illicitos
act⁹.q̄ q̇dē cathēa oīo auferēda ē.
q̄ꝛ dic̄ aug.lxxxiȷ̄.q̄.Cōtinēd⁹ē ei
aī appetit⁹ a voluptate oculoꝝ.a
voluptate auriū.a voluptate ol-
faciēdi.guſtādi.tāgēdi.qḋ fit tn̄
dina ḡra ṗncipal'r oꝑāte.q̄ꝛ n̄ pōt
eē aliq̇s ꝯtinēs niſi d̄s det.Sapi.
viȷ̄.Tūc ꝯterit̄ cathēa diabolici
iugi.ꝛ eripit̄ hō d̄ cru.dn̄o.vt hītꝫ
ꝯfi.d̄ ꝙ d̄r eze.34.Cū ꝯtriuero ca
thē.iu.eoꝝ ꝛ eruero eoſ d̄ ma.īpe.
n̄ erīt vltra ī ra.ſꝫ hītā.ꝯfi.ꝛ ml'ta
alia bōa q̄ ēt ibi tāgit.Ul' ad lr̄aꝫ
[ſi abſtu.ca.]q̄.ſ.paupēs oppṁiſ
B Quātū āt ad pctm̄ ꝙ q̇s pec
cat ī ꝓxīꝫ.q̄d ē ſpēal'r notatio ꝛ de
riſio.d̄tractio ꝛ bn̄ficȷ̄ ſubtractio
addit.ꝛ.ſ.[ſi deſi.di.t.ex.ſ.ad no-
tādū d̄ aliq̄ crīe tuū ꝓxīꝫ.l' ad d̄ri
dēdū ip̄ꝫ.vtpote faciēdo ſibi ficū.
ꝛ hmōi.ꝛ ſi.ſ.[d̄ſie.loq̇ q̄d non ꝓ
deſt].ſ.ꝓxio.imo ml'tū obē.q̄ꝛ le
dit famā e⁹.ſic ſūt ṽba murmura-
toria ꝛ d̄tractoria ꝓxioꝝ diffama-
tīa.ſap̄.j.Cuſtodite vos a mur.q̄-
ni.ꝑ.ꝛ a d̄tra.ꝑ.li.d̄tractores ei ſīt
d̄o odibiles.Ro.j.[cū eſ.eſu.a.t]
.i.cū n̄ ſb̄traxerꝭ ꝓxio īdigēti bn̄fi
cia.ſꝫ [eſuriēti effuderis].id ē ex-
tra fuderꝭ [aī.t.i.affectōꝫ tuā.nō

ſoluꝫ ei affectual'r ꝯpatiēdo: ſꝫ eti
am effectual'r ſubueniēdo. Sup
em̄ eodē capl'o dicit̃ cuilibet. Frā
ge eſurienti panē tuū ⁊c. [ ⁊ animā
afflictā. id eſt hoīem afflictuꝫ. ps
pro toto ponit̃. afflictū dico fame
ſiti nuditate infirmitate ſqualo-
re carceris. aut carentia hoſpitij.
[ repleueris ] id eſt recreaueris et
ꝯſolatus fueris. ſcꝫ paſcēdo fame
licū. potando ſitibundū. veſtien-
do nudū. viſitādo infirmū. redi-
mendo captiuū. ⁊ recipiēdo pere
grinū. Ecce igit̃ ꝙ monet nos ab
ijcere duplex pctm̄ in genere. ſci-
licet q̃ quis peccat in ſeipm̄. et q̃
quis peccat in ꝓximum. qđ ſi ali
quis faciat aſſequit̃ multiplicēꝫ
fructū. Vn̄ ⁊ cum ſubdit. Orietᷣ
in tenebris. ꝓmittit cuilibet pctā
deſerēti. viij. nobiliſſīos fruct⁹: q̄
ſūt iſti. erroꝝ effugatio. paſſionū
tranquillatio. diuine ſapiē īfuſio
eterne pene euaſio. donoꝝ multi
plicatio. meritoꝝ ꝯtinuatio. vir-
tualis ſtructure ꝯſūmatio. ſaluta
ris doctrine p̄dicatio. Pro p̄-
mo dicit. ſic ſe ꝯtinuans. Si ab-
ſtuleris ſicut dixi. ⁊ ſi deſieris. ⁊
ſi effuderis. ⁊ ſi repleueris. i. ſi oē
peccatū ⁊ in te ⁊ in ꝓximū a te ip
ſo oīno abieceris [ orietᷣ ī tenebꝛis ]
id eſt in intellectu tuo in quo pri
us erant erroꝝ tenebre [ lux tua ]
id eſt fidei claritas tibi diuinitus
collata tuum illuſtrās intellectū
et effugans taliter hereſum tene-
bras ⁊ erroꝝ. vt ſit verbum apl'i
verum ad Ephe, v. Eratis aliqñ
tenebre. nunc aūt lux in domino.
[ et tenebre tue ] id ē virtutes tue
intellectuales ꝓpter ignorantiā p̄
us tenebroſe [ erūt ] ſupple. clare
[ velut meridies ] id eſt ſic̄ lux me
ridiana. que clarior eſt q̄ꝫ lux ma-
tutina vel veſptina. vt ꝯficet̃ de
aīa tua illđ Eſaye. xviij. Sicut
lux meridiana clara eſt. hn̄s. ſup.
breuē ignorātie vmbrā. oīa em̄
corpa q̄ faciunt vmbrā. ipaꝫ ī me
ridie faciunt breuiorē. Pro ſe-
cundo addit̃ [ et requiem dabit ti-
bi dn̄s deus tu⁹ ſp ] requiem dico.
a paſſionib⁹ ⁊ carnis vicioſis mo
tib⁹. ⁊ hoc vt ſedatis paſſionum
motib⁹: aīa tua efficiat̃ prudēs.
Anima em̄ ſedendo ⁊ q̇eſcēdo fit
prudēs. vt Ariſtoteles dicit. Vn̄
pro tertio ſubdit [ ⁊ īplebit ] ſup
ple deus [ ſplēdorib⁹ aīam tuā ]
id eſt habitū ſapiē tibi dabit ad
cognoſcēdū neceſſaria ſaluti. Et
nota licet habitus infuſe ſapien-
tie ſit vnus in ſubſtātia: eſt tamē
multiplex in efficacia. Ideo dicit̃
hic plural'r. ſplēdorib⁹. Vn⁹ eniꝫ
radius iſtius habit⁹ eſt noticia d̄
mūdanis vt ꝯtemnant̃. Ali⁹ eſt
noticia de amādis vt diligantur
Alius eſt noticia de tormētis vt
timeant̃. Alius noticia de pecca
tis vt fugiant̃. Alius de p̄ceptis
vt ipleant̃. Alius de eternis gau
dijs vt appetant̃. Dicat ego qui-
libet nr̄m illud ps̄. Sit ſplendor
dn̄i dei noſtri ſup nos ⁊c. Pōt āt
dici ꝙ loquit̃ hic ꝓpha de cogniti
one patrie. q̃ erit plena. ꝓpter h̃ ſi

gnanter dicit. implebit. cognitio
eñ vie q̃ntũcunqꝫ magna ex par
te eſt ꝛ ſemiplena. Nũc cognoſco
ex parte. dicit apl'us. j. ad Cori. iz
Scd̃m hoc igiť ꝑmittit deus hic
ꝑfectam noticiã veritatis. q̃ ſolũ
erit in p̃ria qñ replebimur ĩ bõis
nis dom⁹ dei. ĩſplẽdoꝛib⁹ ſãctoꝝ.
Erit eñ viſio dei. ſm Aug. j. de
trinitate. tota merces. inchoatĩe.
ſupple qꝛ cõſummabiť in amoꝛe.
·Pꝛo quarto dič [ Et oſſa tua
liberabit ] .ſ. in die iudicij ab igne
eterno. i. nõ ſolum tuã aĩam: ve-
rũ ꝛ coꝛp⁹ tuũ ab illo truci incen
dio p̃ſeruabit. quã liberatõem pe
tit eccl'a. cũ dicit. libera me domi
ne de moꝛte eterna ꝛc̃. Et tũc qli
bet poſſit dicere illud Ecc̃i. vltio
Liberaſti me a p̃ſſura flãme ig.
E ·Pꝛo quĩto ſubdit [ ꝛ eris ſi
cut oꝛtus irrigu⁹ ] irrigat⁹ ſup. di
uine gr̃e ymbꝛib⁹. Oꝛtus dico v-
ber ꝛ fertil'. plenus donoꝝ ꝛ ꝟtu-
tũ plãtulis. vñ in te ꝑ gr̃am diui
nã multiplicabunť virtutes ꝛ do
na ſicut in oꝛto fecũdo. vt poſſim
dicere de aĩa tua illud Canti. 4.
Oꝛtus ꝯcluſus fons ſignat⁹ ſo-
roꝛ mea ·Pꝛo ſexto dič [ ꝛ ſicut
fons aquaꝝ ] eris ſup. [ cui⁹ aq̃
nõ d̃ficiũt ] id eſt ſič in fonte viuo
aque viue nunq̃ꝫ deficiũt: ſic me-
rita tua nunq̃ꝫ deficiũt. qꝛ me ti-
bi aſſiſtẽte ꝛ ꝟtutez ꝯferente vſqꝫ
ad finem vite ꝯtinuabunť. Vnd̃
anima tua erit fons oꝛtoꝝ pute⁹
aquaꝝ viuentiũ. i. gr̃arum ſpũa-
lium. que fluunt impetu de liba-
no. ſcilꝫ diuine voluptatis Can-
ticoꝛũ. v. ·Pꝛo ſeptimo addiť.
[ ꝛ edificabunť in te deſerta ſcl'o
rũ ] id eſt colũne muri ꝛ tecta ſpũ
alis edificij q̃ fuerunt q̃ſi ab om̃i
bus homib⁹ deſerta. id eſt dereli-
ta a ſeculis. hoc eſt. a ꝓncipio mũ
di in quo fueȓt pauciſſimi hoĩes
ſancti. Vel deſerta a ſeculis. id eſt
derelicta a demonib⁹ ĩ inicio cre-
ature. ſtatim eñ vt fuerũt creati
reſpuerũt ſctĩtatem. Cũ ergo dič
edificabunť ꝛc̃. vult dicere ꝙ ĩ te
conſumabiť virtualis ſtructura
quã mali angeli ꝛ mali hoĩes ab
initio ſeculi reliq̃runt. Et q̃ꝫtum
ad hoc idem adiũgit vlteri⁹ [ fun
damẽta generatiõis ] que ſup. ie-
cerũt ꝓphe ꝛ apl'i in vtroqꝫ popu
lo. ſcꝫ veteri ꝛ nouo. q̃ ſũt articu-
li fidei. ꝛ virtutes [ in te ] ſup. edi
ficabunť ] ꝛ hoc eſt [ fundamenta
generatiõis ꝛ gñatiõis ſuſcitab ]
id eſt te ꝓmerente in te de⁹ ſuſci-
tabit. vel te p̃dicante ꝛ docente in
alijs ſuſcitabis. ·Põt aũt dici me
lius. ꝙ ibi [ fundamẽta ] incipit ꝓ
mittere octauũ fructũ. q̇ eſt ſalu-
taris doctrine p̃dicatio. ſic [ fun-
damẽta generatõnis ꝛ generati. ]
que ſupple iecerunt pꝛophete in
in veteri generatiõe. tem ꝑe legis
moyſi. ꝛ que iecerunt apoſtoli in
noua generatõe tempoꝛe gratie ꝛ
legis xp̃i. tu ſup. p̃dicando verbo
et facto. ſermone ꝛ exemplo [ ſu-
ſcitabis ] ſup. in coꝛdibus audi-
toꝝ vt poſſit de eis dici illud. ad
Ephe. ij. Supedificati ſupꝛa fũ-

damentũ apl'orum ⁊ ꝓphar ũ. hec
eñ fundamẽta ſũt illa de quib⁹ ĩ
pš. Fundamẽta eius. i. eccl'ie vel
ſanctitatis. in mõtib⁹ ſanctis. id
eſt apl'is ⁊ ꝓphetis. Quantũ autẽ
ad hoc idem addit [et vocaberis
edificator ſepium. interli. i. p̄dica
tor ſepium. gloſa. id eſt doctrina-
rũ quib⁹ munit̃ eccleſia. ſic̃ ſepi-
bus munit̃ ⁊ cingit̃ vinea. ſine q̇-
bus diripit̃ eccleſia ⁊ oĩs poſſeſ
ſio ꝟtutũ. Eccl. xxxvj. d̄r. ꝙ vbi ñ ē
ſepes: diripiet̃ poſſeſſio [auertẽs]
id ē deſtruẽs [ſemitas iniq̃tatũ]
id eſt errores ſcḋm gloſa ʒ. quibus
quaſi ꝑ quaſdã ſemitas itur ad i-
fernũ. Dicit aũt gloſa. ꝙ iudei re
ferunt iſta verba ad reditũ de ba
bylone. ⁊ de reedificatiõe ciuitat̃
ieruſalẽ. que fuit ſub Zorobabel.
ſub iſto ſenſu [orieť in tenebris]
ſup. ꝯfuſiõis quã patieris in ba-
bylone ſub chaldeis [lux tua]. id
eſt ꝯſolatõis tue. quã habebis et
recipies ſub medis ⁊ pſis [Et te
nebre tue] id eſt ignorãtie et erro-
res quib⁹ errabis colendo ⁊ ſuiẽ
do dijs alienis [erũt ſicut meridi
es] id eſt: ꝯuerteť in meridiem.
ſup. latrie ⁊ cultus diuini [et re-
quiem dabit tibi dñs ſp̄] id ē lon
go tempe. ſup. q̄ʒ diu ſuies ei. [et
implebit animã tuã ſplẽdorib⁹]
id eſt luce ſue ſapiẽtie. qḋ q̄ʒ maxi
me verũ fuit tempe xp̄i. q̇ imple-
uit in iudea multoꝝ aĩas ſplen
dorib⁹ catholice veritatis ]et oſ-
ſa tua liberabit] ſcʒ de babylone.
[et transferʒ in terrã tuã ⁊ eris ſic

ortus irriguus] id eſt multa pro
le fecundus [⁊ ſicut fons cui⁹ aq̃
nõ deficiunt] id eſt diues ⁊ locu-
ples. cuius opes nunq̄ʒ deficient
[et edificabunt̃ in te deſerta ſcl'o-
rum] id eſt ĩ tua virtute ⁊ tuo mi
niſterio edificabunt̃ templũ ciui-
tas ⁊ muri. ⁊ alia habitacula iu-
dee que deſerta erant [a ſeculis]
id eſt a ſeptuagita annis. Hoc fu
it verũ de Zorobabel ⁊ neemia et
alijs multis [fundamẽta] ſupple
domoꝝ [generatiõis ⁊ generati-
onis] id eſt q̃ trãſibũt ⁊ q̃ erũt ſi-
ne edificio ſub multis generatio-
nib⁹ [ſuſcitabis] ſcʒ ſup ea eri-
gendo ꝑietes ⁊ ſuppõẽdo tecta.
[vocaberis edifica. ſepi.] ſcʒ q̇bus
cingunt̃ orti ⁊ vinee [auertẽs]. i.
deſtruẽs [ſemitas iniq̃tatũ]. i. iniq̃
quoꝝ quas facient in medio or-
toꝝ ⁊ vineaꝝ ad diſſipandũ eos
Aliqui autem ex iudeis. ſicut di
cit eadeʒ glo. hec referunt ad iſtã
ieruſalẽ quam delirãt futuram in
vltimis tꝑibus. Meli⁹ tñ ſcḋm eã
dem ad eccl'iam vel ad fidelẽ q̃m
libet referunt̃. D Deinde eti
am hortat̃ quẽlibʒ xp̄ianũ abijce
re pctm̃ quo peccat̃ in deũ. videlʒ
ſabbati violatõem. dicẽs [Si a-
uerteris a ſabbato pedem tuum.
facere voluntatem tuam in die
ſabbato ⁊c̃.] Et hic duo fac̃. Pri
mo eñ ꝑſuadet ipſam peccati ab-
iectõem. Scḋo ſpõdet hui⁹ abie
ctõis ꝑmiationẽ. ibi. [tũc delecta
beris ⁊c̃. dicit ergo [ſi auerteris
a ſabbato] quod eſt dies ſeptima

quam deus ſanctificauit ꝛ cui benedixit. id eſt ſanctitatis operibꝰ exequendis per homines addixit et deputauit. quia in ipa ab omni opere ſuo requieuit. ꝛ iō ſabbatum dicitˀ. id eſt quies ſiue requies Ge. ij. [ pedem tuū ] vt ſcꝫ non vadas ad faciendū mala. vel vt n̄ vadas vltra mille paſſus. qui ſūt iter ſabbati. Actuū. j. Et ſupple auerteris [ facere voluntatē tuā ] ſcꝫ fedam ꝛ carnalē [ ī die ſabbato ] qui eſt dies ſanctus dn̄i. non ꝙ ſit formaliter capax ſanctitatꝭ ſed qꝛ ſcitatis operibꝫ deputatur pre diebꝫ ceteris [ Et vocaberis ſabbatū delicatū ] id eſt deo acceptū. dicit interli. vel delicatū. qa nō vult tangi nec ledi nec violari per aliquod opus ſeruile quod fiat in eo quodcūqꝫ ſit illud ſiue inducens in ſeruitutē aīe. cuiuſmodi eſt pctm̄. ſiue inpediēs ſeruitutem dei. cuiuſmodi eſt opus mechanicū. Hec em̄ duo operū genera turbāt mētis ſilentiū ꝛ quietem. Et ſup. [ vocaberis ſabbatū ſanctū dn̄i ] id eſt ſanctificatū domino ꝛ ſua quiete confirmatum [ glorioſum ] id eſt glorificationi dei dedicatum. vn̄ ſubdit [ ꝛ glorificaueris eum ] ſcꝫ ſabbatū. vel ipm deum in ſabbato. gl'ificauerꝭ dico [ dum nō facis vias tuas prauas ] id eſt actiōes prauas in ſabbato. que ſunt vie que ducunt ad baratrum [ et nō inueniˀ volūtaſ tua ] ſcilꝫ in ſabbato [ nec loquaris ſermonem ] ſcilꝫ ocioſum vel odioſum. dicit interlinearis. id ē non peccas in ſabbato. nec volūtate nec opere. nec ſermone. Alia littera [ vocaberis ſabbatum ] id eſt vocaberis celebrans ſabbatū. q̄ꝫtum ad exercitium bonoꝝ operum. Iuxta illud Exo. xx. Memēto vt diem ſabbati ſanctifices

Et nota ꝙ illud quod dicebat hic ꝓpheta cuilibꝫ iudeo de die ſeptima. que dicebatur ſabbatum: a quieſcendo. quia opꝫtet homīes vacare diuino cultui. ꝛ ceſſare ab oī opere ſeruili Exo. xx. hoc idē dicebat cuilibet xpiano ſm principaliorem intellectū etiam litteralem de p̄ma die que appellaˀ dominica. Iaꝫ em̄ quies diei ſeptime tranſlata eſt in primā diem. cuius quidem tranſlatōnis rationes notantur in prima lectione ſabbati ſancti Sequitur premium huius obſeruantie ſancte. et ꝓmittit cuilibꝫ xp̄iano ꝓ p̄mio etiam in hac vita. tria. videlicet. mentales conſolatōnes. mentales eleuationes. ꝛ mentales recreationes. Pro p̄mo dicit. [ Tūc ] ſupple. quādo iſta caueris: ꝛ iſta feceris [ delectaberis ſuper domino ] qui conferet tue anime conſolationem ſpiritualem [ Et ſuſtollam te dicit dominus ] id eſt eleuabo te per contemplationem [ ſuper altitudinem terre ] id eſt. ſuper terrena omnia ad contemplandam celſitudinem meam. Et pro ſecundo. pro tertio ſubdit [ ꝛ cibabo te ] id eſt reficiam ꝛ recrea

bo te [ hereditate iacob patrꝫ tui ]
id eſt ieſu xp̄i ligni vite fructibꝫ.
qui erūt p̄clara hereditas Jacob
patris tui. id eſt Jeſu xp̄i de ſtir-
pe iacob naſcituri. quā tamen he
reditatē cōmunicabit ſuis fideli
bus qui erunt ipſius coheredes.
Uel ꝓmittit̃ cuilibet xp̄iano ſpū-
alis ꝯſolatio in hac vita. cū dicit
[ delectaberis ſuper dn̄o ] corꝑa-
lis exaltatio poſt hanc vitā. cum
addit [ ⁊ ſuſtollam te ]. id eſt exal
tabo te. etiā corꝑalr̃ [ ſuꝑ altitu-
dinē ] id eſt ſuꝑ terrena oīa in e
terna btitudine. eternal' fruitio ī
gloria celeſti. cum ſubdit [ ⁊ ciba
bo te ] ⁊c̄. ſicut p̄us. Ubi nota ꝙ
ſancti viri in hac vita xp̄o ⁊ fructi
bus eius fruūtur. nō ꝑfruūtur.
quia fruūtur ſemiplene. ſꝫ in pa
tria ꝑfruentur. i. pfecte fruentur.
Notandū etiaꝫ ꝙ iudei iſta refe-
runt ad redituꝫ de babylone. ſub
hoc ſenſu. Si exiſtēs in babilone
celebraueris ſabbatū [ tunc dele-
ctaberis ſuꝑ dn̄o ] ſcꝫ ad terram
tuā redeūdo [ ⁊ ſuſtollam te ſuꝑ
altitudinē terre ] id ē ſuꝑ mōtes
iudee. q̄ ꝓ maiori parte ꝯſiſtit in
mōtanis [ ⁊ cibabo te ⁊c̄. ] id ē fru
ctibꝫ terre ꝓmiſſionis q̄ fuit data
⁊ ꝓmiſſa ꝓ hereditate ad lr̃am ia
cob patri tuo Gen̄. xxvij. Aliq̄ au
tem ex iudeiſ. vt dictū eſt. hec om
nia referūt ad iudeos qui erunt ī
vltimis temporibꝫ in ieruſalem.
quā dicunt futurā delirātes. ta-
men melius. ſicut p̄dictuꝫ eſt. ad
fidelem quēlibet referunt̃. Ad con
firmationem aūt predictoꝝ ſub
ditur [ Os em̄ domini locutum
eſt ]. Ergo mala p̄dicta fugienti-
bus: ⁊ bona predicta facientibus
iſta p̄mia que p̄miſſa ſunt certi-
tudinaliter ꝯferent̃. Patet cō-
cordia inter epl'am ⁊ euāgeliū ho
diernū quod ſcribit̃ Matth. vj.
et incipit. Cum ſero eſſet factum
In hac em̄ epl'a ſeu lectōe ꝓphēti
ca hortat̃ nos abijcere iſta quibꝰ
turbat̃ mētis ſabbatū. ⁊ per q̄ in-
curruntur ſpūales egritudines.
hec ſunt illa per q̄ meritorie ſuſci
tat̃ in mundo ventus ꝯ̄rius. agi-
tans periculoſe ī medio mari na
uī eccleſie. ⁊ per que incurruntur
grauiſſimi morbi animaꝝ. de q̄-
bus omnibꝫ habet̃ in euāgelio ꝑ
figurā. Hortat̃ etiā nos deus in
lectōne ꝓphetica iſta facere ꝑ que
celebrat̃ in cordibꝫ hominuꝫ de-
licatū ſabbatuꝫ. ⁊ per q̄ acquirit̃
ſpūalis ſanctitas. ⁊ hec ſunt iſta
ꝓpter q̄ meritorie ieſus intrat ef-
fectualiter nauim eccleſie. ⁊ faciēſ
ceſſare ventū ꝯ̄rium tranquillita
tem cōfert. tactuq̄ꝫ ſuo efficaciſſi-
mo p̄ſtat animabꝫ infirmātibus
ſabbatū. de quibꝫ omnibꝫ habet̃
per figurā ī euāgelica lectōe. Tā-
gamus ergo chriſtum per deuo-
tam orationē vt ⁊ ipē tangat nos
per gratie infuſionem. vt tandem
ſanati a morbis omnibꝫ: eternaꝫ
conſequamur ſalutem. Amē.

Dominica prima in
q̄drageſima E

Hortamur

Hb vos ne inuacuũ grati/
am dei recipiatꝭ.ij.ad
Corinth.vj. Poſtq̃ȝ ec/
cleſia repͥſentauit ſeptuageſimaȝ
deuiatiōis. ſexageſimã viduati/
onis.ꝛ q̇nquageſimã ſubiectiōis
que tria.vt dictũ eſt:ſuſtinēt ho/
mines in hac vita infelice.hodier
na die que dicitᷣ dñica in q̃drage/
ſima incipit repͥſentare q̃drageſi/
mã afflictionis.quã poſt baptiſ/
mũ debent om̄es xp̄iani incipe.ꝛ
loquor de adultis ꝛ habētibꝫ libe
ri arbitrij vſum. Chriſtus em̄ ſta
tim poſt baptiſmũ ductus a ſpi/
ritu intrauit deſertũ.cōpleuit q̃/
drageſimale ieiuniũ. ꝛ ſic cōfudit
miniſtrũ temptationũ. Sic ꝛ xp̄i
ani ſtatim poſt baptiſmũ duca/
tu ſpūſſancti debēt intrare deſer/
tum penitētie.ꝛ per ieiuniũ carnē
ſuam affligere vt ſic poſſint vin/
cere temptatorē. Terminatᷣ autē
hec quadrageſima ĩ morte cuiuſ
libet.ꝛ nō añ.quia a baptiſmo vſ
qȝ ad mortē debet eſſe xp̄ian⁹ qui
libet in afflictione penitētie.ꝛ po
ſito ꝙ pctm̄ mortale nō cōmiſerit
bellum tñ ꝯtra carnē.munduȝ.et
diabolũ ſibi hoc tempe ingruit.ꝛ
idcirco dȝ eſſe ſp in q̃drageſima
penitentie.vt cōprimatᷣ in eo om
nis carnalitas.ꝛ ĩ ip̄o virtutes q̃
ſunt arma iuſticie.conſeruentur.
Quadraginta nanqȝ diebꝫ inun
dauit diluuiũ.quo iuſtis ſaluatꝭ
fuit cōſumpta omnis caro Gene.
vij. In quo p figurã ĩnuitᷣ ꝙ p q̃/
drageſimã pēitētie ꝛ caro mortifi
catᷣ ꝛ ſpiritus pmanet in ſalutem
Et recte vocatᷣ hoc tempus qua/
drageſima.que ſm ſcp̄turas tem
pus eſt ieiunij.ꝛ hoc tempe legis
tpe ꝓphaꝝ.ꝛ tempore gr̄e. Moy/
ſes em̄ tot diebꝫ ieiunauit bis vt
legem dei acciperet. Helyas auteȝ
ſemel vt in montē dei aſcēderet.
xp̄s vero diebꝫ totidē vt exēpluȝ
nobis oſtenderet. Iſtã aũt q̃dra/
geſimã hodierna die. vt dictũ ē.
repͥſentare eccleſia incipit. Scȝ
em̄ morē antiquũ eccl̄ie q̃drage/
ſimalis abſtinētia hodie incipit.
Vñ ſm ordinatōem bti Ambro
ſij.que adhuc ſuatᷣ ĩ ciuitate me
diolanenſi ꝛ dioceſi q̃ttuor dies
p̄cedentes nō ſunt de iſta abſtinē
tia ex neceſſitate p̄cepti.fuerũt au
tē poſtea additi ex ordinatōe bea
ti Grego.vt viſum fuit.ſ. quar/
ta feria cineꝝ. Terminat vero ec/
cleſia repñtatione hui⁹ q̃drageſi/
me ſm quoſdã feria quinta in ce/
na dñi. Ab hac em̄ dñica vſqȝ ad
illũ diē ſũt p̄ciſe dies q̃draginta.
Et ꝯgrue terminatᷣ illa die q̃dra/
geſima.qm̄ ſic xp̄s ĩſtituto ſacra
mēto altaris ꝛ mãducato ſacr̄ali
ter ſuo ꝓprio corpe ꝛ ſanguine im
mediate iuit ad mortē ꝛ ad tranſi
tũ ex hoc mũdo ad pr̄em. Sic nō
debet terminari nr̄a q̃drageſima
pnīe:donec cenātes cũ xp̄o ꝛ acci
piētes ſacrũ viaticũ:moriamur

in domino. vt ſic ꝑficientes in tu
mulis ſabbatum ſancte requieti-
onis perueniamꝰ ad dominicaꝫ
ſeu octauã glorioſe reſurrectiõis.
Scḋm iſtos igitur: paraſceues ⁊
ſabbatum ſanctũ nõ ſunt de qua
drageſima. ſunt tamẽ ieiunabiles
ꝓpter mortem domini ⁊ ſepultu-
ram ⁊ vigiliam reſurrectõis. Cõ
tinet autẽ tota noſtra quadrageſi
ma intra ſeptuageſimã deuiatio-
nis. ⁊ ſexageſimã viduationis. ⁊
quinq̃geſimam ſubiectõis. ⁊ ante
terminabit q̃ꝫ aliq̃ iſtarum. Pri-
us enĩ omnes homines morient
q̃ꝫ ſit reſurrectio generalis. ⁊ priꝰ
erit generalis reſurrectio q̃ꝫ ſpon
ſi reuerẽtis dulcis inuitatio. per
quam dicet electis. Uenite bene
dicti ⁊c̃. Et ꝑus erit illa q̃ꝫ ſctõꝝ
indutorum ſtola duplici in celuꝫ
introductio, ꝓpter que vltimo in
cipit q̃drageſime repꝛ̃ſentatio. Et
ſm iſtos ꝑus tempꝫ terminatur.
Uiſum tamẽ fuit ſupꝛius feria q̃r
ta p̃cedenti. quia ſm Aug. ⁊ Gre
go. quadrageſimalis abſtinentia
nõ terminat ante paſcha. nõ ẽ mlt
tum curanduꝫ de h. ¶ His
viſis ad expoſitiõem eplẽ proce-
damus. Ad cuius euidentiã ſciẽ
dum. q licet totum tꝑs ab incar
natiõe xp̃i vſq̃ꝫ ad finẽ mũdi ſit tẽ
pus acceptabile. ⁊ tempꝰ gratie.
ſpẽaliter tamẽ hoc tempꝰ quadra
geſimale: tꝑs acceptabile: ⁊ tem-
pus gratie nõ immerito nuncu-
pat. Eſt enĩ tempus penitentie
per quod eſt remiſſio peccatoruꝫ
⁊ certe maxima eſt dĩ gratia que
peccatores trahit ad pñiam. et q̃
in penitentibꝫ delet culpam. ⁊ ſol
uit obligationẽ ad penã eternam.
Idcirco ſancta mater eccleſia in
hac ſolenni dñica preſenti legit e-
piſtolã Pauli. in qua hortat nos
ad opa iuſticie. ⁊ hoc ſumpta rõ-
ne ex parte gratie exhibite. Uñ h
tria facit. Primo hortat nos ad
grẽ ſuſcepte exercitatõꝫ. d. [hortamur vos] Scḋo ad gratie oſten-
ſionẽ. ibi. [nemini dantes] Ter-
tio ad eiuſdem ↄſeruationeꝫ. ibi.
[per ar. iuſti]. Debet enĩ hõ vti g̃
tia ⁊ exercitari in ip̃a ad meritũꝫ
debet etiã ip̃am oſtendere ad exẽ
plum. ⁊ ip̃am ↄſeruare ad p̃miuꝫ
conſequendũ. Adhuc in ꝑma pte
hortatur ad gratie bonũ vſuꝫ. di.
[Hortamur] Scḋo allegat tem
pus optunũ. ibi. [Ait enĩ tpe ac
cepto exaudiui te ⁊c̃] Dicit g̃ apo
ſtolus loq̃ns cũctis xp̃ifidelibus
ſpẽaliter vere penitentibꝫ [Hor
tamur vos ne inuacuũ] id eſt ſi-
ne fructu [grãm dei] quã ſupple
ſuſcepiſtis. ꝑ quam eſtis veri pe
nitentes. ⁊ per quã peccata ſũt vo
bis remiſſa. que ex mera gratia:
nõ ex opꝫ remittunt. dicit gloſa
[recipiatis] glo. id eſt vob cedat
Ille aũt ſm eandẽ glo. inuacuuꝫ
grãm dei recipit qui poſt acceptã
grãꝫ lři legalibꝫ ↄfidit: vel ſe i bo
nis operibꝫ non exercet. qḋ ſempꝫ
intellige de habentibꝫ tempꝰ ope
randi. quod dico ꝓpter infantes
qui baptiſantur. ⁊ ꝓpter adultos

qui in mortis articulo penitẽt vł
baptiſãtur. Sic igitur hortatur
nos ad bonum gratie vſum ⁊ ex-
ercitiũ bonorum operũ per ipſam
Deinde aſſignat iſtius vſus tem
pus oportunũ. Et ad hoc duo fa
cit. quia pmo ꝓphetiã ponit. Se
cundo poſitã exponit. ibi [ Ecce
nunc tempꝰ acceptabile ] cõtinu
ans igiť ſe dic̃. [ Hortamur vos ]
Et quia aliqs poſſet q̃rere. eſt ne
gratia quam ſup. recipimus. vel
quã recipere poſſumus. Respon
det certe ita. quia iã eſt tempꝰ gra
tie. ſcꝫ totum qđ currit ſub euan-
gelio. ⁊ ſpẽaliter iſtud quod ꝑcur
rimus in ieiunio. In hoc em̃ ha-
bemus oportunitatẽ ad impetrã
dum petita ⁊ ad opandũ merito
ria [ Ait ei. ] ſup. dñs ꝑ ꝓphetã lo
quens de toto tempe gr̃e. ⁊ ſpẽa-
liter de iſto tempe penitẽtie Eſa.
xlix. O homo ſup. [ tpe accepto ]
mihi. ſ. ad miſericordiã. ⁊ tibi ad
verã penitentiã [ exaudiui te ] ſcꝫ
a peccatis liberãdo. Et hoc tem
pus acceptũ eſt ſpẽalr tempꝰ iſtđ
penitẽtie. ⁊ generaliter totũ tem-
pus gratie. De quo ad Gala. iiij.
At vbi venit plenitudo tempoꝝ
⁊c̃. [ Et in die ſalutis ] qua ſcꝫ na
ta eſt mundo vera ſalus. id eſt ie-
ſus. vel in qua homo q̃libet p̄t ſa
lutem ſuã opari [ adiuui te ] ſcilꝫ
ad bona opera adiutricem grati-
am ꝯferendo. Pš. Adiutorium
noſtrũ in nomine dñi. Sic igitur
adiuui te. petita ꝯcedendo. Pe-
tis em̃ liberari a malo cum dicis
dominicã orõnem. ⁊ adiuui te gr̃
tiam ꝯferendo. ¶ Conſequẽ
ꝓphetiã poſitã exponit. ⁊ prĩo q̃n
tum ad oportunitatẽ recedẽdi a
malo. dicẽs [ Ecce nunc tempus
acceptabile ] q̃ſi diceret apľs. ita
dixit dominus tempe accepto ⁊c̃
[ Ecce nũc tempus acceptabile ]
de quo loquebať dñs ꝑ ꝓphetam
Nunc dico cum ſumus ſub euã-
gelio ⁊ nunc cũ ſumus in ieiunio
acceptabile etiã ſup. ad liberãdũ
a malis. glo. quo morbis ſpiritu-
alibus medicina ſalubris infun-
ditur Eccĩ. iiij. Conſerua tempꝰ
et deuita a malo. Scđo exponit
ꝓphiam q̃ꝫtum ad oportunitatez
ꝓficiendi in bono. dicens [ Ecce
nunc dies ſalutis ] ſcilꝫ ad profi-
endum in bono: adiutricem gra-
tam ꝯferendo. Idem per alia ver
ba dicit vt dicit gloſa. Quamuiſ
ſic diſtingui poſſint ille clauſule.
vt dictum eſt. Uel ſic diſtingue.
[ Ecce nũc tempus acceptabile ]
ſcꝫ ad merendum [ ecce nunc di-
es ſalutis ] ſcilꝫ ad premiuꝫ aſſe
quendum. quia ſm gloſam. ſta-
tim in obitu fidelibus ſalus da-
tur. non cras. non per annuꝫ dif
fertur. Et ſi arguas contra hoc.
ergo omnes fideles ſtatim cũ mo
riuntur euolant. dico ꝙ quantuꝫ
eſt ex parte temporis gratie in q̃
per chriſti paſſionez aperta eſt ia
nua: ſtatim euolant. ex ſtatu ta-
men ſpeciali pſõe frequenter im
pediť. Sic igitur hortatur nos a
poſtolus ad bonum vſum gratie

dicens. ne inuacuum gratiaȝ dei
recipiatis. ſic enim ipe fuit vſus
gratia. vt dicit. j. ad Corinth. xv.
Gratia dei in me vacua non fuit
Poſt hoc hortaꝛ nos apl's ad
ad ſuſcepte gr̃e oſtēſionē. cū dicit
nemini dātes ꝛc. Scdm eñ Ber
nardū: nō ſufficit homī ardere in
terius ad gr̃e ꝑfectū niſi ꝛ luceat
exterius ꝑ exemplū. Hortaꝛ eniȝ
nos ad iſtā oſtenſionē q̄druplici
ter. ſcȝ ſcandala euitādo. dicens.
nemini dātes ꝛc. Aduerſa ſuſtinē
do. ibi. Sȝ in oīnibꝫ ꝛc. bōa ope
ra faciēdo. ibi. in laboribꝫ. Et ad
omnes hoīes ſe bene habēdo. ibi
In ſuauitate. Primo ḡ hortatur
nos oſtēdere ſuſceptā gr̃am: ſcan-
dala declinādo dicēs. ſic ſe conti-
nuās. Hortamur vos dico ⌊ ne-
mini dātes vllā offenſionē ⌋. i. ne-
minē nec verbo nec facto nec exē-
plo ſcandaliſantes. ꝛ h̄ ⌊ vt nō vi
tupereꝛ miniſteriū nr̃m ⌋. i. offici-
um apl'atus noſtri. q̄d vtiq̄ȝ vitu
peraꝛ ꝭm glo. Ambro. ſi q̄d doce
remus verbo: nō exēplo exhibere
mus. Ergo videꝛ ꝭm iſtā gl'. ꝙ q̄
libȝ teneꝛ faceꝛ q̄d ꝑdicat faciēdū
dico ꝙ q̄libet teneꝛ facere q̄d ꝑdi
cat faciendū: ex debito: nō ex con-
ſilio. ꝛ ex debito cōmuni. nō ſpēa
li alicuiꝰ ſtatus vel ꝑſone. Uñ ſe
cularis q̄ ꝑdicat religiōis īgreſſū
nō teneꝛ ingredi. qꝛ hoc conſiliuȝ
eſt. nec qui predicat religioſis ab
dicationē ꝓpter hoc teneꝛ abdica-
re. quia hoc nō eſt debitum com
mune: ſed ſpēale ſtatus vel perſo
ne. Uel ſic exponiꝛ ꝛ meliꝰ ad ꝓ-
poſituȝ. ⌊ Hortamur inquā vos
di. nemini dātes vl. ꝛc. ⌋ id eſt vt
ſitis neminē offendentes ſeu ſcā-
daliſantes. ꝛ hoc ⌊ vt nō vitupere
tur ⌋ ſup. per vos ⌊ miniſteriū no
ſtrum ⌋ ſicut ꝓus. quod quidē vi
tuꝑaretur ſi quod nos verbo do-
ceremus per vos opere nō imple
retur. quia per hoc noſtra ꝑdica-
tio ꝯtēptibilis videreꝛ. ¶ Se
cundo hortaꝛ hoc idem aduerſa
ſuſtinēdo. quod fit per virtutē pa
tientie. cum dicit ⌊ Sed in omni
bus exhibeamꝰ noſmetipōs ꝛc. ⌋
Et vide ꝙ patientia debet eē ge-
neralis. ideo dicit ⌊ in omnibus ⌋
liberalis. idō addit ⌊ exhibeamꝰ ⌋
ꝑſonalis. ideo ſubdit ⌊ noſmetip
ſos ⌋ virtualis. ideo ſubiungit ⌊ ſi
cut dei miniſtros ⌋ totalis. idō an
nectit ⌊ in multa patiētia ⌋ ſpēalis
vel materialis. id eſt ad materiā
applicata. ideo ſubnectit ⌊ i tribu
latōnibꝫ ⌋ Dicit ergo ita. dixi ſup
ple. vt neminē offendamus. ſȝ in
omnibꝫ ſup. tribulationibꝫ. ſiue
a deo inflictis ſiue ab homine il-
latis ⌊ exhibeamꝰ ⌋. id eſt ſponte
et volūtarie offeramus ⌊ noſmet-
ipōs ⌋ ſcȝ perſonaliter ꝑſſuris ex-
ponendo. nō ī hoc alios nr̃os vi-
carios faciendo ⌊ ſicut dei mini-
ſtros ⌋ id eſt vere ꝛ realiter ſicut
veros ſeruitores dei. non ficte nᶜ
ſimulate ſicut ypocritas et ſerui-
tores diaboli. exhibeamus dico
⌊ in multa patientia ⌋ i. totali pa
tiētia, ſ. cordꝭ, orꝭ. ꝛ opiſ. Doctrīa

enim viri per patientiã noſcit̃. ꝓuerbioꝝ. xix. Et quoniã patiẽtia debet eſſe nõ verbalis: ſ realꝭ. non mathematica vel abſtracta: ſ materialꝭ. id eſt ad ſpẽalem materiã applicata. iõ apl's addit. [ i tribulationib ] vbi tangit materiã patientie. ⁊ h in gñali. cũ dicit. ĩ tribulatiõib. ⁊ in pticulari. cu additiĩ neceſſitatib. Et tangit ibi qntuplex genus tribulatõis. aut ex defectu boni. ⁊ ſic eſt neceſſitaſ aut ex illatiõe mali. ⁊ hoc vel ĩ anima. ⁊ ſic eſt anguſtia. vel in corpore. ⁊ ſic eſt plaga. aut in ↄpoſito. ſic ẽ carcer. aut ex tumultu populi. ſic eſt ſeditio. Dicit ergo [ in tribulationib. id eſt in mlt̃a patientia habita in tribulatiõib q̇buſcũq. quas explicat in ptic̃lari. dicẽs [ in neceſſitatib ] ſup. victus ⁊ veſtitus. j. Coꝝ. iiij. Uſq in hanc horã eſurim⁹ ⁊ ſitim⁹ ⁊c. [ in anguſtijs ] id eſt timore animi. eiuſdẽ. xj. Inſtãtia mea quottidiana ⁊c. [ in plagis ] id ẽ corpoꝝ verberib. ibidẽ. xj. A iudeiſ q̇nquies q̄dragenas ⁊c. [ In carcerib ] Actuũ. xvj. [ in ſeditionibus. i. ppl'i cõmotionib cõtra ſe. ſicut pat Actuũ. xvij. ⁊. xix. Sic igit̃ aplus q̇ ĩ om̃i ſufferẽtia iſtorum erat pfectiſſim⁹: hortatur ẽt nos ad multã patientiã. Dic̃ aũt gloſa. ꝙ cũ ſancti viri hec oĩa patiunt̃ mirũ videt̃ quibuſdã quomõ verũ ẽ quod dicit Math. xj. Uenite ad me om̃es qui laborat̃ ⁊c. Sequit̃. Iugũ em̃ meũ ſuaue eſt ⁊ onus meũ leue. Sed ſciẽdum ꝙ cũ grauia ⁊ aſpa ſuſtinẽt adeſt pfecto ſpũſſanctus q̇ in exterioris homĩs corruptiõe: interiorẽ homi nẽ r̃nouat. ⁊ guſtata ſpirituali requie: ſpe future fortitudinis: om̃ia aſpera releuat. ⁊ ſic ĩ tot duris leue eſt onus xpi. ⁊ req̇es eſt intus. ſpũ. ſ. om̃a mitigãte omnia em̃ ſeua ⁊ ĩmania: facilia et pe nulla facit amor. hec gloſa.

I Tertio hortat̃ nos ſuſceptã g̃ram oſtẽdere: bona opa faciẽdo Et tangit ſex ↄdiciones boni operarij. ſc q ſit oꝑoſus ↄtra ocioſos. ꝙ ſit ſollicitus ↄtra ſomnolentos. Sobrius ↄtra caſtrimargos. Mund⁹ ↄtra voluptuoſos Diſcretus ↄtra fatuos. Cõſtans ↄtra fugitiuos Hec diſtinguunt̃ ſic. Om̃e opus meritoriũ intendit tria. ſc facere bonum. fugere malũ. ⁊ expectare pmiũ. Ad facere bonũ duo req̇runt̃. ſc exercitatio corpis quã notat. dicẽs. in laborib. ⁊ exercitatio mẽtis ſiue executio quã notat: dicẽs. ĩ vigilijs Quãuis aũt om̃e malũ ſit fugiẽdum om̃i tempe: iſto tñ tpe fugiẽdum eſt ſpẽaliter duplex malum ſc gule. pter quod dic̃. in ieiũijs ⁊ luxurie. pter quod addit. in caſtitate. Ad expectatõem autẽ premij ſcientia dirigit. pter q dic̃. in ſcientia. ⁊ longanimitas pducit. ⁊ pter hoc ſubiungit. in longanimitate. Sic igitur oſtendamus ſuſceptam gratiã non ſolu aduerſa declinando: ſed et opera

meritoria faciendo. Uñ exhibea
mus nos [ in laboribꝫ ] ſup. ma-
nuũ. laborabãt eñ apl'i manuali
ter. ne quibꝫ p̃dicabant ḡues eſ-
ſent. dicit gloſa. Corinthij nanqꝫ
et alij erant in fide tenelli ⁊ p mo
dico reputabãt ſe grauatos. Itez
qꝛ apl'i erant edocti a ſpũſancto: iõ
nõ indigebant ſtudio: ſꝫ poterant
vacare labori manuali. nulla d̃ i-
ſtis cauſis ſubeſt mõ [ i vigilijs ]
ſcꝫ nocte laborando in officio ſibi
ꝯlegato act'. 20. Scd̃o dr̃ d̃ iſto a
poſtolo ꝙ ꝑtraxit ſermonem vſqꝫ
ad mediã noctẽ [ in ieiunijs ] ſcꝫ
ſpõtaneis. non coactis [ in caſti-
tate ] ſcilꝫ mentis ⁊ corpis [ i ſciẽ
tia ] ſcilꝫ ſcripturaꝝ. qꝛ acceptus
eſt regi miniſter ītelligẽs [ in lon
ganimitate ] ſup. expectatiõis p̃-
mij. Quarto hortat' nos ſuſce-
ptam gratiam oſtendere: ad om
nes nos bene habẽdo. ⁊ hortatur
quẽlibet ſe bene hr̃e ad oĩes q̃ꝫ-
tum ad q̃druplicẽ actũ. ſ. actum
conuerſatiõis dulciter ſe gerẽdo.
Propter hoc dicit [ in ſuauitate ]
Cordis fideliter diligẽdo. ꝑpter
quod dicit [ in caritate ] oris vera
citer inſtruẽdo. ꝑpter hoc dicit [ i
verbo ] operis vtiliter agẽdo. pro-
pter quod dic̃ [ in virtute di ]. Di
cit ergo ſic ſe continuãs: exhibea-
mus nos ẽt [ in ſuauitate ] ſupple
affabilitatis ⁊ ſocietatis. ſuauita
te dico habita [ i ſpiritu ſancto ] ñ
ſic illi q̃ p dulces ſermones ſedu-
cunt corda innocentiuꝫ. Ad Ro-
manos. xvj. Et de viro ſctõ Ec-
cleſiaſtic̃. xlv. dicitur. ꝙ in fide et
lenitate ipſius ſanctũ fecit illum.
⁊c̃. [ in caritate ] nõ ficta. id ẽ nõ
fragili vel ſimulata. ſicut pſeudo
apoſtoli vt decipiant: ſimulãt ca-
ritatem. j. Johã. iij. Non diliga-
mus verbo neqꝫ lingua: ſꝫ opere
et veritate. Ficta aũt caritas ſm
gloſam eſt in his qui in neceſſita
te ſupp. extrema fratres deſerunt
cũ eos iuuare poſſent. [ In verbo
veritatis ] ſcꝫ p̃dicando ⁊ loquẽ-
do ⁊ veritatẽ annũciando. Eccl̃i.
xxxvij. Ante oĩa opa verbum ve-
rax p̃cedat te. [ In v̉tute di ] ſupp.
non in vobis. ſed in deo ꝯfidẽdo
ſm glo. Sap. iij. Qui confidunt
in illum: intelligent veritatẽ. vel
[ in virtute dei ] ſcꝫ ſi in vobis ali
quod bonũ eſt: nõ vobis ſed deo
attribuẽdo. Quid eñ habes qđ
non accepiſti. j. Coꝝ. iiij. Uel [ in
virtute dei ]. i. miracula non ad
iactantiã ſed ad vtilitatẽ alioꝝ fa
ciendo ſm gloſam. Uel [ in vir-
tute dei ]. i. in diuinis opibꝫ. ſcilꝫ
iuſticie ⁊ pietat' ad vtilitatẽ alio
rum faciendis nos exercendo. j.
Pet'. iiij. Si quis admĩſtrat tan
q̃ꝫ ex v̉tute quã admĩſtrat de' ⁊c̃.

k Sequitur tertia pars epi
ſtole principalis. In qua hortat'
nos apoſtolus ad ſuſcepte gratie
conſeruationẽ cũ dicit [ per arma
iuſticie ⁊c̃. ] Monet ergo ꝯſerua
re iuſticiã dupl'r. ſcꝫ tenendo dei
iuſticiam ⁊ ſperneudo hominuꝫ
differentiã ibi. [ p gloriã ] Dicit ḡ
continuando ſe. Exhibeam' nos

[p arma iuſticie ].i.p iuſticiã que
more armoꝝ ꝓtegit.ad Eph.v.
Induti loricã iuſticie. Arma di-
co ꝓtegentia a dextris ſup.ꝓſperi
tatꝫ. ne inflemur per ſuperbiam.
ꝛ a ſiniſtris.ſ.aduerſitatꝫ:ne fran
gamur p impatientiã. Sic acci-
pit dextra ꝛ ſiniſtra in ps. cũ dr.
Cadẽt a latere tuo mille:ꝛ.x.mi-
lia a dex t. Subdit aũt [p gl'iam
ꝛ ignobilitatẽ ] Ubi poſtq̃ mo-
nuit conſeruare grãz dei. iuſticiã
tenendo.monet h hoĩm differen-
tiã ſpernendo. Monet ãt ſperne-
re ſiue hoĩes de nobis loquãtur
verbo dicens [ p gloriaz ] ſiue de
nobis opinent de aĩo.ibi [ vt ſe-
ductores ] Primo igit monet vt
non curem⁹ de verbis hoĩm ſiue
dicãt nos glorioſos ꝛ laudabiles
ſiue ignominioſos ꝛ vitupabiles
ſiue dicant talia p q̃ nob ſurgat
bona fama vel infamia. Uñ nec
primũ debemus appetere.nec ſe-
cundũ timere.nec de pmo nimis
gaudere.nec de ſcdo nimis dole-
re. ꝛ h eſt qd dicit ſic ſe ꝯtinuans
[ Exhibeamus nos ſicut dei mi-
niſtros ] ꝛ h per gloriã .ſ. homi-
nũ non appetendã. [ ꝛ ignobilita-
tem ].ſ.non formidandã.i.nõ cu
rem⁹ ſiue dicamur ab hominib⁹
gl'ioſi ſiue ignominioſi. ij.ad Co
rinth.x. Qui gloriat in dño gl'et.
nõ ſup.in hoĩm laude. vt ei apl's
alibi dicit. Gl'a nr̃a hec eſt: teſti-
moniũ ꝯſcie nr̃e. Sequit q̃tum
ad idem [ p infamiã ꝛ bonam fa-
mam ] vt ſup. de infamia nõ do-
leam⁹. nec de bona fama ſupbiã⁹

ſolũ iuſticiam teneamus. Per ar
ma dixi iuſticie ꝛc. quia verba ho
minũ nõ ſunt curanda. Non enĩ
eſt curandũ dixit quidã quid de
nobis dicãt homines dum nõ re
cedamus a tramite veritatis. iu
ſti em̃ viri ſunt alijs odor vite in
vitam. alijs odor mortis in mor
tem. qui tñ ſemp ſunt chriſti bo-
nus odor. ij. ad Corith. ij. Debe-
mus etiã homines ſpernere quic
quid de nobis opinent anĩo. ꝛ h
eſt quod ſubdit [ vt ſeductores ]
ꝛc. Ubi notandũ ꝙ mũdani ho-
mines opinant viros iuſtos ali-
quãdo pati defectũ boni ſpũalis.
aliqñ boni eternalis. aliqñ boni
corporalis. aliqñ boni ſenſualis.
aliqñ boni tempalis. de qua tam̃
opĩone nõ dbent curare iuſti ho-
mines. qr iſti defectus nõ ſunt in
eis niſi reputatiue. qd notat in ſe-
quẽti littera. per ly vt ꝛ p ly. q̃ſi ꝛ
p li ſic. ꝛ p ly tãq̃. ſꝫ ſm glo. ẽ in
eis ſimpl'r vitas oppoſita iſtis de
fectib⁹. Propter pmũ defectũ ita
ſe ꝯtinuãs dic exhibeamus inq̃
nos: nos dico reputati a mltꝫ hoĩ
b⁹ [ vt ſeductores ].ſ. p fictã vitã:
p falſã iuſticiã. ꝛ pverſã doctrinã
opinãt ei ĩ nob dficere ſpũale bo-
nũ qd ẽ vitas vite. iuſticie ꝛ doctri
ne. ꝛ tñ ñ ita ẽ. ſꝫ ĩ nob ẽ oppoſitũ.
vñ addit [ ꝛ veraces ].i. ſum⁹ coraꝫ
deo hñtes hãc triplicẽ veritatẽ. ſu-
mus ergo ſeductores reputati-
ue ſolum. quod innuit in littera
vt. ſimpliciter aũt ſumus veraces.
et idcirco de falſa eſtimatõe non
dẽm⁹ dolere. Propter ſcdꝫ defectũ

addit ſicut ignoti.i.exhibeamus
nos. Nos dico reputati a multis
ſicut ignoti ⁊ ſicut a deo p̄ſciti ⁊
reprobati. Opinanť em̄ in nobis
deficere bonū eternale. qđ eſt di/
uina predeſtinatio. ⁊ tn̄ ſm veri
tatem non eſt ita. vndc addit [ ⁊
cogniti ].i.a deo ſumus electi ⁊ p̄
deſtinati. de quo bona opera nos
certos faciunt. 2. Pet. j. Satagi/
te vt per bona opa veſtra certam
faciatis electionem ⁊ vocationeꝫ
vrāꝫ. Sumꝰ ergo reputati ignoti
a deo.i.nō eſſe in noticia dei ap/
batiua ꝙ innuit lr̄a ſicut ſed nos
ſumus a deo cogniti.i.electi ⁊ ap
probati. Idcirco de falſa reputa/
tione curare nō debemus. ⁊
Propter tertiū defectum ſubdit
[ quaſi morientes ⁊ ecce viuimꝰ
vt caſtigati ⁊ nō mortificati. ] In
primitiua nāqꝫ eccleſia apoſtoli
⁊ alij fideles ſic diuerſis afficiebā
tur penis ꝙ q̄ſi om̄i die putabāť
debere mori. Sic verberibꝫ affli/
gebanť ꝙ om̄i die putabanť debe
re deſiſtere a doctrina. ſed deo di/
ſponente multi ex ip̄is longā ha/
buerūt vitam. ⁊ quāto plꝰ flagel/
labanť tanto promptiores erant
ad doctrinā. qđ quideꝫ egit diui
na ꝓuidentia ꝑpter eccl'ie ꝑfectuꝫ
⁊ dilatationē. ⁊ hoc eſt quod dic̄
Exhibeamꝰ ſup. nos dico repu/
tati [ quaſi morientes ] ſcꝫ morte
corꝑali. [ ⁊ ecce viuimꝰ ] deo ī no
bis vitā corꝑalē ꝯſeruante. Su/
mus ⁊ reputati [ vt caſtigati ] ſcꝫ
flagellis: verberibꝫ: ⁊ preſſuris,

vt a doctrina ceſſaremꝰ. ⁊ tn̄ non
ſumus ſup. [ mortificati ].i. non
ſumus ꝑpter verbera facti debi/
les: nec a predicatione cohercitī.
Gloſa etiā exponit iſta de mor/
te ſpirituali. [ quaſi morientes ]
ſup. ſp̄ualiter.i.de peccato in pec
catum ruentes. ita dico a q̇buſdā
reputamur [ ⁊ tn̄ ecce viuimus ]
ſup. coram deo qui in nobis con/
tinuat ſp̄ualem vitam. Magis
vero eſt ad propoſitū expoſitio p̄/
ma. Reputabant em̄ eos hoīes
pati defectū corporalem. qui eſt
mors et mēbroꝝ infirmitas. ⁊ tn̄
ip̄i per tormenta ⁊ verbera valen
tiores reddebanť. Propter quar/
tū defectū ſubdit [ quaſi triſtes ]
id eſt exhibeamus nos. nos dico
reputati a multis. [ quaſi triſteſ ]
ſup. de tribulatiōibꝫ quas ꝑ xp̄o
patimur. Putant em̄ in nobis
deficere bonum ſp̄uale. quod eſt
gaudium. Sunt nāqꝫ triſticia et
gaudium paſſiones appetitꝰ ſen/
ſitiui. Sed nō eſt ita. imo ſm ve
ritatem ſumꝰ ſemper gaudentes
Unde ait [ ſemper āt gaudētes ]
Actuū. v. dr̄ ꝙ ibant apl'i gaudē/
tes a ꝯſpectu concilij. Sumꝰ igi
tur reputatiue triſtes. ſed ſm ve
ritatē ſumꝰ ſemꝑ gaudentes. tri/
bulatiōes em̄ in nobis non triſti
ciam: ſed gaudiū oꝑantur. Pro/
pter q̇ntum defectū ſubdit [ ſicut
egentes ⁊c. ] id eſt exhibeamꝰ nos
nos dico reputati ſic̄ egētes.ſ. bo
nis tꝑalibꝫ quibꝫ ad ſuſtētatiōeꝫ
corporū vtamur. Sed nō eſt ita.

ĩmo ſumus mľtos locupletãtes
[multos aũt] ait [locupletantes
id eſt noſtris orationibꝫ mľtis tẽ
porales diuitiaſ impetrantes. vľ
ſic ſumꝰ reputati [ſicut egẽtes]
ſup. bonis tempalibꝫ ⁊ ſpũalibꝫ.
et tamẽ ſumꝰ [locupletãtes mul
tos] ſup. ſpũalibꝫ bonis. Erant
eñ homines diuites in virtute.
Ecci. xliiij. Vñ Sibilla dixit de
ipis. in pauptate diuitias ſemĩa
bant. Sumus ⁊ reputati [tanq̃
nihil habentes] ſup. boni tempa
lis vel ſpũalis. [⁊] tñ ſumꝰ [om-
nia poſſidẽtes] id eſt poſt omnia
ſedẽtes. Omĩa eñ terrena ſpne-
bant. ⁊ ad ſupna aſpirabant Vñ
apľus ad Phil. iij. Poſteriora
oblitus ad ãteriora me extendo.
Vel poſſidẽtes ad lrãm. Nõ eñ
ſolum habebãt res quibꝫ vteren
tur ad victũ: ſed etiã habebãt poſ
ſeſſionẽ rerũ ⁊ domoꝝ ⁊ dñiũ ea
rum. Vñ glo. Hec fuit apľorum
glĩa nihil terrenũ habere. ſine ſol
licitudine eſſe. ⁊ tñ tam res q̃ do
minos eaꝝ poſſidere. qꝛ ſic ĩ acti
bꝫ legit̃. omĩa mittebãt ad pedes
apľorum. Glo. dicit. ꝙ in defecti
bꝫ qui falſe imponebant̃ apoſtoľ
ponit̃ vľ vt vľ q̃ſi vel tãq̃. qꝛ erãt
quedam fictões. ⁊ ſicut quedam
ſomnia. Cõſueuerũt eñ ſomniã-
tes quãdo ex ſomno excitati ſũt:
dicere. equitabam q̃ſi. vľ comede
bam. ⁊ nõ dicũt ſimpľr. equitabã
vľ comedebã. qꝛ trãſierũt ⁊ nihil
fuit in eis veritatiſ. Dicit de illľ q̃ fal
ſe eſtimabãt homĩes de apľis di

cit̃ vel quaſi vel tanq̃. cum tñ cõ
traria eoꝝ tanq̃ certa ⁊ vera ſim
pliciter ponant̃. vñ vt ſeductores
et veraces. ⁊ ſic de alijs. M

Notandũ etiã ꝙ gloſa oĩa iſta
exponit de diuerſis opionibꝫ q̃s
homines de apľis habuerũt. Qui
dam eñ opinabant̃ eos ſeducto
res. a dõ reprobatoſ. morĩẽtes cor
poraliter ⁊ ſpũalr̃. triſtes ⁊ eĩmi-
no nihil habẽtes. nec tempale nꝫ
ſpũale. ⁊ iſti habebãt vt ſic̃ ⁊ qua
ſi ⁊ tanq̃. quia ſomniabãt ⁊ ſicut
in ſomno hec videbãt. Alij autẽ
opinabant̃ eos veraces a deo ele
ctos. ⁊ illi habebãt nõ q̃ſi. nec ſic̃.
ſed ſimplr̃. qꝛ in veritate erant.
Notandũ vlterius ꝙ iuſti viri ſi
cut erant apľi nõ curant de hoĩm
opionibꝫ. ſiue eſtimet̃ de ipis bo
na ſiue mala. nõ eñ curant de fa-
ma vel infamia. nec gaudẽt de e-
ſtimatõe bona. nec dolent de ma
la. Et ſi dicas ꝙ viri iuſti debẽt
curare de bona fama. qꝛ ſm Jero
nymũ. crudelis eſt q̃ famã ſuã ne
gligit. ⁊ ſm apľm. Oportet ſcõs
viros teſtimoniũ hr̃e ab his q̃
ſunt foris. nõ eñ credit̃ doctrine
infamis hoĩs. Dicendũ ꝙ debẽt
velle habere bonã famã nõ ꝓpter
ſe: ſed ꝓpter alios. nõ ꝓpter iactan-
tiã vel vanã glĩam. ſed ſolũ ꝓpter
vtilitatẽ alioꝝ. ⁊ ſi ñ poſſit hr̃e bo
nã famã ĩpediente malicia homi
nũ: dolere nõ debent. ſufficit enĩ
eis coram deo teſtimoniũ conſciẽ
tie ſue. Sic igitur apľus hortat̃
nos conſeruare ſuſceptã gratiã

duplr ſic apparuit. ſcꝫ tenēdo dei
iuſticiā. ⁊ ſpnendo hoīm differē-
tiā. qui diuerſimode loquuntur
et opinanť de nobis. ſicut ⁊ de a-
poſtolis faciebāt. Patet ꝯcor-
dantia inter epl'am ⁊ euāgelium
hodiernū. quod incipit. Ductus
eſt Jeſus in deſertum. ⁊ ſcribitur
Math. iiij. Jn epl'a nanqꝫ monꝫ
nos aplus vt ieiunemus. Jn ieiu
nijs inquit. de quibꝰ quidē ieiunijs
exemplū habemꝰ in ſaluatore no
ſtro q ieiunauit q̄draginta diebꝰ
⁊ q̄draginta noctibꝰ. ſicut euāge-
liū refert. Hortať etiā nos apl's
in p̄ſenti epl'a vt habeamꝰ ſuaui-
tatē: que eſt a ſpū ſancto. qui ē bo
nꝰ ⁊ ſua. ī no. Sap. xij. Jn ſuaui-
tate inquit apl's. in ſpū ſancto. de
iſto aūt ſpū ſancto dulci et ſuaui
dicit euangeliū ꝙ duxit in deſtū
Jeſum. ⁊ certe idem ſpūs in deſ-
tū pnīc fidelē quēlibꝫ ſuaviť du-
cit. Hortať etiā nos aplus vt in-
duamur arma iuſticie. ꝑ arma in
quit iuſticie. quibꝰ armis hoſtis
noſter ꝑſterniť. qui ī euāgelio vo-
cať diabolꝰ ⁊ ſathanas. ⁊ quē cri
ſtus vicit gl'ioſe. ſic euāgeliū dicit
Cuiꝰ etiā tēptationes nos poſſu
mus vīcere ſi fuerimꝰ muniti iu-
ſticie armatura. Hortať inſuper
nos vltimo: vt exhibeamus nos
ſicut dei miniſtros. Miſtri autē
dei figuranť ꝑ illos angelos. de q̇
bus diciť in fine euāgelij: ꝙ ange
li acceſſeꝛt ⁊ miſtrabāt xp̄o. Nos
igiť chariſſimi miſtremꝰ xp̄o fide
liter. Sic eīm dꝛ. ij. Pe. j. abūdā-
ter miſtrabiť vob introitus ī eter
nū regnū dn̄i nr̄i ⁊ ſaluatoꝝ Je-
ſu xp̄i. Quē introitū nob ꝯcedat
Jeſus chriſtus. Amen.

Feria ſecunda poſt inuo. ¶

HEc dicit do
minus. Ecce ego ipē req̄-
ram ⁊c. Ezech. xxxiiij. c.
Juxta ꝑabolā ſaluatoꝝ de oue ꝑ-
dita ⁊ paſtore ipam reqrente quē
ſcripta eſt Luce. xv. genus hūa-
nū eſt ouis cētēſima a pio paſtore
recedēs ac per hoc ꝑdita. que reli
cto deſerto amenīſſimoꝝ paſcuis
vberrimis ꝑdiſi terreſtrꝭ: ſeceſſit
in deſertū huiꝰ ſeculi aridū ⁊ ſte-
rile. vbi erat expoſita faucibꝰ lupi
Sꝫ piꝰ paſtoꝛ. ſ. dei filiꝰ relictꝭ no
nagintanouē ouibꝰ. i. nouē ange-
loꝝ ordinibꝰ in deſerto. i. in celo
empyreo. qđ iō deſertū dꝛ. qꝛ fuit
a malis ſpiritibꝰ derelictū. venit
in deſertū huiꝰ mūdi q̄rere ouē ꝑ
ditam donec ipam īuenit. Ut aūt
ouis vocē huius ītelligere poſſet
paſtoris induit ſe paſtoꝛ ille pel
le ouis: humanitatē ipam aſſumē
do. Et qm̄ ouis illa ꝓpter deoꝛdi
nationē gule fuit expulſa de ꝑadi
ſo a paſcuis vberrimis. idcirco n̄
pōt niſi ꝑ oꝛdinatā abſtinētiā ad
eadem redire. ꝓpter qđ ſcā mater
eccleſia poſtq̄ꝫ reduxit ad memo
riā fideliū aduentū huiꝰ paſtoꝝ
in deſertū hꝰ ſcl'i ⁊ igreſſū eiuſdē
in quoddaꝫ deſertū aliud coꝛpa
le in q̄ cōpleuit ꝑfectiſſime ieiuni

um q̄dragesimale in hoc innuēs
hominibꝫ ꝙ. nullꝰ pōt redire ad
ſupiora paſcua ad deſertū ſcꝫ fer
tile ⁊ amenū celeſtꝭ glorie niſi de
ſerens deſertū ſterile mundane i
ſolentie intret deſertū pnie: ibiq̃ꝫ
faciat q̄dragesimā in abſtinētia.
Et certe in his omnibꝫ apparꝫ ſū
ma bonitas ſupni paſtoris. Un-
de hodierna die que ſm morem
antiquū eccl'ie eſt pma inter ieiu
nabiles ꝓponit nobis ipa eccl'ia
tam in epl'a q̃ꝫ in euāgelio bōita-
tem huiꝰ paſtoris dicēte eodē in
in illa epl'a. Ecce ego requiram o
ues meas ⁊c. ⁊ dicēte eodē in euā
gelio ꝙ ipe in die iudicij ſepabit
electos a reprobis ſicut paſtor ſe
gregat oues ab hedis. Ad euidē-
tiā aūt huius epl'e duo ſūt pmit-
tenda. Primū ꝙ ipe ſacerdos e-
zech. filius buſi fuit ductꝰ capti-
uus in babylonē in pma tranſmi-
gratiōe. que fuit ſub Joachim re
ge iuda. de q̄ habeť. iiij. Reg. 24.
hic aūt ꝓphetauit in chaldea Je-
remia ꝓphetante in iudea. q. ſ. ie-
remias pus tempe ꝓphare icepit
hic vero Ezechiel (ſicut dic̄ iero
nymꝰ) exorſus eſt ꝓphare anno
etatis ſue triceſimo. ⁊ trāſmigra-
tionis quinto. Uidit autē noueꝫ
viſiones ab anno q̇nto vſq̃ꝫ ad vi
ceſimūq̇ntū. ſicut apparet in libro
ſuo. ⁊ in octaua (ꝯtra paſtores iſ
rael quoꝝ peccata fuerūt cā diſꝑ
ſionis populi) vidit illa q̄ ꝯtinet
pn̄s ꝓphetia. ¶ Secūdū ē ꝙ p̄
ſens ꝓphetia quinq̃ꝫ modis a di

uerſis exponitur. Primo enim
dicūt quidam iudei. ⁊ bene. hāc
ꝓphetiam fuiſſe cōpletam ſub cy
ro ⁊ dario regibꝫ perſaꝝ. Tūc em̄
deus ſicut pius paſtor oues ſuaſ
ſcꝫ filios iuda ⁊ benyamin capti
uos in babylone req̇ſiuit. viſita-
uit. liberauit. ⁊ eduxit ſcꝫ de chal
dea. ꝯgregauit ſcꝫ in iudea. indu
xit ad paſcua vberrima ſuꝑ mon
tes iſrael. ibiq̃ꝫ fecit eos requieſce
re. pauitq̃ꝫ eos ⁊ requieſcere fecit
vſq̃ꝫ ad tempora regni grecoꝝ. vl'
potius vſq̃ꝫ ad tꝑa romanoꝝ. qn̄
fuerīt total'r inde expulſi. Nec ob
ſtat huic expoſitiōi illud qđ īfra
eodē capl'o dicit deus. Seruꝰ me
us Dauid erit pnceps in medio
eoꝝ. Nō em̄ intendebat deꝰ dice-
re ꝙ ille dauid quondā rex iā du
dum mortuꝰ deberꝫ reſurgere ⁊
imperare eis. ſed loquebať de ali
q̄ nobili pncipe. puta Zorobabel
vel ieſu ſūmo ſacerdote vel iuda
machabeo ꝑ dauid figurato. Se
cūdo q̇dā iudei delirātes dicunt
hāc ꝓphetiā nō dū eſſe ꝯpletā. ſꝫ
fore implēdā ſub ſuo meſſia quē
adhuc expectant. Dicūt em̄ ꝙ tūc
deus ſicut pius paſtor oues ſuaſ
ſcꝫ omnes filios iſrael vbicunq̃ꝫ
diſperſi fuerint ſiue ꝑ aſſyrios ſi-
ue per grecos ſiue ꝑ romanos re
quiret. viſitabit. liberabit. educꝫ
⁊c. ſic̄ pꝰ. ⁊ reducet ad lr̄aꝫ ad pa
ſcua pinguia terre iſrael. vbi req̇
eſcent perpetue ſub meſſya. ꝺ quo
intelligunt illud qđ ſequiť. ſeruꝰ
meꝰ dđ pnceps eoꝝ erit. Iſta vo

ſūt ficticia. tum q2 meſſias iā dudum venit. tū q2 filij iſrl' nūq̄ʒ ad iſtā terrā ad lr̄aʒ reducerꝫ. Tertio doctores catholici dicūt hāc prophetiā fuiſſe cōpletā ſub xp̄o dn̄o nr̄o in eius ꝑmo aduētu. Tūc em̄ deꝰ trinitas oues ſuas .i. oēs electos de hūano genere ꝑ xp̄m hominē reqſiuit ꝑditos. viſitauit egroroſ. liberauit oppreſſos. eduxit detētos. ꝯgregauit diſperſos. induxit excluſos. reqeſcere fecit laſſatos. ꝛ pauit fa͞elicos. Hec omnia fuerūt i ꝑmo aduētu ieſu xp̄i. ſicut poſtmodū diffuſius expōetur de quo genito ex ſtirpe dauid etiā ad lr̄am ꝓpriiſſime intelligitꝫ verbū ſequēs. Seruꝰ meꝰ dauid. Quarto etiā doctores catholici dicunt: ꝛ bene hāc ꝓphetiā etiā fore complendā iuxta finē ſeculi poſt mortē antixp̄i ꝛ ſuſcitatōem Helye ꝛ enoch. Tūc em̄ deus ipe ſic pius paſtor oues ſuas .i. reliqas. iſrahel reqret. viſitabit liberabit. educet. ſup. ď ſeruitute in libtatē et ꝯgregabit ſup. cū plenitudine gentiū in vnā caulā eccleſie. ꝛ inducet ſup. in ſalutē. Cū em̄ intrauerit plenitudo gentiū: tūc reliqe iſrael ſalue fient. dic apl's ad Roma. xj. Tūcq3 paſcerꝫ i paſcuis vbrimis eccleſie. ꝛ reqeſcēt ſup. a labore ſeruitutis ſub regimie chriſti ꝛ vicarij eius. ſcilʒ romani pōtificis. de quorum quolibet intelligitꝫ verbum ſequens. Seruꝰ meus dauid ꝛc. Adhuc q̄nto quidā doctores catholici dicunt illaʒ ꝓphetiā fore complendā in vltimo aduentu chriſti quando ſegregabit deus electos a reprobis. ſicut ſegregat paſtor oues ab hedis. vt dicit euangeliū hodiernū. tūc em̄ deus trinitas oues ſuas. id ē omnes electos de hūano genere per chriſtum hoiem qui ꝑſidebit i iudicio ꝛ i forma homis iudicabit reqret viſitabit ꝛc. vt ꝑus. q̄ omnia poſtmodū diffuſius exponemus. Nō tribꝫ opīonibꝫ vel expoſitionibꝫ dimiſſis. ſcʒ ꝑma ſecunda ꝛ quarta ¶ Juxta tertiā ꝛ quintā ad litterā accedamꝰ Et ſciendū ꝙ deus per ꝓphetam bonitatē ſuaʒ explicans breuiter duo facit. Primo em̄ ſigna bonitatis ſue ꝑticulatim exꝑmit. Secundo eadeʒ ſummatim colligit ibi. [quod ꝑierat] Circa ꝑmum iuxta tertiā expoſitōem ſcienduʒ. ꝙ humanū genus ꝓpter pctm̄ ꝑmi parētis fuit ouis a paſtore ſeiuncta. multipliciter infirma. duriſſime oppreſſa. in carcere detēta periculoſe errabūda. a loco ſecuritatis expulſa. multiſ laboribꝫ fatigata. ꝛ ꝓpter defectū ſalutaris cibi famelica ꝛ egena. Sed piꝰ paſtor ſcilcet dei filius veſte humanitatis indutus requiſiuit ſeiunctam. viſitauit egrotaʒ. liberauit oppreſſam. eduxit detentam. congregauit errabundā. induxit expulſam. pauit famelicā. requieſcere fecit laſſatam. Requiſiuit aūt exterius predicando ꝛ docendo. et interius ad cor loquendo. Ui-

ſitauit vero infirmos ſanando et
miracula faciendo. liberauit qui
dem demones ab obſeſſis expel-
lendo ⁊ ſacramenta inſtituendo.
eduxit etiã ſcilꝫ de peccati carcere
paſſiōeꝫ ſuſtinēdo. ⁊ ꝯgregauit. ſ.
ad vnū ouile eccleſie gētiles ⁊ iu-
deos colligendo. induxit nihilo-
minꝰ ĩ locū glie. ſup. ⁊ hoc ſm fir
mã ſpē reſurgēdo ⁊ aſcēdēdo. ſed
requieſcere fecit ſpūs ſancti cha-
riſmata mittēdo. Inſup ⁊ vltio
pauit aplos ad p̄dicandū deſti-
nando. Ipi em̄ om̄es oues xp̄i ci
bo doctrine refecerūt. Iſta octo ſi
gna bonitatis ſūmi paſtoris tan-
gunt̃ ĩ illa lr̃a ſeriatim. ¶ Propter
primū dicit [ Hec dicit dñs de-
us ] ſcꝫ p̄mus ⁊ ſummus paſtor
cuiꝰ paſcue oues ſūt ſpēaliter om
nes electi [ ecce ego ip̄e requiraꝫ ]
ſup. per xp̄um hominē [ oues me
as ] per peccatū p̄mū ſup. a me ſe
paratas reqrendo. per ip̄m docen
tem ⁊ p̄dicantē ⁊ inter homines
conuerſantem et interiꝰ ad cor lo
quentē. Hic em̄ eſt iſte paſtor de
quo dicit̃ Luce. xv. vt dictū eſt ſu
pra. qui q̄ſiuit ouē ꝑditaꝫ donec
ip̄aꝫ inuenit. ¶ Propter ſcd̄m ad-
dit̃ [ ⁊ viſitabo eas ] ſup. per pec
catuꝫ culpabiliter ⁊ penal̃r egro-
tas [ viſitabo ] dico ꝑ xp̄um me-
dicū infirmos ſanātē nō ſolū cor-
poraliter ſed etiã ſpūal̃r. ⁊ mira-
cula facientē. Ip̄e em̄ eſt ille de q̄
Luce p̄mo ca. viſitauit nos ori-
ens ex alto. Ita inquã [ viſitabo ſi
cut paſtor viſitat gregē ſuū ] ſup.
infirmū ⁊ morbidū [ in die quan
do fuerit in medio ouiū ſuaꝝ diſ
ſipataꝝ ] id eſt morbidarū ⁊ a ſa
lute longinquaꝝ. ¶ Propter terti-
um [ et libabo eas ] ſup. ꝓpter pec
catū p̄mū a diabolo oppreſſos du
riſſime. Liberabo quidē per xp̄m
demones ab obſeſſis expellenteꝫ
et ſacramēta inſtituentē. ꝑ que de
mones fugant̃. Ip̄e em̄ eſt ille de
quo dic̃ ꝓph̄a ĩ ps̄. Liberator me-
us de inimicis meis iracūdis. et
cui dicit ſapiēs Ecc̄i. vlti. Libe-
raſti me ſm multitudinē miſeri-
cordie noīs tui a rugiētibꝫ p̄ꝑatꝭ
ad eſcã. Ita dico [ Liberabo eos
de cunctis locis ] id eſt erroribus
⁊ ſectis [ in quibꝫ diſpſe fuerãt in
die nubis ⁊ caliginis ] id eſt tꝑe
legis nature ⁊ legis moyſi. q̄ pro
tanto dicunt̃ dies nubis ⁊ caligi
nis. quia tunc non clare apparuit
ſol ĩtelligētie. nec noticia ſalubrꝭ
veritatis. In cuius ſignuꝫ dicit̃.
ꝙ moyſes acceſſit ad caliginem. ⁊
ꝙ ĩgreſſus eſt mediū nebule Exo
di. xxiiij. ¶ Propter quartuꝫ dicit̃
[ ⁊ educam eas. ſupple. in pecca-
ti carcere detentas [ de populis ]
ſup. pctōribꝫ. ⁊ in peccati luto re-
manētibꝫ. Educam quidē ꝑ chri
ſtum ſanguinē effundentē ⁊ paſſi
onē ſuſtinentē. Ip̄e em̄ eſt ille de
quo dicit ꝓph̄a in ps̄. Eduxit me
de lacu miſerie ⁊ de luto fecꝭ ⁊c.
Et Zacharie. ix. Tu quoqꝫ ĩ ſan
guine teſtamenti tui eduxiſti vin
ctos tuos de lacu. ¶ Propt̃
quintū ſubiungit̃ [ et ꝯgregabo

eas de terris ] ꝯgregabo quidem
errabundas ⁊ diſpſas per xp̄um
iudeos ⁊ gentiles in vnū ouile ec
cleſie colligentē. qui morabantur
in diuerſis regionibꝫ ⁊ ritus va-
rios ſeq̄bant̄. De xp̄o em̄ dr̄ Joh
xj. ꝙ idcirco mori voluit vt filios
dei qui diſpſi erant ꝯgregaret in
vnū. hoc em̄ in pš. ꝓpħa petiue-
rat dicens. Cōgrega nos dn̄e de
nationibꝫ: vt ꝯfiteamur noī ſan-
cto tuo: ⁊ gloriemur in laude tua
Propter ſextū infert̄ [ et inducā
eas ] ſup. excluſas a patria ⁊ a ſa-
luberrimis paſcuis [ in terrā ſu-
am ] id eſt triumphantē eccl'iam.
Inducā dico nūc in p̄ſenti ꝑ gra
tiā firma ſpe licet nō re. ⁊ hoc per
xp̄m reſurgentē ⁊ aſcendentē. Di
cit em̄ Aug⁹. in quodā ſermone.
ꝙ reſurrectio dn̄i ſpes nr̄a eſt. ſꝫ
aſcēſio dn̄i glificatio noſtra eſt. ḡ
[ inducam in terrā ſuā ] id eſt cele
ſtem patriā que ſolum eſt terra e
lectoꝝ. Ibi em̄ ⁊ nō alibi eſt here
ditas ipoꝝ. De illa terra dic̄ vir
iuſtus in pš. Credo videre bōa
dn̄i in terra viuentium. Et alibi
Portio mea ſit in terra viuentiū
Chriſto nāqꝫ dr̄ Exo. xv. Intro-
duces eos in monteꝫ hereditatis
tue. Propter ſeptimū ⁊ octauuꝫ
ſil' ſubinfert̄ [ ⁊ paſcā eas ī mōtibꝫ
iſrael ⁊c̄. ] Ubi ſciendū ꝙ paſcua
electoꝝ in p̄ſenti vita ſunt docu-
menta ſcripture. ſacr̄m euchari-
ſtie. inſpiratiōes diuine. ⁊ ꝯſola-
tiones interne. ⁊ hec nuſq̄ꝫ ſūt ni
ſi in terra iſrael. id eſt ſancta eccle
ſia. que terra iſrl'. id eſt vidēs de
um ꝯgrue appellat̄. Iſta autē pa-
ſcua dicunt̄ hic eſſe in montibus
excelſis ꝓpter ſublimitatē. ſūt em̄
ſublimiſſima. nec attingi poſſunt
virtute nature ſine aliq̄ dono ſu
pernaturali [ in riuis ] ꝓpter fecū
ditatē. paſcua em̄ que ſunt iuxta
riuos fecūdiora ſunt. ⁊ ita ſunt fe
cundiſſima. nūq̄ꝫ em̄ depaſci poſ
ſunt. qꝛ ſemꝑ ꝯtinuāt̄. vn̄ hic pa-
ſcua vberrima ⁊ pinguia appellā
tur [ in herbis virentibꝫ ] ꝓpter a
menitatē ⁊ delicioſitatē [ ⁊ in cū-
ctis finibꝫ. al's ſedibꝫ terre ] pro-
pter ſpacioſitateꝫ. Eſt em̄ eccl'ia
toto orbe terraꝝ longe lateqꝫ diſ
fuſa. vbicunqꝫ aūt eſt eccl'ia: ibi il
la paſcua poſſunt inueniri. De i-
iſtis paſcuis dicit vir iuſtus ī pš
Dn̄s regit me. ⁊c̄. Quantū auteꝫ
ad requiem iſtaꝝ ouium q̄ aīa
bus ſuis inueniūt requiē ſolū ſb
iugo ſuaui onere leui Jeſu chriſti
Math. xj. ſubiūgit [ Ibi reqeſcēt
et ego eas accubare faciā ] dic̄ igi
tur [ et paſcam eas ] ſcilicet ꝑ cri
ſtum apl'os ⁊ apl'icos viros deſti
nantē ac per eos panē verbi diſpē
ſantē ⁊ ſacramenta miniſtranteꝫ
[ in montibꝫ iſrael in riuis et ī cū
ctis finibꝫ terre. in paſcuis vber-
rimis paſcā eas ⁊ ī mōtib⁹ excelſ
iſrael erunt paſcua eaꝝ. Ibi reqe
ſcent in herbis virentibꝫ ] vt ſup
ple verificet̄ illud Eſaye. xxxij. c.
Sedebit ꝑplus meus in pulchri
tudine pacis. in tabernacul' fidu-
cie. ⁊ in requie opulenta. [ Reqe-

ſcent ⌋ dico per xp̄m ſpūs ſancti
cariſmata mittentē. De quo ſpū
dꝛ ꝙ eſt in laboꝛe requies. in eſtu
tempꝛies. in fletu ſolaciū. ⌊et ī pa
ſcuis pinguibꝫ paſcētur ſuꝑ mō-
tes iſrael. Ego paſcam oues me
as ⌋ et ſup. nō cōmittam eas alijs
paſtoꝛibꝫ paſcendas. dicit interl'.
Magna ḡ ſpes btītudinis ꝙ de
us ꝓmittit dicēs. ego paſcā oues
meas. Sequit'. ⌊et ego eas accu-
bare faciā dicit dn̄s deus ⌋ Con
ſequēter ponit' ſcđa pars vbi con
ditōes nobileſ hꝰ boni paſtoꝛis q̇
eſt deus ꝓpħa ſummatiꝫ colligit
dicens. ⌊ Qđ perierat ſup. de gre
ge meo ⌊requirā ⌋expone ſicut ꝑ̇
us. Et certe de grege dei ꝑierat o
uis cēteſima. id eſt totū hūanum
genus. quod pius paſtoꝛ per ſuū
filiū requiſiuit. Hoc em̄ ꝓpħa pe
tiuerat in pſ̄. dicens in ꝑſona ho
minis Erraui ſicut ouis q̄ ꝑijt q̄
re ſeruum tuū. ⌊ Quod abiectuꝫ
fuerat ⌋a mea gratia ꝛ ab angelo-
rum ꝯſoꝛtio ⌊reducā ⌋dicens an
gelis. ꝯgratulamini mihi. qꝛ īue
ni ouem quā perdiderā Luce. xv
De iſto em̄ paſtoꝛe dꝛ in pſ̄. ꝙ ip
ſe ducit ad inferos ꝛ reducit.

℟ Sequit' ⌊et qđ fractū fue
rat ⌋id eſt ꝓpter peccatum ꝑ̇muꝫ
integritate innocentie ꝑ̇uatū. ⌊al
ligabo ⌋ſcilꝫ ꝑ̄ceptis iuſticie ꝛ do
nis gratie. Chꝛiſtuſ em̄ eſt ille ſa
maritanus qui appꝛopians ſau-
ciato alligauit vulnera eius Lu-
ce. x. Uel ſic ⌊quod fractum fue-
rat ⌋id eſt humanū genus in du
os ritus diuiſum. ſcilꝫ iudeoꝛuꝫ
et gentilium ⌊alligabo ⌋ſupple in
vnitate fidei ꝛ vinculis caritatis
⌊Et quod infirmū fuerat ⌋id eſt
pꝛonū ad ruinā. ꝛ ad caſū de pec
cato in pctm̄ ⌊conſolidabo ⌋ ſcilꝫ
dona gratie ꝛ virtutes ꝯferendo
vt de quolibet ſancto dicat' illud
Ecc̄i. pen. Quaſi vas auri ſolidū
oꝛnatū omni lapide pꝛecioſo ⌊Et
quod pingue ꝛ foꝛte cuſtodiam ⌋
id eſt electos viros ad me cōuer-
ſos ꝛ gratia ꝛ virtutibꝫ impīgua
tos ꝛ ad opera virtuoſa pꝛōptiſſi
mos cuſtodiam. id eſt in bono ꝑ
ſeuerare faciam vſqꝫ in finē. Quā
cuſtodiam optat pꝛopheta in pſ̄
dicens cuilibet electo. Dominus
cuſtodiat introitum et exitum tu
um ex hoc nunc ꝛ vſqꝫ in ſeculuꝫ
Sequitur. ⌊Ego paſcam eas in
iudicio ⌋ Addit auteꝫ hic eccleſia.
⌊et iuſticia ⌋id eſt pꝛouidebo ele-
ctis ſuperius deſcripta paſcua in
merito iudicij ꝛ iuſticie. Judicij
quidem penitentie et iuſticie o-
perationis bone. Jllos eniꝫ ꝛ nō
alios paſcit deus in ſupꝛa ſcriptſ
paſcuis qui ſeip̄os iudicant iudi
cio penitentie. De quo Johan-
nis duodecimo cap̄. Nunc iudi-
cium eſt mundi. Et ꝑ̇ma ad Co
rithios vndecimo capl'o. Si noſ
meip̄os dijudicaremus: non vti-
qꝫ iudicaremur. cum autem iudi
camur: a domino coꝛripimur ꝛc̄.
Et qui exercent iuſticiam faci-
endo operationem bonam. de q̄
dicit eximius ꝓpheta dauid ī pſ̄.

# Feria. II. poſt inuoca.

Beati qui cuſtodiunt iudiciuz ⁊
faciunt iuſticiā in omni tēpe. Nõ
aūt hec omnia que dicta ſūt īmu
tabiliter vera ſint: ꝯfirmat eccle⸗
ſia ꝯcludens. ⌊Ait dn̄s omp̄s⌋ ꝗ
ita erit. Quantū aūt ad expoſiti⸗
onē ſupius poſitā vltimo dic̄ pa⸗
ſtor eternus ⌊Ecce ego ipe requi⸗
ram oues meas⌋ ſup. in fine ſecu
li. ⁊ hoc mortuos reſurgere ⁊ com
parere corā iudice faciēdo ⌊⁊ viſi
tabo eas ⁊c̄.⌋ ſup. de mer tis inq̇⸗
rendo ⁊ ea diſcutiēdo ⌊⁊ libera⸗
bo eas⌋ ſup. ſnīam pro electis ꝓ⸗
ferendo. ⁊ dicēdo. Uenite bn̄di⸗
cti ⁊c̄. ⌊et educā eas⌋ ſcz de ſocie⸗
tate reproboꝝ qui manebūt ī ſini
ſtra ipos ad dextrā ſtatuēdo ⌊et
ꝯgregabo eas⌋ ſup electos q̇ fue
rant ⌊diſperſi in die nubis ⁊ cali⸗
ginis⌋ id eſt in p̄ſenti miſeria ad
inuicē adunādo. ⁊ angelis aſſoci
ando. ⌊et inducā eas in terrā ſu⸗
am⌋ id eſt in celeſtē patriā. ſupple
poſſeſſionē glorie realr̄ ꝯferendo.
et ī diuerſis māſionib⁹ ſ̄m diuer
ſa merita collocando. ⌊⁊ paſcam
eas⌋ ſup. in paſcuis glorie. et hoc
fruitōem btīficam ꝑpetue ꝯcedē⸗
do. Et potes melius etiam di⸗
cere de paſcuis gl̄ie. que ſupi⁹ di
cta ſunt q̄z de paſcuis eccleſie pre
ſentis. De quib⁹ dicit xp̄s Joh. x
Per me ſi quis introierit ſalua⸗
bit̄. ⁊ ingrediet̄ ⁊ egrediet̄. et pa⸗
ſcua īueniet ⌊Ibi requieſcēt ⁊ caſ
accubare faciam⌋ ſup. ipos ab oī
labore ⁊ miſeria ꝑfectiſſime eximē
do. Et bene requieſcent. q̄r nuſq̄z

alibi eſt reques. Feciſti nos domi
ne ad te: ⁊ inquietū eſt cor noſtrū
donec quieſcat in te. ait Aug⁹. in
libro ꝯfeſſionū. Pro illo em̄ tūc
dr̄ Apocal̄. xiiij. Amodo iam dic̄
ſp̄us vt requieſcant a laborib⁹ ſu
is. ¶ Sequit̄ ⌊qđ perierat⌋
ſup. de quolibet hoīe cui⁹ corpus
per mortē perire videt̄ ⌊requirā⌋
ſiue redactū fuerit in cineres. vel
in quācunqz aliā materiā. ſiue co
meſtū a vermib⁹. vel deuoratum
a beſtijs vt tēvēꝝ appeat qđ nūc
dicit eccleſia. q̄r deo nō pereūt cor
pora noſtra moriendo. ſz īmutā⸗
tur in melius. ⌊et qđ abiectū fue⸗
rat⌋ id eſt corpus hamanū ab a⸗
nima depoſitū ⁊ quaſi reiectum ⁊
in puluerē abiectiſſimū iam ꝯuer
ſum ⌊reducam⌋ id eſt ꝟtute mea
reformatū anīe reſtituā ⌊et quod
fractū fuerat⌋ id eſt hoīem totum
q̄ſi fractū. q̄r in duas ꝑtes diui⸗
ſuz ⌊alligabo⌋ id eſt ꝑtes ſuas re
uniēdo indiſſolubili vnione dota
bo ⌊⁊ qđ infirmū fuerat⌋. i. idez
corpus humanū q̇d ab īſtāti cō
ceptōis ſue vſqz ad inſtās reſur⸗
rectiōis infirmitatib⁹ ⁊ miſerijs
ſubiectū fuerat ⌊ꝯſolidabo⌋. i. do
te immortalitatis ⁊ īpaſſibilitat̄
q̄ſi quibuſdā clauis ꝑpetue firma
bo ⌊et quod pingue ⁊ forte cuſto⸗
diā⌋ hoc referri debet ad aīas e⸗
lectoꝝ. que in die iudicij inuenie̅
tur pingues. q̄r plene charitate. ⁊
fortes. q̄r ſine ꝓnitate ad malum
et facilitate ad bonū. ⁊ immuneſ
ab omni infirmitate pc̄ti. Aie ei

reprobozum erunt macilenter ⁊ de-
biles. quia erūt ſine grā ⁊ pecca-
tis plene. ⁊ ideo nō erūt digne di-
uina cuſtodia. iſta vicȝ de qua dr
in pſ. Cuſtodit dn̄s aīas ſctō-
rum ſuoꝝ in eternū ꝯſeruabūtur
ſed erunt digne infernali ichēna.
Vn̄ dr in fine euāgelij hodierni.
ꝙ ibūt reprobi in ſupplicium eter-
num. iuſti aūt in vitam eternam
Sequit̄ ⌊ ego paſcā oues meas ī
iudicio ⁊ iuſticia ⌋ addit eccleſia.
id eſt aſſignabo electis meis cele
ſtia paſcua ⌊ in iudicio ⌋ ſcȝ diſtin
ctionis. diſtinguent̄ em̄ tunc ele
cti a reprobis ſic̄ paſtoꝛ ſegregat
oues ab hedis. Tunc em̄ verum
erit qđ in hoc eodē caplō in pſo-
na dei dicit̄. Ecce ego iudico in-
ter pecus pingue ⁊ macilentum.
et inter ouem ⁊ hircū. Facta autē
diſtinctione reprobi retrudentur
in infernū. vbi moꝛs depaſcȝ eos
Electi vero ad eterna paſcua trāſ
ferent̄ ⌊ Paſcā etiā eas ī iuſticia ⌋
ſup. diffinitionis quā tūc ꝓferam
Nō em̄ ſolū apparebit mea miſe-
ricoꝛdia in glīficatione ſanctoꝝ.
qꝛ vltra condignū gloꝛificabunt̄
verū et mea iuſticia. qꝛ pro meri
tis retribuet̄ eis. Glo. ⌊ ī iuſticia ⌋
ſup. bone opationis quā fecerūt.
ſcȝ paſcendo famelicos. potando
ſitibundos. ⁊ cetera que habes in
euāgelio hodierno. que nō ſolum
ſunt opera miſericoꝛdie: ſed etiaȝ
iuſticie. Ait em̄ Gregoꝛius in pa
ſtoꝛali ſic. Cum enim indigenti-
bus neceſſaria miniſtramus: nō
noſtra ipīs tribuimus: ſȝ ſua eis
reddimus: nō opuſ miſericoꝛdie
exoluimus: ſed opus iuſticie ex-
hibemus. Q, autem iſta ſint im
mobiliter futura: ꝯfirmat ecclīa:
concludens in fine huiꝰ eplē ⌊ ait
dominꝰ omps ⌋ Scōm iſtā vlti-
mā expoſitōem patet clare cōcoꝛ-
dia inter eplām ⁊ euangeliū ho-
diernū quod ſcribit̄ Math. xxv
et incipit. Cum ſederit filius ho
minis ⁊c̄. Placeat eterno paſto-
ri vt in die iudicij nos ad paſcua
paradiſi perducat. Amen.

## Feria tertia poſt inuocauit

In diebus illis. locutus eſt Eſa-
yas ꝓpheta dicēs. Que
rite dn̄m ⁊c̄. Eſaye. lv
C Propoſuit nobis heſterna
die in eplā p̄erpoſita ſancta ma-
ter ecclīa miſericoꝛdiā diuinam.
vt ad bonum excitaremur per a-
moꝛē referēs verba ezechielis di
centis in pſona dei. Ecce ego ipſe
requirā oues meas ⁊c̄. Et qm̄ de
us neminē requirit ipm ad ſe tra
hens ſibiqȝ vniens p grām niſi q̄
rentem ipm. id eſt facientē quod
in ſe eſt vt deum inueniat. Idcir
co in hac eplā cōſeq̄nter ſiue lecti
one ꝓphetica hoꝛtat̄ nos ad que-
rendū dn̄m: ꝓponens nobis ver-
ba Eſaye dicentis ⌊ Querite do-
minum ⁊c̄. ⌋ quaſi diceret eccleſia
xp̄ianis populis. pꝛomittit deus
ꝙ vos requiret. id eſt ad ſe trahȝ

et ſibi vniet per gratiaȝ. Sȝ ego
dico vobis ꝙ illo mō reqret vos
vt et vos queratis ipm.id eſt vt
faciatis quod in vobis eſt vt iue
niatis euȝ.ergo querite dominū.
Et videte ꝙ in illa epl'a propheta
quinqȝ facit. Primo em̄ dat de
querendo deum ſanū ꝯſiliū. dic.
[querite] Secundo aſſignat pro
querendo temp⁹ oportunuȝ. ad/
dens.[ dum inueniri pōt ⁊ dum
ꝓpe eſt ] Tertio explicat in querē
do modū neceſſarium.ibi.[dere/
linquat impius ] Quarto indi/
cat querētis fructū ſalutiferum.
[et miſerebit' eius ]Quinto aſſe/
curat q̄rentes de aſſeq̄ndo fructū
per duplex argumentū.ibi.[ Nō
em̄ vie mee ⁊c.] Propter pri/
mū dicit ita eccl'ia [ In dieb⁹ il/
lis ] ſcilȝ in quib⁹ ꝓphetauit Eſa
yas [Locutus eſt ] ſup.ad vtili/
tatē populi [Eſayas ] ꝓpha imo
eximius ꝓphaꝝ. Spū ei magno
vidit vltima.ſicut dicit' Ecc̄i .xl/
viij.[Querite dn̄ȝ ⁊ inuocate eū
⁊c.querite ]ſup.corde iuxta con/
ſilium ſapiētis Sap̄.j. In ſimpli
citate cordis querite illum.[ que
rite ]etiā opere vt quilibet dice/
re poſſit illud pſ̄. Deū exqueſiui
manib⁹ meis.idem operationibus
meis [ ⁊ inuocate eum ]ſcȝ ore ⁊
ſermone.quia quicūqȝ inuocaue
rit nomē dn̄i:ſaluus erit. Johe.ij
Querite ergo dn̄m ⁊ ꝯfirmami/
ni.in pſ̄. Propter ſecunduȝ ad/
ditur [dum inueniri pōt ⁊ dum
ꝓpe eſt ]id eſt in p̄ſenti vita. Tota
em̄ vita preſens tempus eſt opor
tunū ad querendū dn̄m.⁊ ad in/
ueniendū ipm.ſcilȝ pro culpe re/
miſſione.pro gratie collatōe. pro
offenſe placatione.ꝓ pene cōmu/
tatione.⁊ ꝓ emende acceptatiōe.
Quādiu em̄ homo viuit in hoc
mortali corꝑe voluntas ē reuerti
bilis.ſcȝ de malo in bonū .penitē
tia eſt poſſibilis.culpa remiſſibil'
gratia donabilis.⁊ emenda acce
ptabilis. Nūc em̄ inueniri pōt.⁊
certe inuenit' ab his qui non tem/
ptant ipm.apparet aūt eis q̇ fideȝ
habent in illū Sap̄.ꝑmo. Illi āt
temptant deuȝ qui totū commit/
tunt deo:⁊ nihil volunt agere per
ſeipos. Et per oppoſitū illi nō tē/
ptant deum qui qd̄ poſſunt faci/
unt vt inueniāt ipm. Tota ergo
vita preſens temp⁹ oportunū eſt
ad inueniendū deū. Et ꝓcul du/
bio niſi inueniat' nunc ꝓ his que
dicta ſunt:nūqȝ inueniet' niſi ad
infernalis ꝑpetue pene ꝯtinuati/
onē. Dicit em̄ ꝓpheta ī pſ̄. Inue
niat' man⁹ tua omnib⁹ inimicis
tuis ⁊c. In tota vita etiā preſenti
deus ꝓpe eſt hominib⁹ vt miſerea
tur eis. Quāuis em̄ ſm verbum
ꝓpheticū:longe ſit a pctōrib⁹ ſal⁹
reſpectu iuſtoꝝ qui veraciter te/
nēt deum.ſimpl'r tm̄ loquēdo pro
pe eſt deus in hac vita etiā pecca
torib⁹ ipis. Non enim requiritur
ad hoc vt ipm deum habeant ni/
ſi vnicus actus ꝓprie voluntatis
ſcȝ vnum nolle.id eſt nō velle eſ/
ſe in peccato:ſm Aug.iij.de libe/

roarbitrio. Nihil eſt tam in no-
ſtra poteſtate ſicut eſt actus volũ
tatis. nõ eñ de cellario: ſed de coꝛ
de illud datꝰ. ergo ꝓpe eſt deus. qꝛ
facile eſt ipm̃ habere. Nõ autẽ ſic
erit poſt iſtam vitã. qm̃ actus il-
le ſcilꝫ nolle id ẽ velle nõ eſſe i pec
cato erit repꝛobis impoſſibiliſ. ſi
cut nũc eſt demonibꝰ. Voluntas
eñ demonũ et repꝛoboꝝ homi-
nũ poſt hanc vitã ſic eſt in malo
obſtiata ꝙ nõ põt reuerti ad bo
nũ. Ergo nunc ꝓpe eſt dñs inuo-
cantibꝰ eum in pſ̃. ⁊ alibi. Pꝛo-
pe timentes deũ ſalutare ipſius.
Inuocate ergo deum dum ꝓpe ẽ.
ne ꝓpter vicia veſtra recedat q̇ ap
ꝓpiquat appꝛopinq̃ntibꝰ ſibi. et
reuertenti filio letus occurrit. di-
cit gloſa. ¶ Propter tertiũ
ſubdit [Derelinqt impiꝰ viam
ſuam. ⁊ vir iniquꝰ cogitationes
ſuas] id eſt peccatoꝛ qui eſt impi
us ⁊ iniquꝰ. Impius q̇dem. id ẽ:
ſine pietate. hoc eſt ſine digno cul
tu latrie reſpectu dei. ⁊ iniquꝰ id
ẽ ſine iuſticia reſpectu ſui ⁊ pꝛoxi
mi. Derelinquat viã ſuaꝫ ſi vult
ſic querere dñm vt inueniat ipm̃
id eſt dſerat pctã ſua. que ſũt que
dam via per quã ſe a deo ſuo elõ
gat ⁊ inferno appꝛopinq̃t. Hec eĩ
eſt via peccatoꝛuꝫ [in qua vir iu-
us hoꝛret ſtare. In via peccato-
ruꝫ ñ ſtetit. dꝛ de viro iuſto ĩ pſ̃.
[et cogitatiões ſuas] ſup. p̃uas ⁊
fedas. que ipm̃ ſepant a deo ſuo.
Sap. j. Peruerſe cogitatiões ſe-
parant a deo [et reuertatꝰ ad do

minũ] ſcilicet per viam oppoſitã
que eſt via iuſtoꝝ. De qua ĩ pſ̃.
dicitur. Nouit dñs viam iuſtoꝝ
et iter impioꝝ peribit. Et certe h
modus inquirendi dominũ ne-
ceſſario debet obſeruari ſi q̇s vult
ipm̃ inuenire. id ẽ peccata ſua re-
liquere. iuxta illud quod dicitur
Pꝛouer. xxviij. Qui confeſſꝰ fue
rit peccata ⁊ reliquerit ea: miſeri
coꝛdiã conſequetꝰ. Et non ſolum
relinquere pctã: ſed etiã per viam
iuſticie reuerti ad deũ. de qua qui
dem reuerſiõe hoꝛtatꝰ dñs aiãm
peccatricẽ dices ei Hiere. iij. Tu
foꝛnicata es cũ amatoꝛibꝰ multiſ.
id eſt cum temptatoꝛibꝰ multis.
ſcꝫ carne. mũdo. ⁊ diabolo. reuer
tere tamẽ ad me ⁊ ego ſuſcipiam
te. Mater eñ charitas dicit Au-
gu. filios ꝓdigos reuertẽtes reci-
pit. Et velit nolit Nouatꝰ here-
ticus vere penitẽtes recipit xp̃us
Propter quartũ ꝯſequẽter dicitꝰ
[et miſerebitꝰ eius ⁊ ad deũ nr̃m]
ſup. reuertatꝰ. [quoniã multꝰ eſt]
id eſt multã habet bonitateꝫ [ad
ignoſcendũ] id eſt ad miſerendũ
penitentibꝰ ⁊ indulgendũ eis. h
enim eſt fructus digne querentis
deum ꝑ penitentiã. ſcilꝫ conſecu
tio miſericoꝛdie ⁊ indulgẽtie. iux
ta verbum ꝓphete dicentis. Cõ
uertimini igitꝰ peccatoꝛes ⁊ faci-
te coꝛam deo iuſticiam: credẽtes
ꝙ faciet vobiſcum miſericoꝛdiaꝫ
ſuam. Thob. xiij. Et reuera hoc
indubitanter poſſumꝰ credere. qꝛ
ipſe dicit per ꝓpham in pſ̃. Quo

modo miſeretur pater filioꝝ mi-
ſertus eſt dominus timentibꝫ ſe:
quoniã ipſe cognouit figmentuꝫ
noſtrũ. Propter quintũ ſubdit.
[ Nõ em̃ cogitatiões mee ꝛc. Ubi
ſciendũ ꝙ in hac vltima pte aſſe-
curat digne q̃rẽtes dñm ꝺ aſ-
ſeq̃ndo fructũ. ſcꝫ miſericordiaꝫ
et veniã duplici rõne. Quaꝝ pri
ma ſumit ex cõpatione hũane na
ture ad diuinã ſm dr̃am. Secũ-
da ex cõpatiõe verbi diuini ad ni
uem ꝛ pluuiã ſm cõuenientiam.
Prima ratio põt formari ſic. q̃d
maioris virtutis eſt põt ſup illð
quod eſt minoris ad reſiſtenduꝫ
ſed bonitas mea. dicit deus. lon-
ge maioris virtutis eſt ad remit
tendũ peccata. q2 ſimpl'r eſt infi-
nita q̃ꝫ poſſunt eſſe pctã vr̃a ad re
ſiſtendũ remiſſioni. dum tñ cor-
da veſtra nõ reſiſtãt. q2 pctã vr̃a
ꝛ ſi dicant infinita reſpectu mei q̃
offendor p ipa. abſolute tñ loquẽ
do ipa ſunt finita. null9 g̃ debꝫ re
putare impoſſibile. imo nec diffi
cile illud quod hic ſpondet peni-
tentibꝫ. ſcꝫ conſecutio miſericor-
die ꝛ venie peccatoꝝ. ꝛ h̃ ẽ qð di
cit hic gloſa. ne puteſ difficile eſ
ſe quod ſpondet. ꝯſiderate ꝙ in-
ter mea ꝛ veſtra ꝯſilia m̃lta ſit dif
ferẽtia. et quanta nature tanta vo
luntatis diuerſitas. Iſti9 rõnis
ſuppoſita maiori q̃ ptꝫ. p̃mo põit
minorẽ. ſc̃do minoriſ pbatõnẽ Ibi
[ q2 ſicut exaltant ] Dic̃ ergo pro
pheta ſic ſe ꝯtinuãs [ derelinquat
impius ꝛc. ] nec aliquis putet im
poſſibile vel difficile ꝙ deus mi-
ſereat ꝛ indulgeat his q̇ peccata
ſua deſerunt ꝛ ad ipm per penitẽ-
tiam reuertunt. pbatio per vbum
ipius dñi [ Nõ em̃ cogitationes
mee ] qui ſcilicet cogito cogitatio
nes pacis ꝛ non afflictiõis. q̇ po
ti9 cogito miſereri q̃ꝫ punire. ſũt
ſup. [ ſicut cogitatiões vr̃e ] q̇ co-
gitatis mala in cordibꝫ vr̃is. ꝛ co
gitatis deſpantes ꝙ deus q̇ tant9
dñs eſt. ꝛ qui tam ſeuerus appa-
ruit in puniẽdo quoſdã. ſic patu
it in diluuio. ꝛ in incẽdio ſodo-
moꝝ: nunq̃ꝫ velit pctõribꝫ indul
gere quãtũcunqꝫ peniteant [ neqꝫ
vie mee ] . i. effectus mĩſicordie
mee per quos ſicut per quaſdaꝫ
vias ad vos deſcẽdo: vt vobis re
mittam offenſas. ſunt ſup. [ ſicut
vie veſtre ] id eſt ſicut pctã vr̃a p
que a me elongamini ꝛ ad ĩfernũ
deſcenditis. q. d. maxima eſt dif-
ferentia inter bonitatẽ meã ꝛ pec
cata veſtra. plus em̃. q2 per infini
tũ põt mea miſericordia in r̃mit-
tendo q̃ꝫ poſſint pctã veſtra in re
ſiſtẽdo remiſſiõi. x Nõ pbat cõ
ſequẽter [ Quia ſicut exaltant ce
li a terra: ſic exaltate ſunt vie mee
a vijs veſtris ] expone iſtas vias
ſicut prius [ et cogitatiões mee a
cogitatõibꝫ vr̃is ] expone etiaꝫ ſic
prius. Et nota ꝙ quocunqꝫ mo-
do ſumant celi ſiue pro corpibus
ſupioribus ſiue p angelicis ſpiri
tibꝫ. ꝛ q̃cunqꝫ mõ ſumat terra. ſi
ue pro terra quam cernim9 ſiue
pro terrenis hoibꝫ: non eſt eadeꝫ

comparatio inter pctã hominũ ꝛ
diuinã bonitatẽ q̄ꝫtum ad diſtan
tiam que eſt inter celũ ꝛ terrã. q̄a
inter ꝓma eſt diſtãtia ſimplr̄ infi
nita. inter alia ſimplr̄ finita. Ue-
rum qꝛ inter creaturas corpales
nõ eſt tãta diſtãtia quãta eſt inter
celos ꝛ terrã. ꝛ maxime cũ celi ſu-
munť ꝑ angelis. Jdcirco ad inu
endũ diſtantiã maximã que eſt i-
ter diuinã bonitatẽ ꝛ pctã homi-
nũ aſſumiť diſtãtia que eſt jter ce
los ꝛ terram que inter oĩa creata
maxime diſtãt ꝛ q̄ꝫtum ad ſitum
et q̄ꝫtum ad materiã. Deinde po
nit ſcḋam rõnem que ſumiť ex cõ
paratiõe verbi diuini ad niuem ꝛ
pluuiam ſm conuenientiaꝫ. cum
ſubdit [Et quõ deſcẽdit ꝛc̄] Ubi
nota ꝓmo ꝙ totũ põt legi de v̾bo
incarnato ꝛ de verbo p̄dicato. de
vtroq̄ꝫ eñ fuit apta ꝓphetia pro-
pter humanã ſalutem. Nota ſe-
cundo ꝙ ſecũda ꝑſona in diuinis
ḋꝛ filius. qꝛ emanat ꝑ actũ natu-
re. qui eſt generare. ꝛ eadẽ ḋꝛ ver
buꝫ inq̄ꝫtũ emanat per actuꝫ pa-
terne memorie. que eſt diceꝛ. No
ta vlterius tertio ꝙ ſecũda mẽo-
ria in diuinis diciť os dei patris
de quo egrediť ip̄m verbuꝫ. Ego
dicit ſapientia increata Eccĩ. 24.
Ex ore altiſſimi ꝓdij. ꝓmogenita
ante omnẽ creaturã. Jtẽ nota q̄r-
to. ꝙ illud v̾bum deſcendit ad re
demptõem ꝛ liberatõem huma-
ni generꝭ cũ carnẽ aſſumpſit. Ad
huc quinto nota. ꝙ idem v̾bum
in hoc ſuo deſcenſu ſcꝫ incarnati-
onis fuit: loquẽdo ꝑ figurã nix cã
dida ꝓpter nitorem incarnatiõis.
Fuit pluuia humida ꝓpter humo
rem miſerationis. Sꝫ fuit vtrũ-
qꝫ ꝓpter vigorẽ fecundatiõis. Si
cut eñ nix ꝛ imber de celo. i. ḋ ae-
re deſcẽdentia fecundant terram
plantis ꝛ germinibꝫ. Sic ꝛ illud
verbũ de celo. i. de ſinu pr̄is ḋſcẽ
dens per incarnationis miſteri-
um fecundauit terrã. i. ecclᷓiaꝫ do
nis ꝛ v̾tutibꝫ ꝛ ꝑſonis fidelibus.
Ulterius nota ſexto. ꝙ illud ver
bum manẽs in terra. ꝛ carne aſſũ
pta ꝯuerſans cũ hominibꝫ fec̄ qḋ
pater ſuus voluit. ſcꝫ miſericordi
am homĩbꝫ. ſanando ſup. homi-
nes a morbis corꝑalibꝫ ꝛ ſpũali-
bus. ꝛ ꝓſpere egit oĩa q̄ pertie-
bant ad redemptõeꝫ humani ge
neris. ad quã faciendã ip̄m miſe
rat pater ſuus. Jtẽ nota ſeptĩo ꝙ
illud verbũ quod deſcendit a pa
tre per incarnatõem: fuit reuerſũ
ad ip̄m per aſcenſionem. Et certe
tũc nõ redijt vacuũ. ſed clare pa-
tuit ꝙ fecerat miſcḋiam peccato
ribꝫ. quia tũc dixit angelis. Jnue
ni ouẽ quã ꝑdiderã. ℣ Jſtis p̄
miſſis a quodã ſimili formať hic
ratio talis. Jmber ꝛ nix cũ deſcẽ
dunt de celo. id eſt de aere fecun-
dant terrã. ergo ꝛ verbũ meuꝫ di
cit deus pater. cũ de celo. i. de ſy-
nu meo paterno ꝑ carnis aſſum-
ptionẽ deſcendit: fecũdabit terrã.
id eſt eccleſiã. ꝛ faciet voluntateꝫ
meam. ſcilicet miſerendo peccato
ribus. ſicut faciunt imber et nix

fecundando terrã bonis germini
bus. Habet nãq3 verbũ meũ cu3
imbre ⁊ niue quandã ſilitudinẽ.
vt dictũ eſt. de ſilib9 aũt eſt idem
iudiciũ. nullus ḡ debet diſcrede-
re qn fiat illud peccatorib9 quod
hic eis ꝓmittit. ſc3 de ꝯſequendo
miſericordiã ⁊ veniã tpe gratie ꝑ
verbũ meũ. vñ dicit [Et quõ im
ber ⁊ nix deſcendit de celo ]. i. de
aere [ ⁊ illuc vltra nõ reuertit ] .ſ.
nec imber nec nix [reuertit ] di-
co nõ idem nũero: licet idẽ ſpẽ [ſ3
inebriat terrã ] ſup. intus in viſce
rib9 [⁊ infundit eã ] ſup. extra in
ſupficie [ ⁊ germinare eã facit ] .ſ.
herbas ⁊ germina [ ⁊ dat pane3
comedenti ] id eſt comedere cu-
piẽti [Sic erit verbũ meũ ] ſc3 i-
creatũ quod egrediet. ⁊ ſup. ſem-
per egredit ꝑ eternã emanatõem
[de ore meo ] id eſt de memoria
mea fecũda. illud ſup. vbũ q̃d ſic
ſemꝑ de ore meo egredit [deſcen
det ] in inferiores ꝑtes terre ꝑ car
nis aſſumptõem [ ⁊ deſcẽdet ſicut
nix ⁊ pluuia ] de ipo em̃ in pſal.
ſcriptum eſt. Deſcẽdet ſicut plu-
uia i vellus ⁊ ſicut ſtillicidia ſtil
lãtia ſup terrã. Et q̃d de illo vbo.
[nõ reuertet ad me ] ſup. rediẽs in
celũ pacto ſuo miniſterio vacuũ.
id eſt ſine fructu etiã maxio q̃ erit
peccatoꝝ ſal9 [S3 faciet quecun
q3 volui. Inebriabit em̃ terram ⁊
infundet eam ] ſc3 ſpẽali ſua iflu
entia [ ⁊ germinare eam faciet ] .ſ.
virtutũ ⁊ meritoꝝ ⁊ ꝑſonaru3 fi
deliũ habũdãtia [ ⁊ dabit ſemẽ
ſerenti ⁊ panẽ comedẽti ] id eſt v-
bum doctrĩe ꝑdicare ⁊ audire vo
lenti. De quo q̃dem pane dic ipe.
q nõ in ſolo pane viuit hõ Mat
thei. iiij. [Et ꝓſperabit in his ad
que miſi illud ] ſc3 que ꝑtinebũt
ad redemptõem humani generis.
ꝓſpera em̃ hec oĩa facit ſiue fa-
ciet nec deſiſtet donec dicat i cru
ce. ꝯſummatũ ẽ. Joh. xix. Et cer-
te in his omnib9 apparebit mea ſũ
ma miſericordia. dicit de9 pater.
quã ego ſumme volo. ⁊ maxime
tpe gratie. Miſericordiã em̃ vo-
lo ⁊ nõ ſacrificiũ Oſee. vj. Null9
ergo debet diffidere de miſcdia ſi
digne peniteat. maxime tpe gr̃ie.
in quo deus miſit miſericordia3
ſuã. in pſõ. i. filiũ ſuũ miſericordi
ter natũ de virgine. ⁊ qꝛ nõ ex o-
perib9 iuſticie q̃ fecim9 nos: ſ3 ſ3
miſericordiã ſuã ſaluos nos fec.
Ad Titũ. iij. Et q omnia illa i-
mutabiliter vera ſint: ꝯfirmat ec
cleſia. dicẽs [dicit dominus omi
potens ] Hec eadẽ verba etiã ad
ꝓpoſitum exponi poſſunt de ver-
bo predicato. ¶ Ubi nota q
ſcriptura ſacra vel ꝑdicator qui-
libet dicit os dei. Juxta illud Je
remie. xv. Si ſepaueris p̃cioſu3 a
vili quaſi os meũ eris. Ite3 nota
q verbũ quod de illo ore egredi-
tur compat niui ꝓpter ſinceritatẽ
eſt em̃ puriſſimũ nullã habẽs ni-
gredinẽ erroris ſeu mixturã falſi
tatis. imbri ꝓpter ſuauitate3. ſua
uiter enim docet animã. ſicut im
ber ſuauiter cadit in terram. ⁊ v-

truncꝫ ꝓpter hominū cōmoditatem. Infundit autem ſaltim diſpoſitiue animā gratia. ꝛ inebriat virtuali efficacia. ꝛ germinare eam facit meritorum abundantia. Et dat ſemen ſerenti ꝛ panem comedenti. id eſt doctrinaꝫ ſermocinali facundia. Ulterius nota ꝙ illud verbum ꝗtum ē de ſe nunꝗ̄ reuertitur vacuum. ſicut ſtatim apparuit. ꝛ ꝗ̄ maxime. quia excitat homines ad penitentiā ꝓpter quam digni ſunt miſericordia. Uiuus eſt em̄ ſermo dei. et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti. Ad Hebreos. 4. Exempla multa ſunt in veteri teſtamento quomodo ꝓphete ſancti p̄dicando verbum dei peccatores ad penitentiā conuerterūt. Exempla multa de xp̄o in euangelio. ꝛ exmpla multa de apoſtolis ꝛ apoſtolicis viris. Nullꝰ ergo diffidat de miſericordia. cum verbum dei indutum p̄dicatorū voce frequenter tēpore gratie deſcenſurum ſit in terraꝫ. nec ſit ad deum reuerſurum ſine miſericordie fructu. Et certe nunꝗ̄ fuit tēpus mie nec locus ſine ſide noui teſtamenti. Patet autē concordantia inter iſtam ep̄l'am et euangeliū qḋ illo die legitur. q̄d ſcribitur math. xxj. ꝛ incipit. Cū intraſſet Jeſus ieruſoli. In p̄ma namꝗ parte ep̄l'e monent̄ homines ad querendū dn̄m iuxta quā monitionē faciebant illi qui q̄rētes dicebant de chriſto. Quis eſt hic. ꝛ populi r̄ndentes dicebant. hic eſt Jeſus ꝓpheta a nazareth. ſicut habet̄ in p̄ma parte euāgeliȷ̄. In ſecūda parte epiſtole monemur vt relinquamus impietateꝫ et iniquitatē. inter quas maxime vna videt̄ inhonoratio ſacri loci. et ēptio ꝛ vēditio gr̄e ſpūſſcti. qḋ oſtendit nobis ſaluator in ſecunda parte euāgeliȷ̄. quādo ingreſſꝰ in templū cepit eȷ̄cere emētes et vendentes. increpans eos ac dicens. Domus mea domus orationis vocabit̄. Illi em̄ ad l'raꝫ inhonorabant ſacrū locū. ꝛ figurabant gyezytas ꝛ ſymoniacos qui emunt ꝛ vendunt gr̄am ſpūs ſcī. Exemplo ḡ ſui monuit nos relinquere ꝛ a nobis abȷ̄cere omnē impietatē. In tertia parte epiſtole promittit̄ nobis fructus penitentie. qui eſt diuina miſeratio. qꝫ oſtendit nobis ſaluator in tertia p̄te euāgeliȷ̄ quādo ſanauit cecos et claudos. quos nō ſolū corpal'r ſed etiaꝫ ſpūaliter ſanauit. In q̄rta vero parte oſtendit̄ nobis virtus verbi diuini ſiue incarnati et pro ſalute hominis miſſi. quaꝫ q̄dem virtutē ꝯfitebant̄ hebreoruꝫ pueri qui clamantes dicebāt. Oſanna filio dauid ꝛc̄. Adhuc ī eadem q̄rta parte ep̄l'e oſtendit̄ nobis (vt dictuꝫ ē) virtus verbi predicati. propter quam quideꝫ virtutem dicitur in fine euangeliȷ̄ ꝙ chriſtꝰ docebat de regno dei. Ad quod regnuꝫ nos p̄ducat Jeſus xp̄s marie filius. Amen.

¶ Feria quarta poſt inuocauit.

IN diebus illis: dixit dñs ad moy-
ſen. Aſcende ad me ꝛc. ]
Exodi.xxiiij. In lectiõe
immediate p̄expoſita monuit ſã
cta mater eccleſia xp̄ianos ꝓplos
viã malã deſerere ꝛ per viam op
poſitã ad dñm reuerti. dicẽs v̄ba
Eſaye. Derelinq̄t impi⁹ viã ſuaꝫ
ꝛc̃. Et qm̄ ſc̄m Bernardũ in quo
dã ſermõe. In via dei nõ progre-
di: regredi eſt. Idcirco ſctã mater
eccleſia hodie monet eoſdẽ in his
duab⁹ lectionib⁹ vt in via dei po-
ſiti nequaq̄ꝫ ſtent. quieſcant. aut
dormiant: ſꝫ ꝓgrediant̄ ꝯtinue d
v̄tute ĩ v̄tutẽ eũtes: donec ad mõ
tem dei ꝑueniãt. id eſt ad celum:
vbi apertis oculis diuinã videãt
maieſtatẽ. Sic ſe habuit moyſes
legiſlator autẽticus. ꝛ Helyas ꝓ-
pheta egregius. quoꝝ p̄mus iu-
bente dño aſcẽdit in montẽ ſynai
vt in p̄ma lectiõe dr̄. Secũd⁹ ve-
ro iubente angelo ſurrexit de lo-
co vbi dormiebat. ꝛ ambulabat.
ſup. ꝯtinue vſq̄ꝫ ad mõtẽ dei oreb
vt dr̄ in ſecunda. Quia v̄o ſc̄m a-
poſtolũ. hec in figura ꝯtingebant
illis. ſcripta aũt fuerũt ꝓpter vtili
tatem nr̄aꝫ. ido qđ ipi fecerũt ad
lr̄am: nos debemus facere allego
rice ꝛ ſc̄m tropologyã. Quare aũt
hodie legunt̄ due lectiões ad miſ
ſam. vna in tono deſcẽdente. et a-
lia in tono aſcẽdente: vide ſup̄ fe-
ria quarta q̄tuor temporꝝ men-
ſis decembris. Quare aũt legant̄
hodie iſte due lectiones. ratio po
teſt eſſe triplex. Prima eſt. q2 cuꝫ
tres ꝑſone nobiliſſime exẽplo ſuo
ſacrauerunt q̄dragesimale ieiuni
um. ſcꝫ Moyſes tempe legis. et
Helyas tempe ꝓphetie. ꝛ xp̄s tp̄e
gratie. ꝛ vt xp̄ianos ad ieiunãdũ
magis beniuolos reddat eccleſia
quaſi in p̄ncipio q̄dragesime ho-
rum triũ recitat ieiuniũ. Quia ãt
xp̄s fuit ꝛ eſt nobilior aliis: tũ q̄a
homo ꝛ deus. ꝛ aliĩ puri homĩeſ
tum q2 dñs. ꝛ alij ſerui ſui: iõ pri
us eccleſia recitauit xp̄i ieiuniuꝫ
quãuis fuerit tp̄e poſterior. ſ. do-
minica immediate p̄cedenti. que
ſc̄m morẽ antiquũ eccl̄ie fuit pria
dies q̄dragesime. Alioꝝ vero du
orũ nõ recitauit ieiuniũ feria ſe-
cunda. nec feria tertia. ſed illa fe-
ria quarta. ꝛ hoc quia ſolẽnior ẽ.
Eſt em̄ p̄ma quarta feria p̄mi ie-
iunij q̄tuor temporꝝ. Scđa rõ ẽ.
quia ſc̄m ordinatõem eccleſie ho-
die debet fieri ſcrutiniũ ſup ordi
nãdos in ſabbato ſequẽti. Ordi
nãdi aũt debẽt eẽ inſtructi ĩ libris
legalib⁹ ꝛ ꝓphalib⁹. ꝛ de ipis exa-
minari d̄bẽt: ꝓpter q̄d hodie legũ
tur ille due lectões. quaꝝ p̄ma eſt
de lege. ſecũda de ꝓphetis. tot⁹ em̄
liber Regũ (vt poſtea videbit̄) in
ter ꝓphetas ſc̄m hebreos cõputa-
tur. Tertia ratio. quia ꝓmoti ad
ſacros ordines pre omnib⁹ xp̄ia-
nis d̄bẽt a pctõ ſurgere. inferiora
deſerere. ad ſup̄na conſcẽdere. et ĩ
monte. i. in v̄tutum altitudĩe cõ-

ſiſtere. quoꝝ omniū exempla pre
ceſſerunt figuralr in moyſe ⁊ he-
lya. Ad euidentiā aūt p̄me lecti
onis ſunt aliq̄ p̄mittenda. Pri-
mū eſt ꝙ liber ille de quo ſūpta ē
p̄ſens lectio grece dicit̄ Exodus
latine exitus ſeu trāſitus. Odos
eñ grece iter ſeu via d̄r latine. A-
git̄ eñ in hoc libro de exitu iſrael
de egypto ⁊ trāſitu ꝑ deſertū. He
braice aūt d̄r belleſmot qđ eſt idē
latine, hec ſunt noīa. Sic nanq̄
lib incipit. Hebrei nāq̄. ſm Je-
ronymū q̄ſi libros oēs intitulant
a p̄ncipijs eoꝝ. Scd̄m eſt. ꝙ filij
iſrael venerūt ī deſertū ſynai. xlvij
die a celebrato phaſe in egypto. ſ.
in. kl. Junij. i. p̄ma die mēſis. iij
Et ē iuni⁹ ſm hebreos terti⁹ mē-
ſis anni. qn̄ vero exiuerūt de egy
pto: reſtabāt adhuc ſedecim dies
de p̄mo mēſe. Poſtmodū aūt in
ſolitudine ꝯpleuerūt mēſem ſm
triginta dieꝝ. Venerunt autem
vt textus innuit Exodi. xix. pri-
ma die mēſis tertij in deſertū ſy-
nai. g̃ ſequit̄ ꝙ venerūt. xlvij. die
a phaſe celebrato. ibiq̄ fixerūt ten
toria eregione montis. Tertiū
eſt. ꝙ ſynai eſt quidā mōs in ara-
bia. vt d̄r ad Gala. iiij. ⁊ eſt idem
qđ mons oreb. nec differt ab eo:
niſi ſicut totū a ꝑte. tot⁹ eñ mōs
d̄r ſynai. cacumē aūt mōtis dicit̄
oreb. vbi apparuit dñs moyſi in
rubo. Exodi. iij. ⁊ vbi dedit de⁹
tabulas eidē. ſicut dicit̄ hic. et q̄
peruenit Helyas fugiēs Jezabe
lem. vt dicit̄ in ſequenti lectione.

B Quartū ē ꝙ moyſes ſcd̄a die
poſtq̄ venerunt in deſertū ſynai.
ſcȝ ſecunda die iunij. ⁊. xlvij. die
a phaſe aſcendit in montē ad do-
minū. Cui dixit dñs. Vos vidi-
ſtis q̄ fecerim vobis. mō audietis
vocem meā. ſi p̄cepta mea ſerua
ueritis eritis mihi regnū ſacerdo
tale: ⁊ gens ſancta. Eadē die de-
ſcendit Moyſes ⁊ dixit ꝑplo ver
ba dei. Qui oēs rn̄derunt. Cun-
cta q̄ locutus eſt domin⁹ faciem⁹.
Eadē etiā die rediit ad montē ad
dñm. ⁊ retulit ei verba ꝑpli. Et
tūc dixit ei dñs. Jā nc̄ veniā ad te
in caligine nubis. deſcēde et ſan-
ctifica ꝑplm hodie ⁊ cras. et ſint
parati in diem tertiū. ⁊ ꝯſtitues
terminos q̄s nō licebit ꝑplo nec
etiā ſacerdotib⁹ tranſgredi. alr̄ ī-
terficiet̄ ſiue homo fuerit ſiue iu-
mentū. Eadē die deſcendit et di-
xit populo vt ſanctificaret̄ illa die
et craſtina. ſcd̄a ⁊ tertia die Ju-
nij. id eſt. xlviij. ⁊. xlix. a phaſe ⁊ la
uarent veſtimenta ſua. ⁊ ab vxo
rū amplexib⁹ abſtinerēt. eſſentq̄
parati in diem tertiū ſcȝ. iiij. Ju-
nij ⁊ a phaſe. l. ⁊ ꝯſtituit termīos
iuxta mandatū dñi ad radices
montis. Quintū eſt ꝙ inclareſcē
te mane diei tertie: tertie dico ab
aſcenſu Moyſi in montē. q̄rte āt
iunij: ⁊ q̄nquageſime a phaſe pre
dicta nubes denſiſſima montem
operuit. ⁊ ceperunt audiri toni
trua ⁊ micare fulgura. ⁊ ſonitus
buccine vehementi⁹ ꝑſtrepebat.
ꝑpter quod timuit ꝑplus valde.

Aſcendit autē Moyſes in montē
caliginoſum. ꝛ fuit ibi aliq̄ȝdiu. ꝛ
putabat populuſ ipm periiſſe. vt
dicunt hebrei. ira dei. Tandē au-
tem locus ſeren⁹ eadeȝ die appa-
ruit. Cui dixit dñs. Uade et am
mone pplm. ne quis tranſgredia
tur terminos poſitos ꝛ moriatur
Quo facto deſcendit dñs ſup ver
ticē montis in igne. ꝓpter qđ et to
tus mons fumigabat. Tūc moy
ſes eduxit populū qui erat in ca-
ſtris in occurſuȝ dñi vſqȝ ad radi-
ces montis ꝛ citra termīos. moy
ſes vero ꝛ Aaron de mādato do-
mini aſcenderūt in montē. et ter-
minos trāſierūt. ꝛ omnib⁹ audiē
tib⁹ nō ſolū moyſe ꝛ aaron. ſȝ eti-
am omī populo dñs ꝓtulit verba
legis. ſcȝ q̄ȝtum ad deceȝ p̄cepta
moralia. ꝛ quedā iudicialia ꝛ ceri
monialia. ꝛ multa q̄ ꝓmiſit eis.
De his omnib⁹ inuenies in Exo
do. a. xix. cap̄. vſqȝ ad. xxiiij. Sex-
tum eſt ꝙ ſuppoſito reditu moyſi
ad pplm quadā die poſt forte q̄n
tā menſis iunij. dixit dñs ad mo
yſen. Aſcende in montē tu ꝛ Aa-
ron nadab ꝛ abiu ꝛ ſeptuagīta de
ſeniorib⁹ iſrl. quod ꝛ fecerūt iux-
ta p̄ceptū dñi. Aſcenderūt em̄ in
montē. id eſt vſqȝ ad termīos po
ſitos peruenerunt. ꝛ viderunt non
ſolum ipi: ſed etiaȝ populus qui
erat in caſtris domini. maieſtatē
ſup. quod autē in textu dicitur ꝙ
ante hunc aſcenſum moyſe refe-
rente verba dei. omnes reſponde
rūt perpetuo velle ſe obedire. ꝛ ꝙ
Moyſes ſcripſit verba que dñs
dixerat preter decalogum. qui vt
poſtea dicetur: fuit ſcriptus ma-
nu dei. ꝛ ꝙ moyſes ediſicauit al-
tare. ꝛ imolauit victimas. ꝛ reſp-
ſit ſanguine volumen legis: et to-
tum pplm in teſtimoniū obſeruā
tie ſempiterne. Septimū ē ꝙ p⁹
q̄ȝ iſti in montē aſcēderāt. id ē vſ-
qȝ ad terminos peruenerāt prece
pit deus Moyſi. vt aſcenderȝ ad
eum in monteȝ. id eſt ad cacumē
montis. vnde intelligendū ē ſm
magiſtrū in hiſtorijs. ꝙ licȝ plu-
ries legat̄ in ſuperiorib⁹. moyſen a-
ſcendiſſe in montē. non tamē aſcē
dit ꝓprie in montē. id eſt in cacu-
men montis vſqȝ nunc. ſed ꝙ ve-
nit vſqȝ ad terminos. vel eos trāſ
iens venit ad aliquam partē mō-
tis radici ꝓpinquā. vnde nūc ſm
magiſtrū primitus aſcendit ī mō
tem. qui aſcendens remanētibuſ
iuxta radices montis Aaron na-
dab ꝛ abiu. qui erant filij aaron ꝛ
ſeptuaginta ſeniorib⁹ aſſumens
ſecum Joſue miniſtrū ſuū tranſi-
uit terminos. dicens illis. Expe-
ctate h̄ donec reuertamur ad vos
Si quid natum fuerit queſtiōis
habetis vobiſcū aaron ꝛ hur: ad
ipos referetis. Et cum cepiſſet a
ſcēdere: nubeſ quedā glorioſa: cu
ius ſpecies erat quaſi igniſ ardēs
cacumen montis operuit ſex die
bus. Septima autem die voca-
uit deus moyſen de medio ignis
caliginoſi. et tunc dimiſſo Joſue
in quadam montis planicie aſcē

dit ſolus ad caliginē in qua erat
deus. et fuit ibi cum eo quadragi
ta dieb⁹ et quadraginta noctib⁹
et in illo temporis ſpacio dedit ei
de⁹ tabulas inſcriptas manu ſua
decalogo. Tunc etiā dedit ei for/
mam ꝛ exemplar tabernaculi. mē
ſe. candelabri. altaris. arche ꝓpici
torij ꝛ cherubim. formā etiā con/
ſecrationis maiorū ꝛ minorū ſa/
cerdotū veſtiumqꝫ ꝛ ornamēto/
rum eorum. elegitqꝫ bezeleel qui
faceret iſta. De his omnib⁹ habeſ
a. xxiiij. c. Exod. vſqꝫ i finē. 32. qñ
dixit dominus moyſi. Uade ꝛ d
ſcende. quia populus peccauit. d
quo diceṫ infra videlꝫ quarta fe/
ria poſt dñicam d: paſſione in e/
piſtola E His viſis p hunc
modū preſēs lectio diuidaṫ. Tā
gunṫ eñ hic quattuor. Primo ꝙ
dominus Moyſi aſcenſum īpe/
rauit. dicens ⌊aſcende⌋ Scdo ꝙ
Moyſes obediēs aſcenſum ichō
auit. ibi ⌊ſurrexerūt autem moy/
ſes ꝛc.⌋ Tertio ꝙ Moyſes vo/
lens aſcendere populum ordina/
uit. ibi. ⌊aſcendenſqꝫ Moyſes⌋
Quarto ꝙ Moyſes aſcenſū cō/
ſummauit. ibi ⌊Cunqꝫ aſcendiſ
ſet⌋ Propter primū diciṫ ꝙ ⌊in
dieb⁹ illis⌋ vt ponit eccl'a. ſcilꝫ in
quib⁹ filij iſrahel erant in ſolitu/
dine ſynai. et poſtq̄ꝫ decalog⁹ fue
rat promulgatus verbo dei. et q̄
dam alia precepta fuerant ſcp̄ta
manu Moyſi ⌊dixit domin⁹ ad
Moyſen⌋ Poteſt autē queri q̇s
fuerit ille dominus. ꝛ quomō lo/
cutus fuerit. forſitā quidā diceret
ꝙ fuit deus trinitas qui apparu/
it Moyſi in ꝓpria natura. ꝛ nō in
ſubiecta creatura. Forſan eñ diceret
ꝙ vidit deum per eſſentiā. quod
videnṫ poſſe probare per illud qđ
dicitur Numeri. xij. de moyſe. ꝙ
non per figuram nec per enigma
ta: ſed palam deum videt. Nō ne
go quin moyſes in hac vita aliqn̄
viderit deum per eſſentiā. qꝛ ſm
Ambroſium vt refert Auguſtin⁹
in epiſtola ad Paulinū. de vidē/
do deum. Uiſio dei per eſſentiaꝫ
non ſolum fuit conceſſa Paulo:
ſed etiam quibuſdā alijs ſanctis
in hac vita. non tamen poteſt di/
ci ꝙ hic viderit deum in propria
natura. quia ſicut in hoc eodē ca/
pitulo dicitur. non ſolum ipſe:
verūetiam illi qui erant cum eo
viderunt deum oculis corporali
buſ. qđ non potuit eſſe niſi in for
ma corporali. Propter qđ dicē/
dum eſt ꝙ ille dominus fuit qui
dam angelus apparens Moyſi
in forma corporali. ꝛ loquens ei
in perſona dei. Unde quia nō lo
quebaṫ in perſona ꝓpria ſꝫ in per/
ſona dei: idcirco ſcriptura vere et
ſine mēdacio vocat eū dñꝫ ꝛ deū.
Et ipē āgel⁹ ꝟe ꝛ ſine mēdacio fre
q̄nter dic̄ ſe dñꝫ ꝛ deū. Forſā fuit
ille āgel⁹ q̇ erat ī colūna nub̄ que
ꝓpl'm p̄cedebat. ꝛ ille d q̄ dixit ds
Exo. 23. Ecce ego mit. an. ꝛc̄. Et
credo ꝙ fu͛r̄t idē āgel⁹ mittens ꝛ
miſſ⁹. ſꝫ qꝛ loq̄baṫ i pſōa ſ:iō di/
cebat d ſe. ego mit. an. me. hec vīcē

intentio apoſtoli qui dicit ad Ga
lathas.iij. ꝙ lex fuit ordinata per
angelos in manu mediatoris. et
Aug.ij. de trinitate q̇ dicit ꝙ om
nes apparitiões ꝛ locutiões vete
ris teſtamẽti fuerũt facte ꝑ ange-
los q̇ appꝛebant i ſubiecta creatu-
ra. ꝛ voces corꝑales formabant.
Dicit igit ꝙ [dñs] id eſt angelꝰ
apparẽs ꝛ loquẽs in ꝑſona domi
ni [dixit] formãdo ſup. voces cor
porales. quas etiã aliqñ totꝰ po-
pulus audiuit [ad moyſen] q̇ fu
it de tribu leui. filiꝰ ãram ꝛ ioca-
beth .frater aaron ꝛ marie. dux ꝛ
p̄nceps totiꝰ ꝑpli fideliſſimꝰ i to-
ta domo dei. cui loquebat ipe de
us ore ad os ſicut ad amicũ ſuũ.
Qui dixit ei [Aſcẽde ad me i mõ
tem] id eſt in cacumẽ mõtis [ꝛ e-
ſto ibi] expectãſ ſup. volũtatẽ me
am donec dicã tibi vade ꝛ deſcen
de [daboqꝫ tibi tabulas lapide-
as] ſcilꝫ duas p̄ciſas ꝛ exciſas ꝛ i
ſcriptas decalogo manu mea. et
ſup. dabo tibi [legem et mãdata
mea que ſcripſi vt doceas filios iſ
rael] Nota quãuis Moyſes ſcri
pſit totã aliã legem. ſic̃ ſupra eod
dictũ eſt. tñ deus ipe manu pro-
pria nunc decalogũ in tabul' ſcri-
pſit. Et de hoc intelligit q̃d h̄ dr
dabo tibi legẽ ꝛ mãdata q̇ ſcripſi
Prius em̃ dederat legẽ verbo vt
habet Exodi. xix. ſed nunc dedit
eam ſcripto. Nota etiã ſm Joſe-
phũ ꝙ quelibet tabula habebat
duas ꝑtes. ꝛ in q̃libꝫ ꝑte erãt duo
p̄cepta ꝛ dimidiũ. ita ꝙ in quali
bet erant qnincꝫ. ꝛ ſic in duabꝫ. x.
D Propter ſecundũ addit.
[ſurrexerunt moyſes ꝛ ioſue mi
niſter eius] Hic eſt Joſue de tri-
bu effraym filiꝰ nun ſiue naue vir
bellicoſiſſimus. qui orãte moyſe
pugnauit ꝯtra amalech. Exo. xvij
Qui etiã cũ caleph ꝛ alijs decem
fuit miſſus ad explorandã terrã.
Nume. xiiij. Et q poſt mortẽ mo
yſi mortuis in deſerto omnibꝫ q̇
de egypto exiuerãt. excepto Ca-
leph introduxit populũ in terraꝫ
ꝓmiſſam. Hic fuit ſemꝑ miſter
moyſi ꝛ fuit trinomiꝰ. Nã fuit o-
ſee dictus et ioſue ꝛ ieſus. que no
mina tñ habẽt eundẽ ſenſum. In
terp̄tant em̃ ſaluator.. Et iſte fuit
ad lr̃am ſaluator populi. ꝛ fuit fi
gura exp̄ſſiſſima veri ſaluatoris.
Hic eſt ille de quo dixit moyſes
populo. vt habet Deute. xviij. ca.
Prophetã de gente tua ꝛ de fra-
tribꝫ tuis ſic̃ me ſuſcitabit tibi do
minus. Propter tertiũ ſubditur
[Aſcendẽſqꝫ moyſes in montem
dei] id eſt in cacumẽ montis. qd
erat oreb. q̇ dicebat ſp̄aliter mõſ
dei. qꝛ inter om̃ia loca terre vide-
bat eſſe ſp̄alis habitatio dei. Ibi
em̃ apparuit moyſi i rubo. ibi de-
dit ꝛ ſcripſit legẽ. ibiqꝫ poſtea ap
paruit Helye. iij. Regũ. xix [Se
nioribꝫ ait] id eſt Aaron ꝛ nadab
et abiu ꝛ alijs ſeptuaginta qui cũ
eo venerant vſqꝫ ad pedem mon
tis. qui terminos poſitos nõ fue-
rant auſi pertranſire. Iſti nadab
et abiu fuerunt ſacerdotes filij a-

aron qui poſtea interiert incēdio
quia obtulerūt ignē alienū Leui.
x. Iſti aūt ſeptuaginta forſan fue
runt illi qui electi a Moyſe fue/
rant iuxta ꝯſiliū ietro. Exo.xviij.
Et forſan fuerūt ſeptuaginta q/
bus poſtea dedit deus de ſpū mo
yſi vt ꝓphetarēt Nume.xj.et fue/
rūt figura diſcipuloꝝ. Quid ait
illis [Expectate hic] ſup.ad pe/
dem mōtis ꝛ iuxta caſtra [donec
reuertamur ad vos] ſcȝ ego et io/
ſue [habetis aūt aaron ꝛ hur vo/
biſcū.ſi quid natū fuerit queſtio/
nis] vel inter vos. vel in ꝓplo.qđ
ſcȝ per vos nō poſſit decidi [refe
retis ad eos] Ipos nāqȝ cōſtitui
loco mei ad quos debēt referri g/
uiora.ſicut habet Exo.xviij. Ec/
ce ꝙ moyſes abſcedēs a ſubditis
ordinauit ꝓplm.inſtituit iudiciū
et vicarios ꝯſtituit.in h dans for
mā plat; nr̄is. Iſte hur ſm ꝙ di
cit.j. Paral.ij.fuit fili⁹ caleph et
ephrate.pater huri pr̄is bezeleel.
de q̄ Exo.xj. Et fuit ille hur đ tri
bu iuda. ꝛ ſm magiſtrū in hiſto
rijs vir marie sororis Moyſi.qđ
tamē nuſqȝ lego. Tradūt aūt he/
brei ꝙ cum Aaron ꝛ Hur reſiſte
rent filijs iſrael qn̄ voluerūt face
re vitulū ꝯflatilem.ꝙ ſpuentes ī
faciē hur ſputis ſuffocauerūt euȝ
quod timens Aaron populo ac/
quieuit. E Propter quartū
ſubditur [Cumqȝ aſcēdiſſet mo/
yſes in montem] id eſt in mōtis
verticem. relicto ſup. Joſue in q̄/
dam planicie montis, dixerat em̄
deus ſupra eodem caplo.ſol⁹ mo
yſes aſcendat ad dominum. [Ope
ruit nubes montē ꝛ apparuit glo
ria domini] id eſt gloria maieſta
tis domini [ſuper ſyna] id eſt ſu
per totū montem. Uel verius.id
eſt ſuper ſupiorem partē montis
[tegens illum nube] ſup.lucida.
[ſex dieb;. Septimo aūt die vo/
cauit eum dn̄s de medio caligi/
nis] id eſt nubis denſe.ꝙuis eni
eſſet lucida.quia tunc erat denſ.ſ/
ſima.idcirco vocat caliginoſa.ꝙ
aūt eſſet nubes ſplēdens ꝛ lucida
cōſeq̄nter oſtendit:cuȝ ſubditur.
[Erat aūt ſpecies glorie dn̄i] id
eſt illius nubis glioſe [q̄ſi ignis
ardens ſup verticē montis in cō/
ſpcū filioꝝ iſrael] omnes em̄ qui
erant in pede montis ꝛ q̄ erāt in
caſtris videbant iſtā nubē glorio
ſam. Signāter aūt dicit. ſpecies
ꝛ q̄ſi ignis.quia nō erat realiter i/
gnis.ſed ſoluȝ ſimilitudo ignis.
[Ingreſſuſqȝ moyſes mediū ne/
bule aſcendit in montem. ꝛ fuit
ibi q̄dragīta dieb; ꝛ quadragin/
ta noctib;] ſup.nō mādu cans ne
qȝ bibens. Et in illo tempis ſpa/
cio accepit tabulas ꝛ audiuit om
nia que ſupius dicta ſunt. ꝛ que
exprimunt in Exodo ab illo loco
vſqȝ ad triceſimūſecundū caplm
Modo ſunt dicenda aliqua alle
gorice. Primū circa legem. Se/
cundū circa miniſtrū legis. Cir/
ca primū ſciendum ꝙ ex his que
dicuntur in hoc libro poteſt no/
tari conuenietia et differētia legiſ

veteris ad nouam. Conuenie͂tia
quidē. qꝛ vtraqꝫ data ⁊ ſcͦpta fuit
in mōte. in quo notat̃ vtriuſqꝫ le
gis ſublimitas. ⁊ vtraqꝫ ſcripta ⁊
data a deo. in quo notat̃ vtriuſqꝫ
auctoꝛitas. veritas. eq̄litas. ⁊ vti-
litas. Differētia vero notat̃ q̄dru
plex. Prima q̇dem obſcuritatiſ et
claritatis. qḋ innuit̃ in hoc ꝙ lex
vetus fuit data ⁊ ſcripta in mon-
te ꝑto nube ⁊ caligine. De mon-
te aūt in quo fuit lex noua data ⁊
ſcripta nulla fit mētio ꝙ eſſet ibi
nubes. Scḋa eſt timoꝛis ⁊ amoꝛiſ
qḋ innuit̃ ex hoc ꝙ ꝑma fuit da-
ta cum tonitruis. fulguꝛibꝫ. et ve-
hementi ſonitu tube. Scḋa vero
lex fuit data dulciſſimo ṽbo Jeſu
xp̄i. Tertia eſt aſꝑitatis ⁊ lenita-
tis. quod innuit̃ ex hoc ꝙ ꝑma fu
it ſcripta in tabulis lapideis. ſe-
cunda ī tabulis carnalibꝫ coꝛdis
quarta eſt ſeruitutis ⁊ libertatis.
quod innuit̃ ex hoc ꝙ frequenter
fuit petitus ſaltē implicite a filijſ
iſrael ꝯſenſus ad legē. ⁊ frequēter
ipſi ꝓmiſerūt dicētes. Omnia q̄ lo
cutus eſt dn̄s faciemꝰ: ⁊ erimus
obedie͂tes. ſic aūt ſe hn̄t dn̄i ad ſ-
uos. ⁊ ecōuerſo. Nihil aūt hoꝛū
fuit inter xp̄m ⁊ diſcipl'os cū eis
dedit legem. Circa aūt miniſtrū
legis. i. circa p̄latum eccleſie: notā
dum ꝙ exemplo Moyſi debet i-
terdum aſcēdere ad deū per con-
tēplatōē. ⁊ interdū deſcendere ad
populū per actōnē. debet eīm̄ pari
ter eſſe actiuꝰ ⁊ ꝯtēplatiuus. Itē
quando debet abſcedere a popl'o:
debet inſtituere vicarios. ſicut fe
cit Moyſes. ⁊ tales qui ſūt Hur
et Aaron. id eſt illuminātes po-
pulū verbo veritatis. ⁊ ꝯfoꝛtātes
exemplo ſanctitatiſ. Interp̄tatur
eīm̄ hur illuminatoꝛ. ⁊ Aarō mōs
foꝛtitudinis. Item quādo aſcen-
dit ꝑ ꝯtemplatiōem debet ſecum
habere Joſue. id eſt ſalutis eter-
ne deſiderium. Interp̄tatur eniꝫ
ſaluatoꝛ. Prelatus nanqꝫ debet
ſemꝑ īcedere illo modo. ⁊ deſide-
rare vtilitatem ⁊ ſalutē ꝓpꝛiam ⁊
ſubditoꝝ. Ad quam ſaluteꝫ nos
ꝑducat Jeſus chꝛiſtus ſaluatoꝛ
mundi. Amen.

Feria. 4. poſt inuocauit. q̄. F

## IN diebus

illis. Uenit helyas ī ber
ſabee iuda. iij. Reg. xix.
Ad euidētiā huiꝰ ſecūde lectiōis
ſciendū ꝙ totus liber Regū ḋ q̄
ſumpta ē pn̄s lectio q̄ hꝫ duas ꝑ
tes. ſ. ſamuel. i. ꝑmū ⁊ ſcḋꝫ libꝛos
regū. ⁊ malachi. quod ſonat ṽba
dierū. i. tertiū ⁊ quartū regū. ſm̄
hebꝛeos inter ꝓphetas cōputant̃.
ſicut dicit Jeronẏ. in ꝓlogo gale-
ato. qui incipit. Uiginti ⁊ duas
litteras. ⁊ eſt ſuꝑ libꝛos Regum
Ratio aūt huiꝰ eſt. qꝛ hebꝛei om
nes libꝛos dicūt ꝓphetales q̇ fue-
runt ſcripti a ꝓphetis officio. id ē
qui habuerūt officiū ⁊ auctoꝛita-
tem ꝓphetādi. ⁊ ad hoc fuerūt di
uinitꝰ deſtinati. ſic Ezechiel Eſa

ẏas ⁊ Hieremias ⁊ ceteri. Unde
quia Joſue ſcripſit librū ſuū. ⁊ ſa
muel qui ſcripſit librū Judicuꝫ
et pͥmū et ſecundū Regū ſemei-
as qui vt dicit̄ ſcripſit tertium ⁊
quartū Regum. fuerūt illo mo-
do ꝓphete. Idcirco libri iſti. ſcilꝫ
Joſue Judicū ⁊ Regū ꝓphales
dicunt̄. Quāuis aūt Dauid ⁊ da
niel habuerūt excellētiſſime ſpiri-
tū ꝓphetie. qꝛ tamē nō habuerunt
ꝓphetandi officiū: ideo libri eoꝛuꝫ
nō inter ꝓphetas: ſed inter agyo-
grapha. i. ſcripturas ſacras ꝯpu-
tant̄. Quia vero Moyſes fuit ꝓ-
pheta illo mō: ꝓpter hoc libri ſui
fuiſſent vocati ꝓphetales. niſi qꝛ
habent nomē excellētius. dicunt̄
eñ legales. Hebrei ergo totū ve
tus teſtamentū diuidūt in legeꝫ.
que q̇nqꝫ libꝛos cōtinet. ⁊ ꝓphas
ſcꝫ libꝛos octo. ⁊ agyographa. ſ.
libꝛos nouē. ⁊ ſic ſm eos vetuſ te
ſtamentū habet tm̄ vigitiduos li
bꝛos ſm numeꝝ lr̄aruꝫ hebꝛaici
alphabeti. Oēs aūt alios libꝛos.
ſcꝫ Judith. ſapiam. eccl'iaſticum
machabeoꝝ libꝛos dicūt apocry
phos. quibꝫ tñ eccl'ia auctem de-
dit. His viſis pſens lectio ſic
diuidi pt. Tangunt̄ eñ in ea q̄tu
oꝛ. Pͥo ad quē locū venit. Se-
cūdo ſub q̄ arboꝛe doꝛmiuit. ibi.
[Cūqꝫ veniſſet] Tertio qd alim
tū deguſtauit. ibi [Et ecce angelꝰ
dñi] Quarto quā viā ꝑambula-
uit. ibi. [Qui cū ſur.] Propter pͥ
mū dꝛ pmittēre eccl'ia [In diebꝫ
ill'] ſcꝫ ī q̇bꝫ helyas interfecerat ꝓ
phetas baal. cccel. in toꝛrēte cyſō
et in diebꝫ in quibꝫ helyas timēs
minas Jezabelis q̄ dixerat ꝑ nū-
ciū helye. Hec faciāt mihi dij. et
hec addāt ſi ñ poſuero cras ī hac
hoꝛa tuā aniam ſic aīam vniꝰ ex ꝓ
phetis q̄s occidiſti [⁊ fugiēs ve-
nit] vt h dꝛ [ī berſabee iuda] iſte
helias fuit de tribu manaſſe. ⁊ fu
it dictꝰ teſbites ⁊ galaadytes. q̇a
fuit de quodā vico noīe theſbi: q̇
erat in t̄ra galaad. iij. Re. xvij. dꝛ
dixit helyas theſbites de habita-
toꝛibꝫ galaad. Hic fuit ſpēaliter
ꝓpheta ī regno ⁊ ad reges iſrael.
Hic ſua oꝛōe clauſit celū. ne plu-
eret tribꝫ annis ⁊ dimidio. ⁊ ite-
rūt oꝛauit. ⁊ celū pluuiam dedit
iij. Reg. xvij. ⁊. xviij. Et tertio o-
rauit ⁊ celū miſit ignē ad deuoꝛā
dū pctōꝛes. iiij. Regū. j. Hūc le
uauit ds ī celum ꝑ turbinē. i. ī pa
diſum terreſtrē. iiij. Regū. ij. vbi
eſt adhuc cū Enoch quē ante diu
tulerat deꝰ Geñ. v. ⁊ iſti duo pu-
gnabūt cū antichꝛiſto ⁊ īterficient̄
ab eo. ſicut habet̄ ex Apoc. x. ⁊ po
ſtea reſurgent. quoꝝ pdicatione
quaſi conuertet̄ totus oꝛbiſ. tunc
eñ intrante plenitudine gentiuꝫ
reliquie iſrael ſalue fient. ſic pla-
ne innuit̄ de helya Malachie vl
timo. capitu. Berſabee autem e-
rat quedam ciuitas de tribu iu-
da. ꝓpter quod dicitur Berſabee
iuda. Uel foꝛſan dicebatur iuda
ad diſtinctionem alterius que e-
rat eiuſdeꝫ noīs in aliq̄ alia tribu
Foꝛſā hec berſabee fuit illa vꝛbs

cui tale nomē impoſuit yſaac Geneſis.xxvj. Et forſitan fuit vna ð terminis totius regni iſrael. de q̄bus dicit̃.j. Regū.iiij. Cognouit omnis p̄plus a Dan vſq₃ Berſabee ꝛc̄. ꝛ puto ꝙ fuit illa ciuitas ī qua Samuel poſuit filios ſuos iudices.j. Regū.viij. Sequit̃ in textu Et dimiſit ibi puerū ſuum ſc₃ Jonam. vt tradūt hebrei ſicͭ illꝰ refert magiſter q̄ poſtea fuit vnus de duodecim ꝓphis ꝛ p̄rexit in deſertum quod ſup. iuxta berſabee erat viam vniꝰ diei

Propter ſcōm addit̃ cū q₃ veniſſet ꝛ ſeder₃ ſubter vnā iuniperū Nota ꝙ iuniperꝰ eſt arbor quedam habēs folia ſemp̄ virida. ſub quibꝫ tam̄ latent aculei et quedā granula multū amara Dr̃ aūt ꝙ ſi prune cooperiantur cineribꝫ iuniperi conſeruāt igne₃ vſq₃ ad vnū annum. vñ dicit̃ iuniperus quaſi gignens pir. id eſt ignē. Cuius vmbrā ſerpentes fugiūt. vt ait Plinꝰ. ꝛ ideo hoīes ſub ea libenter dormiūt petiuit anime ſue vt moreret̃ id eſt vt exiens de corpore corpꝰ relinqueret exanime ꝛ ait. Sufficit mihi domine ſup. tempꝰ quo vixi tolle aīam meā. neq₃ eīm melior ſum q̄₃ p̄res mei id eſt illis vita nō ſū dignior. vt ſupple illis perditis ꝛ mortuis ego viuere exoptē. Proiecitq₃ ſe ꝛ obdormiuit in vmbra iuniperi Propter tertiū ſubdit̃. Et ecce angelꝰ dñi tetigit eū Joſephus dicit ꝙ nō fuit angelꝰ. ſ₃ quidam hō. ſed potius textui crede. Et dixit illi. Surge. comede Reſpexit helyas. ꝛ ecce ad caput ſuū ſubcinericiꝰ panis ꝛ vas aque que ſup. angelus portauerat. Nec opꝫt aliquem ſollicitari vnde illa angelus habuit. ꝛ quomō iſta ibi appere fecit comedit et bibit. ꝛ rurſum obdormiuit nō ſup. ꝓpter cibū nimiū: ſ₃ propter laſſitudinē magnam. reuerſuſq₃ eſt āgelꝰ dñi ſecūdo. ꝛ tetigit eum tactu ſup. virtutis. vel forſan corp̄ali. q₃ forſan venit in corpore aſſūpto dixitq₃ illi Surge. comede. grandis eīm reſtat tibi via Non dr̃ hic ꝙ ſecūdo angelus veniens portauerit panem q₃ forſan ſuperat adhuc de p̄mo.

Propter q̄rtū ſubiungit̃. Qui cum ſurrexiſſet comedit ꝛ bibit. ꝛ ambulauit in fortitudine cibi illius nō ſumendo ſup. aliū cibū quod q̄dem diuina virtute fieri potuit. quadraginta diebꝫ et q̄draginta noctibꝫ vſq₃ ad mōtem dei oreb id eſt ad cacumen montis ſynai. quod mons dei ꝛ mōs oreb vocabat̃. ſicut dictū fuit ſupra. in p̄ma lectōne. Nota allegorice ꝙ ieiuniū Moyſi quod fuit in monte ſynai ſeu oreb ſignat p̄latorum ieiuniū. qui debēt corpaliter ꝛ ſpūaliter ieiunare. ꝛ ſp̄ exiſtendo in pfectōnis monte. Sūt eīm in ſtatu pfectionis exercende. Jeiuniū vero helye qđ fuit in via vſq₃ ad montē dei oreb ſignat ieiuniū ſubditoꝝ. q̄ debent vtroq₃

modo ieiunare vt acq̇rant ꝑfecti-
onem. nõ tñ eſt neceſſariũ vt eam
exerceant. q⁊ nõ ſunt in ſtatu ꝑfe-
ctionis exercẽde: ſed ſolũ acqui-
rende. Utrũqȝ aũt debet eſſe qua
draginta dieb⁊ ⁊ q̃draginta nocti
bus. quia tã iſti q̃ȝ illi ſeruare dñt
ꝺcalogũ legis cũ quattuoꝛ euãge
lijs ieſu xp̃i. Nota adhuc allego-
rice ⁊ tropologice ſiꝉ. ꝙ ille He-
lyas q̃ȝuis eſſȝ homo ꝑfectiſſimꝰ
hic tamẽ timens ⁊ fugiẽs moꝛtẽ
coꝛꝑalem ⁊ doꝛmiẽs in via ꝑ q̃m
debebat ire ad dñm: typuȝ gerit
homĩs pctõꝛis. ꝙ aũt tactus fu-
i tꝑ angelũ. ⁊ ꝙ reſpexit. ⁊ ꝙ ſur-
rexit. ac comedit ⁊ bibit. ⁊ ꝙ am-
bulauit tot dieb⁊ ⁊ noctib⁊ donec
venit ad montẽ dñi: verũ ſig̃t pe
nitentẽ. Unde notandũ in to-
ta hiſtoꝛia ſpũalꝛ expoſita q̃ttuoꝛ
ꝯſiderãda occurrũt. ſcȝ peccantiſ
ꝑtinacia. penitẽtis obediẽtia. vo-
cantis diligentia. ꝑnĩe efficacia.
Peccantis autẽ inſolentia ⁊ ꝑti-
nacia cauſaꝛ ex q̃ttuoꝛ. q̃ in ꝑ̇ma
parte huiꝰ ſcripture euidenter oñ
dunꝛ. ſcȝ ex trepidatõe q̃ retrahit
Euagatiõe que diſtrahit. ⁊ dele-
ctatiõe que decipit. ⁊ aſſuefactõe.
que quaſi cõpellit. Trepidatio ãt
retrahens notaꝛ in hoc q̇ꝺ hiſto-
ria innuit. ſcȝ ꝙ helyas timẽs fu
giebat. multi em̃ negligũt a pec-
cato ſurgere ⁊ penitentiaȝ facere.
q⁊ timẽt frenũ abſtinẽtie. onꝰ pe-
nitentie. doloꝛẽ diſcipline. ⁊ ſtatũ
religionis ſancte. Trepidant em̃
timoꝛe vbi nõ eſt timoꝛ Dicit em̃

Criſ. omelia quarta ſuꝑ Math.
ꝙ q̇ erubeſcit peccata confiteri. et
ſup. penitentiã facere: non timet
deum. Perfectꝰ em̃ timoꝛ ſoluit
omnẽ pudoꝛẽ. Cõfeſſio vero pec-
catoꝝ ⁊ penitẽtia teſtimoniũ eſt
conſcie timentis deum. D
Audiat g̃ quilibet verbuȝ xp̃i
dicẽtis. Dico vobis amicis me-
is ne terreamĩ ab his q̇ occidunt
coꝛpꝰ ⁊c̃. Lu. xij. Euagatio ve-
ro diſtrahẽs notaꝛ in hoc ꝙ ſcri-
ptura illa dicit ꝙ helyas ibat q̃-
cunqȝ ferebat ip̃m ſua voluntas.
Multi nanqȝ etiã clerici ſic va-
ganꝛ per creaturas. ſic diſtrabun
tur ⁊ occupanꝛ in mundanis ne-
gocijs. eũtes q̃cunqȝ fert eos ſua
volũtas peruerſa. mõ ad ſuꝑfluã
acquiſitõem, ſup. pecuniaꝝ. mo-
do ad iniquã defenſionẽ cauſaꝝ.
mõ ad curioſam inq̇ſitõem ſcꝑ̇tu
raꝝ. ⁊ ſepe ad immũdã delectati-
onẽ. ꝙ vix ne dicam vna die: imo
nec vna hoꝛa in anno pñt vacare
ſue ꝯſcĩe ⁊ ſaluti anĩe ſue. ⁊ vt ti-
mendũ eſt infructuoſe ꝯfeſſionẽ
pctõꝝ faciunt. In pſ̃. em̃ de tali
bus ꝺ⁊. ꝙ dimiſit eos ꝺm deſide-
ria coꝛdis eoꝝ: ibũt in adinuẽtio
nib⁊ ſuis. Delectatio etiã deci
piẽs notaꝛ h cũ ꝺ⁊. ꝙ Helyas ſe-
dens ſub vmbꝛa iuniperi. dixit.
ſufficit mihi dñe ⁊c̃. Iſta em̃ iuni
perus ſub q̃ pctõꝛ ſedet mũdum
iſtũ ſignat. Iuniperꝰ em̃ hȝ folia
pulchꝛa ⁊ virẽtia ſub quib⁊ tñ la
tẽt aculei. ⁊ g̃na q̃dã mꝉtũ ama-
ra. ſic ⁊ mũdus iſte p̄bet folia que

dã vĩrẽtia .ſ. carnales delectationes. tp̃ales exaltatõnes. terrenas poſſeſſiones. ꝛ multas alias fallaces ꝑmiſſiões. Et vere per talia folia decipit. q2 ſub iſtis folijs latent ſpine ꝛ grana amara q̃daꝫ. que ſi bene terant̃ inueniũt̃ amara. Pungit em̃ mũdus adherentes ſibi. ſpũaliter diſtractõibꝰ. tẽporaliter occupatõibꝰ. corꝑaliter tribulatõibꝰ. ꝛ eternal'r obligationibꝰ ad penã eternã. ꝛ tñ mũdani homines ſic faſcinãtur per illa folia q̃ appꝑent. ꝙ ſpinas nõ ſentiũt. ſemꝑ volunt ſedere ſub iunipero. nihil aliud appetũt. q2 forſan nihil meliꝰ eſſe credũt. vñ dicũt cum helya. Sufficit mihi domine. et tñ iſta iuniperus gignit pir. i. ignẽ qui nũq̃ꝫ dicit ſufficit. Prouerb. xxx. Aſſuefactio aũt q̃ſi cõpellens notat̃ hic cum dicit̃: ꝙ helyas ꝓiecit ſe in vmbra iuniperi ꝛ obdormiuit. Iſta dormitio ſub vmbra iuniperi eſt ꝯſuetudo peccãdi. Sicut em̃ dormiens neceſſario cadit ad terrã. ſic q̇ peccatũ ducit in ꝯſuetudinẽ: quadã neceſſitate de pctõ cadit ſeu labitur in pctm̃. q2 ſm Gregoriuꝫ in moralibꝰ. pctm̃ qđ per pñiam nõ diluit̃: mox ſuo põdere ad aliđ trahit. Sepe eĩ ex ꝯſuetudĩe peccandi pctõres quaſi captiui cum quadã violẽtia ad peccandũ trahunt̃. vt dicit Iſiđ. de ſum bo. li. ij. c. xxij. ꝛ alibi. xxiij. c. eiuſdẽ libri dicit ꝙ delectatio praua parit cõſenſionẽ. ꝯſenſio actionẽ. actio cõſuetudinẽ. ꝯſuetudo neceſſitateꝫ. ſic q̃ꝫ his vinculis homo implicatus: quadã vicioꝝ cathena tenetur aſtrictus. ita vt ab ea nequaq̃ꝫ euelli valeat. niſi diuina g̃tia manũ iacẽtis apprehẽdat. Itẽ ſic dormiens non ſentit ea q̃ ipſemet oꝑatur: ita qui peccata ducit ĩ cõſuetudinẽ: nõ percipit q̃ꝫ g̃uia ſũt crimina q̃ committit. Quia ſm Iſidoꝝ. ij. de ſum. bo. xxij. caplo. Omñe pctm̃ anteq̃ꝫ cõmittat̃: amplius ꝑtimeſcit̃. quãuis aũt graue ſit: dum in vſum venerit leue exiſtimat̃. Iſta ãt mala dormitio praue ꝯſuetudinis pctõres pertinaces ꝛ negligẽtes ad ſurgendũ facit. Vnđ de diabolo đr Iob. xl ꝙ dormit ſub vmbra. in ſecreto calami. in locis humentibus

I Vocãtꝫ aũt diligẽtia tãgit̃ in ſecunda parte huius hiſtorie. Cum dicit̃. Ecce angelus domini ꝛc̃. videte quomõ deus humano more loquẽdo eſt ſũme ſollicitus devocando peccatorẽ. Vocat em̃ eum ſm ꝙ hic innuit̃ quattuor modis. ſcꝫ aſſiſtentia ſue viſitationis. efficacia ſue inſpiratõis eloquẽtia ſue exhortatiõis. affluẽtia ſue ꝓpiciatõis. Vocat dico deus aſſiſtentia ſue viſitationis. q̃đ notat̃ cuꝫ dicit̃. Et ecce angelꝰ domini. id eſt qui eſt dominꝰ aſtitit ꝑncipaliter vt illabat̃ ſpũaliter intimis ꝯſcientie. Ego ipſe qui loq̃bar ecce aſſum. dicit ipſe deꝰ Eſa. lij Vocat etiam efficacia ſue iſpirationis. quod notat̃ cum addit̃.

Tetigit eum. O tactus dñe ma-
nus q̃ntum eſt virtuoſus. Com-
primit eñ radicẽ omnis mali. ſ.
concupiſcentiã. Angelus nanq̃
tetigit neruum femoris Jacob ⁊
ſtatim emarcuit. Gen̄. xxxij. Uo-
cat inſup eloquentia ſue exhorta-
tionis. quod notat̃ in hoc q̃d ſub-
ditur. tetigit eum dicens. Sur-
ge comede. grãdis eñ tibi reſtat
via. Surge per peccati deteſtati-
onẽ. comede per attentã ꝯſidera-
tionẽ. Sicut eñ in comeſtiõe cor-
porali cibus ſumit̃. deinde terit̃.
et maſticat̃. ⁊ ſic ſapor cibi perci-
pitur. ⁊ fructũ comeſtionis ꝯme-
dens ꝯſequitur. ſic in attenta cõ-
ſideratiõe in mentẽ veniũt pecca-
ta p̃terita. beneficia collata. ſup-
plicia cõminata. ⁊ p̃mia p̃parata
Deinde cõterunt̃ ⁊ maſticantur ⁊
ruminantur. ⁊ ſic aliq̇s ſapor ſpi-
ritualis ꝑcipitur. ⁊ fructũ ꝯſide-
ratõnis ꝯſiderans conſeq̇t̃. Grã-
dis inquit tibi reſtat via. ſup. ad
ſaluatõem: quia vſq̃ ad celũ. O
via vſq̃ ad celum q̃ſ ſit longa q̃ſ
ſit arta. q̃ſ ſit dura. q̃ſ ſit laborio-
ſa ſciunt qui illic aſcenderũt. Jn
pſ̃. Surge ⁊ ingredere ciuitatẽ
. ſ. mentis tue per attentã ꝯſidera-
tionẽ. fuit dictum Saulo Actuũ
ix. ca. Et dicetur tibi quid te op-
teat facere. Et ſponſa Canticorũ
tertio ait. Surgam ⁊ circũibo ci-
uitatem ⁊c̃. Uocat nihilominus
deus quarto affluentia ſue ꝓpici-
ationis. Propiciat̃ nanq̃ iſte pec-
catorem excitans. ⁊ ponit ad ca-
put ſuum. id eſt in ſuperiori par-
te ratõnis panem ſubcinericium
et vas aque. id eſt conſideratõem
preſentis peregrinatõnis. que de-
fluit ſicut aqua. ⁊ vltime ĩcinera-
tionis. Jſte panis ſubcinericius
illa conſideratio mortis terret ca-
ſtra madian. quia ip̃a mors acce-
dens ad tabernaculum corporis
ip̃m penitus ſoluit. ⁊ terre peni-
tus equalem facit. vt habetur in
figura Judicum. vij. Sic igitur
vocat chriſtus peccatorem. Et ñ
vacat a myſterio ꝙ Helyas pri-
mo excitatus iterum obdormi-
uit. quem ſecundo angelus exci-
tauit. quia plerũq̃ cõtigit ꝙ pec-
catores ad tactum ſpũalem diui-
ne manus excitent̃. reſpiciant et
conſiderent quid fecerunt. quid ĩ-
currerunt. quid amiſeruut. quid
offenderunt. ſed totum contem-
nunt et iterum ſopore peccati de-
primuntur. verũtamẽ deus miſe-
ricors ip̃os non deſerit: adhuc ac-
cedit. et adhuc tangit. adhuc vo-
cat. adhuc eaſdem conſideratio-
nes quas prius imprimit et pro-
pinat. etiam obſtinatiſſimos ⁊ de-
ſperatiſſimos excitando conuer-
tit. et conuertendo recipit. Unde
Auguſtinus ꝯ nouacianos. Am-
plius letatur deus de anima de-
ſperata ⁊ aliquãdo conuerſa q̃ſ d̃
ea que nunq̃ extitit ꝑdita. dic̃ Jſi-
do. ij. de ſum. bo. ca. xiiij. ⁊ idẽ ſub-
iungit. Nullꝰ deſpare dꝫ de venia
etiã ſi circa finẽ vite ſue ad pñiã
conuertat̃. k Penitentis xe-

ro obediētia tangit᷑ in tertia par-
te huiꝰ hiſtorie. Cū dicit᷑ ꝙ He-
lyas ſurrexit comedit et bibit et
ambulauit. Reuera cū pctōr ob
audit diuinā vocationē. cū nō re
pellit diuinā inſpiratōem. cū con
ſentit diuine monitiōi: ſtatim ſur
git pctm̄ deſerēdo. ſtatim come-
dit pctm̄ puniēdo. comedit enim
panē artū ſbcinericiū pnīe. ſtatī bi
bit potum ſuū cum fletu miſcen
do. dicēs cum Pſ. Cinerē tanq̄3
panē manducabā. ⁊ potum meū
cū fletu miſcebā. Grandis reſtat
via vſq3 ad celū. grandis eſt aſcē-
ſus vſq3 ad montē dei oreb. Et iō
debet aīa ꝯfortari comedēdo pa
nē durum penitētie. ⁊ bibēdo po
culū lacrimaꝝ: ſtatim ambulat ī
virtutibꝫ ꝓficiendo. Quia ſcđm
Bernar. in ſmone quodā de pu-
rificatōe beate ꝟginis. In via dei
nō ꝓgredi: regredi eſt. Sic ſurre
xit rex niniue ad p̄dicatōe3 Jone
vt dr Jone. iij. Adhuc q̄draginta
dies ⁊ niniue ſubuertet᷑. Clama-
uit Jonas. ſurrexit rex niniue de
ſolio iniq̄tatis in q̄ ſedebat. ⁊ ab
iecit a ſe veſtimentū. ſ. ꝑuerſe con
ſuetudinis. ⁊ indutus eſt ſacco. ⁊
ſedit in cinere. ſc3 in ſignū humi-
litatis cordis ⁊ amaritudinis pe
nitētie. Et qr cor contritū ⁊ humi
liatū deus nō deſpicit: ideo ſequit᷑
ꝙ miſertus eſt dn̄s ſuꝑ malicia3
quā locutus eſt eis vt faceret. et
nō fecit. O dei miſericordia quā
totiens ad iracundiā excitamus.
Sufficit ⁊ ei ſolus pudor pro pe
na. dicit Cris᷑. omelia q̄rta ſuper
Math. Nō ſic ſurgūt multi pec
catores. deus pulſat. tangit cor.
accedit. clamat. dicēs cū pſ. Nū
quid q̇ dormit non adijciat vt re-
ſurgat. ⁊ ipi cōtemnūt dei vocati
onē. repellūt dei inſpiratōem. ob
durant᷑ ⁊ obſtinant᷑ ⁊ nollūt reſur
gere cum poſſunt. ſꝑantes ſe for-
te poſſe ſurgere cu3 nō poſſint dei
iuſticia exigēte. Vſq3 q̄ piger dor-
mies. quādo ꝯſurges a ſōno tuo
Paululū dormies ⁊c̄. Vſq3 ibi.
q̄ſi vir armatus. Prouer. vj. Fe-
ſtinare ergo nō pigritari d3 vnuſ-
quiſq3 ad deū penitēdo dum p̄t.
ne ſup. dum voluerit cū tarde vo
luerit: oīno nō poſſit. dicit Iſido
rus. ij. de ſum. bono. xiij. c. ⁊ ſbdit
Qui praue viuēdo pniam agit ī
mortis articlo. ſicut eius damna
tio incerta eſt. ſic ⁊ eius remiſſio
dubia. Qui ergo cupit in morte
certus eſſe de indulgētia ſanꝰ pe
niteat. ſanꝰ ꝑpetrata facinora de-
fleat. Hec ille ⁊ Penitentie
inſuꝑ efficacia tangit᷑ in vltia ꝑte
huiꝰ hiſtorie. cū in fine cōcludit᷑.
ꝙ helyas in fortitudine cibi illiꝰ
vſq3 ad montē dei oreb ambula-
uit q̄dra ginta diebꝫ ⁊ q̄draginta
noctibꝫ. Et vide ꝙ magnā effica
ciā penitentie probāt q̄ttuor hec.
ſc3 reſumptio roborꝫ. ꝓtractio tē
poris. perfectio oꝑis. directio in-
tentiōis. Propter p̄mū dr ꝙ ī for
titudīe cibi illiꝰ. ſ. penitentie am
bulauit qui prius iacebat. Sur-
ge ergo et tolle grabatum tuum

et ambula. dixit chriſtus illi q̇ iacebat infirmus Joh. v. et ſuſtulit grabatũ ſuuꝫ ⁊ ambulauit. Propter ſecundum addit̃. ꝙ ambulauit q̃draginta diebꝰ ⁊ q̃draginta noctibꝰ. id eſt toto tp̃e p̃ſentis miſerie. qđ per numerũ q̃dragenarium intelligit̃. tot annis fuerũt filij iſrael in deſerto. Propter tertium ſubdit̃. ꝙ in fortitudine cibi illius ambulauit vſqꝫ ad monté. quia in virtute penitẽtie ambulat homo nõ vſqꝫ ad vallẽ carnaliuꝫ deſiderioꝝ. ſed vſqꝫ ad montem dei oreb. id eſt vſqꝫ ad obſeruantiã legaliuꝫ mandatoꝝ. In oreb ad lr̃am data fuit lex. Syna eniꝫ vt dictũ eſt ſupra. pars mõtis eſt oreb. Propter quartũ ſubiungit̃ dei. q꞉ virtus penitẽtie non ducit hoĩem vſqꝫ ad montẽ diaboli: ſꝫ vſqꝫ ad montẽ dei. Pnĩa nãqꝫ ꝑfecta intentõeꝫ ⁊ oĩa opa dirigit ĩ deum. Illa inq̇t Iſiđ. de ſum. bo. cap̃. xij. eſt ꝯuerſis ꝑfecta compũctionis affectio: que oẽs a ſe carnaliũ deſiderioꝝ affectus repellit et intentõem ſuã toto mẽtis ſtudio in dei contemplatiõe defigit. Nota totã illã allegoriam ꝓ ſcđa rõne q̃ ꝓbat̃ ꝙ eſt ſurgendũ a peccato. que eſt ſedulitas vocantis ⁊ excitãtis ad ſurgendũ ſup̱iꝰ ĩ dominica p̃ma de aduẽtu in ſermone illo. Hora eſt. ⁊c̃. fuerũt aſſig̃te q̃ttuor rõnes quare ſurgẽdum eſt a peccato. Et p̃ma fuit ibi declarata. ſecũda vero hic declarat̃.

Patet aũt ꝯcordia inter iſtas duas lectiões ⁊ euangeliũ qđ hodierna die legit̃. qđ ſcribit̃ Mat. xij. ⁊ incipit. Acceſſerũt ad ieſum ſcribe ⁊ phariſei ⁊c̃. In p̃ma eniꝫ lectione đr ꝙ lex fuit ſcripta ĩ mõte operto caligĩoſa nube. quod fuit ſignũ future excecatiõis iudeorum. ꝓpter quã nihil volũt credere niſi videant ſignũ. vñ dixerũt xp̃o ſicut habet p̃ma pars iſtiꝰ euangelij. Magiſter volumꝰ a te ſignũ videre. Itẽ in eadẽ lectione đr ꝙ lex fuit ſcripta in tabul' lapideiſ. quod fuit ſignũ future duricie et obſtinationis iudeoꝝ. ꝓpter qđ gẽtiles niniuite ⁊ regina auſtri qui ad conuerſionẽ fuerũt ꝓniores cõꝑatiõe iudeoꝝ appꝑebũt iuſti in extremo iudicio. ſicut dic̃ pars euãgelij ſecũda. Itẽ innuit ĩ eadẽ lectõne ꝙ Moyſe aſcendente in montẽ: ꝓplus manſit ĩ radice mõtis. qđ fuit ſignũ future vacationis ⁊ ocioſitatis iudeoꝝ. ꝓpter quã diabolꝰ q̇ ab eis exiuerat ꝓpter legis obſeruãtiã: ad ipſos redijt. fuerũtqꝫ nouiſſima eorum peiora p̃oribꝰ ſicut plane innuit tertia pars euãgelij. ſ. Cum immũdus ſpũs exierit ab homine ⁊c̃. iuxta doctoꝝ ſanctoꝝ expoſitiões. In ſcđa vero lectiõe ſicut viſum eſt plane innuit̃ vera penitentia peccatoris. verus autẽ penitens eſt ille qui facit voluntatẽ patris celeſtis. ſicut dicit quarta pars euangelij. ⁊ ille frater et ſoror et mater chriſti eſt. Generat ei chriſtum in ſua conſcientia ſicut

mater.⁊ ſic frater ⁊ ſoror erit co-
heres chriſti in regno celeſti. Ad
quod regnum nos perducat Je-
ſus xp̄s Marie filius. Amen.

Feria q̄nta poſt inuoca. M

In diebus
illis. Factus eſt ſermo
domini ad me dicens.
Fili hominis quid eſt ꝙ
inter vos ⁊c. Eze.xviij. In lecti-
one ſupra p̄cedenti tertia feria ex-
poſita mōuit eccl'ia peccatorē quē-
libet vt viam ſuā malā deſerat.⁊
cogitationes ſuas prauas: ꝓponēſ
verba Eſaye dicentis. Derelīqt
impius viam ſuam ⁊c. Et qꝛ for-
ſan aliquis homo diceret: ꝙ hoc
ad ſalutem eſſet neceſſarium ſi q̇-
libet pro peccato proprio penam
deberet ſuſtinere.ſed hoc non vi-
detur verum.quia pater pro pec-
cato filij penam non ſuſtiet.ſꝫ filij
puniunt̄ pro peccatiſ parentum.
Hoc autē probare videt̄ ex verbo
domini dicētiſ Exodi.xx. Ego ſū
dn̄s deus tuus fortis ʒelotes. vi-
ſitans iniquitateʒ patrū in filioſ
in tertiā ⁊ quartā generatōem eo-
rum qui oderunt me. ⁊c. Quod
quidē verbū nō ſolū inter filios
iſrael: ſed etiā inter hereticos fuit
reputatū nō parabola: ſed ſimpli-
cem dei ſententiā ꝯtinens. vt vi-
delicet pro peccatis parentū filij
puniant̄. Ex quo aſſumpſerūt fi-
lij iſrael quoddā prouerbiū deri-
ſiuum ⁊ ſubſannatiuū diuine iu-
ſticie.hoc videlicet.patres come-
derunt vuam acerbā. ⁊ dentes fi-
lioꝝ obſtupeſcūt. Cuiꝰ ſenſꝰ erat.
patres peccauerūt ⁊ filij pro pec-
catis parētū puniunt̄. q̄ſi diceret
Ecce pulchra dei iuſticia qui ve-
tus condidit teſtamentū ꝙ vnus
peccat ⁊ alter innocēs penā por-
tat.ergo cōcludebant. videt̄ ꝙ nō
ſit neceſſariū pctōrē quēlibet viā
ſuam malā relinquere.qꝛ ꝓ pctis
ſuis nō ipi: ſed filij punient̄. Iſta
euaſio ⁊ exceptio ꝯtra verba Eſa-
ye proceſſit ex malo intellectu eo-
rum qui verba p̄dicta nō putaue-
runt eſſe parabolam.aliud verbiſ
exprimentem ⁊ aliud ſenſu conti-
nentē.imo putauerūt eſſe ſimpli-
cem dei ſentētiā.idcirco vt remo-
ueat̄ omne impedimētū peniten-
tie: occurrit ſancta mater eccleſia
referēs verba dn̄i dicta ad Ezech-
ielē.per que deus ip̄e nō corrigit
verba dicta in Exo.vt dixer̄t he-
retici.cum idē deus ſit actor vtri-
uſqꝫ libri.ſed declarat verba iſta
oſtendēs ꝙ fuerūt parabolica. et
ꝙ aliū ſenſū habuerūt.quē nec he-
brei nec heretici cap̄e potuerunt.
quibꝰ declaratis ceſſare debet ꝓ-
uerbiū diuine iuſticie deriſiuum
ſcꝫ patres comederunt vuā acer-
bā ⁊c. Ad quoꝝ plenioꝛē euiden-
tiā aliqua ſunt notanda. Primū
ꝙ eſt duplex pena que ꝓpter pctā
a deo infligit̄.ſcꝫ tp̄alis ⁊ eterna.
Secundū eſt ꝙ p̄abola.vt Jero.
innuit in originali.eſt ſermo vnū
verbis exp̄mens.⁊ aliud explicāſ

ſenſu,ſicut illud quod dr̄ Judic̄.
ix. Jerunt lingua vt vngerēt ſup
ſe regem ꝛc̄. Nō em̄ fuit ſenſ⁹ iſte
litteralis quē exp̄mebāt verba.qꝛ
iſte falſus eſſet.ſed alius intelli-
gens per ligna viros ſichimitas.
et per regē ip̄m abymelech. Et ſi
cut etiā eſt illud qd̄ dicit ſaluatoꝛ
de ſemine Luce.viij. de zizanijs.
De theſauro abſcōdito.ꝛ de ſage
na miſſa in mari Math.xiij.ꝛ d̄
multis alijs ex quib⁹ ſumunt̄ pa
rabole.i. cōparatiōes inter ea q̄
ſunt diſſimilia,ꝓpter tn̄ aliquā ſi-
militudinē. Ut em̄ haberi pōt ex
Jſidoꝛo ethimo p̄mo.parabola ē
inter res diſſimiles ꝯpatiua ſili-
tudo. Tertiū eſt ꝙ verba dn̄i di-
centis in Exo. Ego ſum deus vi
ſitans pctā patrū in filios ꝛc̄. Ex
odo.xx. Et v̄ba moyſi dicentꝭ d̄o
Nume.xiiij. Qui viſitas pecca-
ta patrū in filios. etiā tp̄e Jeron̄.
nō putabant̄ eſſe parabolica. ſed
ſimplicis ſentētie dei explicatiua
Ex quo vt dicit patiebātur ſcan
dalū ꝯtra iuſticiā dei. vicȝ ꝙ vn⁹
peccaret ꝛ alter puniret̄.licȝ dice-
remus ꝙ in hoc etiā mōſtrabatur
dei miſericoꝛdia ſiue clementia.q̄
nō ſtatim puniebat:ſed lōgo tem
poꝛe punire differebat N

Quartū eſt ꝙ d̄s ꝓpter pecca
ta parentū punit filios ꝛ nepoteſ
pena tp̄ali.ſic dic̄ Jeremi.in ſua
or̄one. Patres noſtri peccauerūt
et nō ſunt.ꝛ nos iniq̄tates eoꝛuȝ
poꝛtauimus.ſup.ī pena.pꝛopter
pctm̄ em̄ cham filij noe fuit puni
tus temp̄alr̄ filius ei⁹ chanaā.di-
cente Noe Geñ.ix. Maledictus
chanaan ſeru⁹ ſeruoꝝ erit fratri-
bus ſuis. Nec mirū ē.qꝛ etiaȝ pꝛo
peccato p̄ncipis punit̄ interduȝ
tp̄aliter ꝓpl'i multitudo.ij. Reg.
vlti. Et ꝙ hoc quidē iuſte fit. tuȝ
quia pena tp̄alis p̄ncipaliter re-
ſpicit coꝛpus.filij autē ſunt p̄nci-
paliter ſcḋm coꝛpus quedā poꝛtio
patris.tum etiā quia pena tp̄alis
cedit illi qui punit̄ in aliquā vti
litatē. Eſt em̄ ei exercēde virtutiſ
materia ꝛ occaſio.vt nō ſit pater-
ne malicie imitatoꝛ. Unde applī
cando verba ꝓpoſita ad penā tp̄a
lem:poſſumus dicere ꝙ non fue
rūt parabolica.ſed explicatiā di-
uine ſentētie.qꝛ ad lr̄am puniun
tur filij tp̄aliter ꝛ iuſte ꝓ peccatiſ
parentū.ꝛ ſcḋm hoc non opoꝛtȝ ꝙ
ceſſet ꝓuerbiū. Patres comede-
runt vuam acerbā ꝛc̄. Uerūtn̄ lo
quēdo de pena eterna q̄ dicit affli
ctionē ꝑpetuā ꝛ eternā carētiaȝ di
uine viſiōis:d̄s nūq̄ȝ punit vnū
ꝓ pctō alteri⁹.vn̄ nec filiū nec ne
potē ꝓ pctō p̄ntū. H̄ em̄ eēt apte i-
iuſticia.tū qꝛ pēa illa p̄ncipalr̄ re-
ſpic̄ aīaȝ.aīa āt filij nō ē ex aīa
p̄ris.nec p̄ v̄tutē p̄ris educit̄: ſȝ i-
mediate a d̄o creat̄ ſic̄ aīa p̄ris.tū
qꝛ illa pēa ī nullā p̄t cedere vtili-
tatē illi⁹ q̄ pūit̄.ſȝ ei cedit ī dānū ī
finitū.vn̄ loq̄ndo d̄ illa pēa poſſu
m⁹ dicere ꝙ v̄ba ꝓpoſita fuer̄t pa
rabolica.n̄ ei fuit ille ſēſ⁹ v̄boꝝ q̄ȝ ex
p̄mūt.qꝛ fili⁹ n̄ pūit̄ tli pēa ꝓpter
pctm̄ p̄ris. ſȝ ꝓpt̄ ꝓpꝛiū. q̄d euidēt

innuitur.cum ſubditur in tertiã
et quartã generatõez eoꝝ.ſcilꝫ fi/
lioꝝ qui oderunt me. Unde ſen/
ſus eſt ꝙ filij ⁊ nepotes ſi puniũ
tur pena eterna.hoc nõ eſt niſi ꝓ/
pter pctm̃ ꝓpꝛium.quia oderunt
deũ ſicut ⁊ pr̃es oderũt.vñ ly ge/
neratõem nõ ſumit̃ actiue:ſꝫ paſ/
ſiue.ſi loquamur de pena eterna.
quãuis ſumi poſſit actiue. loquẽ
do de pena tempali.⁊ qꝫtum ad
hoc poſſum⁹ dicere ꝙ ceſſare de/
bet ꝓuerbiũ. Patres comederũt
vuã acerbam. Quintuꝫ eſt ꝙ ſm
aliq̃s (vt dicit Hieronym⁹ ĩ ori/
ginali) aliter oſtendũt̃ v̓ba illa pa
rabolica fuiſſe. Dicũt em̃ ꝙ incẽ/
tiua vicioꝝ ⁊ ṗmi motus cogita/
tionũ ⁊ ṗma puncta ſenſuũ ad il
licitã delectatõem.ſine quibus ꝺ
cõmuni lege null⁹ põt trãſire vitã
illã: dicunt̃ hic pr̃es.qꝛ ex his ori
untur om̃ia mala.que quoniã vi
cioſa ſunt ⁊ ꝯtra ꝯdicionẽ natu/
re inſtitute pctã quedaꝫ dici poſ/
ſũt.q̃ꝫuis nõ culpe. Filij aũt iſto/
rũ patrum ſunt cogitatiões cum
ꝯſenſu in opus. Nepotes aũt ſũt
male opationes. Pronepotes ve
ro mala ꝯſuetudo. ⁊ gl̃iatio pec/
candi.⁊ pcti ꝯtemptus. Quid i/
git̃ ṗmi mot⁹ q̃ꝫuis pctã ſint. q̇a
ſunt nature deoꝛdinatões. nõ tñ
imputant̃ ad eternã penã. eo ꝙ ñ
ſunt in ptãte noſtra.⁊ ideo culpe
nõ ſũt. Non em̃ eſt ĩ poteſtate no/
ſtra quibꝫ viſis tangamur.dicit
Auguſtin⁹.ſed illa peccata patꝝ
ex quibꝫ oriunt̃ filij ⁊ nepotes et
pronepotes imputãt̃ iſtis ad pe/
nam eternã.qꝛ ꝯſenſus in opus.
et ip̃a opera praua.⁊ ꝯtempt⁹ pec
cati.que nõ ſolum pctã ſꝫ etiã cul
pe ſunt:eterna pena puniunt̃.er/
go quodãmodo filij nepotes ⁊ ꝓ
nepotes ꝓ peccato patrum eter/
naliter puniunt̃. Sextũ eſt.ꝙ ſicͭ
peccatũ patris nõ imputat̃ filijs
ad penã eternã.quãuis aliqñ eis
cedat in penã tpalem.ſic ⁊ iuſti/
cia patris nõ meret̃ filijs vitaꝫ e/
ternã.dico de ꝯdigno meret̃ tam̃
tpale eis beneficiũ. ſicut ex mul/
tis locꝭ ſacre ſcripture colligitur
euidenter. Juſticia em̃ patrũ.ſcꝫ
Abrahã yſaac ⁊ iacob meruerũt
filijs iſrl̓ multa tpalia bona. ⁊ iu
ſticia Dauid meruit tribui Juda
ꝑpetuitatẽ regni. Et magis mere
tur filijs iuſticia patrũ q̃ꝫ nocere
poſſet eoꝝ iniuſticia.eo ꝙ de⁹ ꝓ/
nioꝛ eſt ad miſerendũ q̃ꝫ ad ꝯdẽ/
nandum. Quilibet igit̃ ꝓpter pec
catũ ꝓpꝛium: nõ alterius ꝯdẽna
bit̃.⁊ q̇libet ꝓpter iuſticiã ꝓpriam
ſaluabit̃. Uñ peccatum patrꝭ nõ
nocebit q̃ꝫtũ ad h̓ iuſto filio. nec
iuſticia patris proderit q̃ꝫtuꝫ ad
hoc filio peccatori. Quod ſatꝭ dif
fuſe declarat deus per iſtam pro/
phetiam in hoc eodem capitulo.
ſicut apparet intuenti. Et dico: ꝺ
clarat: non corrigit.abſit. dicta ĩ
Exodo.ſicut dixerunt heretici ir
ridentes deum veteris teſtamen
ti tanquam crudelem.qui quidẽ
ipſum vetus teſtamentum nõ re/
cipiunt. Bene ergo dixit Eſayas

Derelinquat impi⁹ viaȝ ſuā ꝛc̄.
hoc enī neceſſarium eſt cuilibet
ad ſalutē. ¶ His viſis le-
ctio pñs ſic diuidat̄. Primo.n.
ip̄e de⁹ mouet de quadā parabo
la queſtioneȝ.d. Quid eſt ꝙ ꝛc̄.
Scd̄o ꝑmittit q̄ſtionis ceſſatio
nem.ibi. Uiuo ego. Tertio aſſi
gnat ceſſationis rōnem.ibi. Ec
ce omēs anīe. Quarto ſubiūgit
rōnis declarationē.ibi. Aīa que
peccauerit:ip̄a morie̾t. Pro-
pter p̄mū ō ꝑmittēre eccīa.⌊In
dieb⁊ illis⌋ ſcȝ in quib⁊ ezechiel
ꝓphetabat in babylone.ꝛ hoc ſex
to anno trāſmigratōis ioachim
regis iude.qñ ſuꝑple facta ei fu-
it diuinit⁹ reuelatio ſcd̄a.⌊Fa-
ctus eſt ſermo dñi⌋.ſ.ꝑ internā
inſpirationē ꝛ ꝓpheticā reuelati
onē⌊ad me.d. Quid eſt ꝙ inter
vos⌊.ſ.filios iſrael.⌊parabolaȝ
vertitis in ꝓuerbiū in terra iſrl̄.
dicentes: Patres comederunt
vuā acerbā:ꝛ dentes filioꝝ ob-
ſtupeſcūt⌋. Que aūt erat illa pa
rabola quā vertebant tūc filij iſ
rael.ꝛ poſtea heretici in ꝓuerbi-
um hoc deriſiuū diuine iuſticie.
viſum fuit ſupra. Habem⁹ autē
hic ex verbo dñi:ꝙ illa v̾ba poſi
ta in exo.ꝑabola fuerūt Sic igit̄
mouet de illa parabola q̄ſtionē:
Cōſequēter ꝑmittit q̄ſtionis
ceſſationē.d.⌊Uiuo ego dic̄ do
min⁹. Si ꝓ nō.⌊vobis erit vltra
parabola hec in ꝓuerbiū in iſrl̄⌋
Ecce.ꝙ ceſſabit illa q̄ſtio. q̄niā
parabola hec nō verte̾t ampli⁹ ī
ꝓuerbiū.eo ꝙ declarabit̄ fuiſ-
ſe parabola.ꝛ nō ſimplicem dei
ſniam explicare. Et nota ꝙ h̄
dicit̄. Uiuo ego.eſt iuramentuȝ
quo de⁹ iurat.qd̄ nihil aliud eſt
q̄ȝ eius diffinitiua ſnīa ꝛ ꝓmiſ-
ſio:que ſemꝑ ſtabilis ē ꝛ firma.
iuxta illud pſ̄. Jurauit domin⁹
ꝛ nō penitebit eū. Jurant enim
omēs hoīes.ſm Apl̄m.ꝑ aliqđ
ſuꝑi⁹ ſe.ꝛ q₂ deo nihil eſt ſuꝑi⁹.
ideo ip̄e iurat ꝑ ſemetip̄m. De-
inde tertio aſſignat rōeȝ ceſſatio
nis.d.⌊Ecce oēs anīe mee ſūt.⌋
q.d.ceſſabit iſta q̄ſtio.et p̄dicta
parabola nō verte̾t in ꝓuerbiuȝ.
q₂ ꝓ pctō p̄ris nequāq̄ȝ fili⁹ eter
naliter punie̾t. Cui⁹ rō eſt.⌊Ec
ce omēs aīe mee ſūt⌋.q₂ ſuꝑ.mea
virtute create.ꝛ mea imagīe in-
ſignite:ꝛ a me inhabitande:ꝛ in
me glorificande:ꝛ ꝑ me ꝯdēnan
de.ſi glorificari debeant vel cō-
demnari.vt enī aīa p̄ris.ita aīa
filij mea eſt. Nō enī eſt ex aīa pa
tris.ergo pctm̄ patris nō impu
tabit̄ filio ad penā eternā.q₂ ani
mā reſpicit p̄ncipaliter pena illa
Poſtea q̄rto declarat qd̄ im-
mediate eſt dictū: ſubdēs.⌊Ani
ma q̄ peccauerit⌋. Declarat autē
duo. Primū eſt ꝙ pctm̄ imputa
tur ad penā eternā pctm̄ cōmit-
tenti. Scd̄m eſt ꝙ pctm̄ nō im-
putat̄ alicui alij.ibi.⌊Et vir ſi iu
ſtus fuerit⌋. Dicit ergo q̄ ad pri
mū ſic ſe ꝯtinuans.⌊Omēs⌋ vt
dixi.⌊aīe mee ſunt⌋.i.a me ime
diate create.ꝛ ñ ē vna aīa ex alia

ideo peccatū vni⁹ debet ſibiipſi
imputari.[eni].ꝑ qꝛ.[Aia q̄ pec
cauerit.id eſt peccatum moꝛtale
cōmiſerit.[ipā moꝛietur].i.moꝛ
te eterna punieť.Signāter autē
dicit aīa.tum qꝛ peccatum foꝛ/
maliter eſt in aīa.tum qꝛ pena
eterna que pctō debeť ꝓncipali/
ter reſpicit aīam.Uel pōt dici
ꝙ loqͣtur ꝑ ſynodochen.accipiē
do partē ꝓ toto.i.aīam ꝓ hoīe.
Quo ad ſcđm vero ſic ſe cōti/
nuās dicit.Pctm̄ cuiuſlibꝫ ho/
minis vt dixi.imputatur ſibi ad
penā.ꝛ ſic imputať ei ꝙ nulli al/
teri.Si eni pctōꝛ generet filium
qui finaliter ꝑſeueret ī iuſticia.
ꝓpter pctm̄ patris nō moꝛietur:
ſed ꝓpter ꝓpꝛiā iuſticiā eternali/
ter viuet.Uñ dicit:[Et ſi vir iu
ſtus fuerit ꝛc̄.Et qm̄ iuxta ver/
bum Pš.Juſticia hꝫ duas par
tes.declinare malū ꝛ facere bo/
num.ꝛ iuſtus nō eſt qui nō deſe
rit fugienda.ꝛ nō eligit ſeu ꝑfi/
cit ꝓſequēda.ideo dñs in parte
iſta deſcribens virū iuſtū tangit
quedā que dꝫ fugere tanq̄ꝫ ma/
la.ꝛ quedam facere tanq̄ꝫ bona.
Et iuxta hoc tria facit Pꝛīo iſta
particulatim exꝓmit.ſcđo ea ſū/
matim colligit.ibi.[in pꝛeceptꝭ
meis ambulauerit.tertio fina/
le pꝛemiū iuſti ꝯcludit.ibi.ī fi/
ne.[hic iuſt⁹ erit] P Circa
ꝓmū ſciendū ꝙ nō exꝓmit parti
culatim oīa.q̄ vir iuſt⁹ dꝫ fugere
ſed aliq̄ ꝑ que dat ītelligere alia.
Exꝓmit etiā aliq̄ q̄ debet fugere
reſpectu dei.ꝛ aliq̄ q̄ debꝫ fugere
reſpectu ꝓximi.Quantū aūt ad
illa q̄ debet facere nō exꝓmit par
ticulariter:niſi ſolū illa q̄ ſunt re
ſpectu ꝓximi ꝛ reſpectu ſui.dicit
ergo ſic.Jn hoc poteſtis ſcire q̇d
dictū ſit.Reddā pctā patrūꝫ in
filios ꝛc̄.Nō videť ſonare illud
qđ multi eſtimant.Sicut conti
nuat glo.qđ ptꝫ.Quia[ꝛ ſi vir
filius ſup̄.pctōꝝ[iuſtus fuerit]
ac ꝑ hoc deū nō oderit:ſed poti⁹
dilexerit.[iudiciū ꝛ iuſticiā fece
rit Judiciū]quidē a recteratio
nis iudicio nō exeūdo.[ꝛ iuſtici
aꝫ]ſup̄.pctā cōmiſſa in ſeipō pu
niendo.Hec duo ꝓma ꝑſonā re/
ſpiciunt viri iuſti.[Jn montibꝫ
nō comederit].i.nō alibi q̄ꝫ ī lo
co debito]ſacrificauerit.q̄d di/
cit ꝓpter excelſa:in quibꝫ ꝑplˢ iſ/
rael imolabat ꝛ comedebat vſqꝫ
ad temp⁹ Joſie.vñ ſepe diciť in
libꝛis Regū.Adhuc pplˢ imo/
labat in excelſis.Qđ adhuc ob/
ſeruant heretici et ſciſmatici.q̇
alibi q̄ꝫ debeant imolant.ſcꝫ.ex
tra eccľie vnitatē.[ꝛ oculos ſuos
nō leuauerit ad idola domus iſ/
rael]vt ſupplc adoꝛet ea.q̄d dicit
ꝓpter vitulos q̄s fecit ieroboam
q̇ peccare fecerat iſrľ.q̄ꝝ vnū po
ſuit in bethel ꝛ aliud in dan.iij.
Reg.xij.q̄d adhuc faciunt here/
tici ꝛ hoīes ſupꝰbi.Heretici q̇dē
q̇ oculos mētis ſue leuant ad ſi/
mulacra.qđ de ſuis fingūt coꝛ/
dibꝫ:cum falſitatē ꝛ mendaciuꝫ
veritatē putant.vt dicit glo.Su

perbi etiã oculos mẽtis leuãt ad
idola.i.ad vanitatẽ quã ſibi ꝓ fi
ne vltimo ꝯſtituunt. Quo ꝯ di-
cit vir iuſtus ſiue humil' in pſ.
Non eſt exaltatũ cor meuꝫ: neqꝫ
elati ſũt ocli mei. Et vide ꝙ iſta
duo ſcꝫ in montib⁹ nõ comede-
rit ⁊c. ⁊ q̃ ſignificant ꝑ ipa reſpi
ciunt deũ. ꝑfidia enĩ idolatria ⁊
ſupbia directe ſunt ꝯ deũ. Et ſe-
quit'. [Et vxorem.] Ubi nota ꝙ
vir iuſtus fugit pctm̃ ⁊ offenſaꝫ
reſpectu ꝓximi. vñ non offendit
eũ in ꝑſona ꝓpria nec in perſona
ꝯiuncta nec in tꝑali ſuba. Quã-
tum autẽ ad offenſam q̃ irrogat'
ꝓximo in ꝑſona cõiuncta dicit.
[Et vxorẽ ꝓximi nõ violauerit]
id eſt adulterãdo non polluerit.
Uxor enĩ dicit' ab vngendo. ⁊ h̃
vel q2 virũ ꝓpriũ mulcet ⁊ vngit
Uel q2 antiquitus vngebantur
mulieres cũ nuptui tradebant'.
Noĩe vero ꝓximi hic oĩs homo
intelligit'. ſm Hiero. q2 nullius
hoĩs vxorem licet polluere. ĩmo
⁊ in hoc poſt iniuriã que irroga
tur homini in ꝑſona ꝓpria. iſta ẽ
maior que irrogari poteſt. [Et
ad mulierẽ menſtruatã nõ acceſ-
ſerit.] Hoc dicit quantũ ad pec-
catum q̃d quis committit reſpe
ctu ſui. polluendo ſup. extra in-
ordinate ſuam carnẽ. id eſt vxo
rem ſuã que ẽ caro viri. Ubi no-
ta ſm Iſidoꝝ. xĩ. etymologiaꝝ.
ꝙ menſtruũ eſt ſanguis ſupflu⁹
mulieris. que inter cuncta aĩa-
lia ſola aĩal menſtruale eſt. Et
dicitur a mene qđ eſt luna. quia
in quolibet circũitu lunarꝭ lumi
nis fit iſtud ꝓfluuium. Uñ Hie
rony. in originali. Per ſingulos
menſes grauia mulierũ corpo-
ra immundi ſanguinis effuſio-
ne releuantur. Et mulier men-
ſtruata dicit': que fluxũ patit' mẽ
ſtruorũ. De iſto autẽ ſanguĩe di-
cit idem Iſidor⁹ vbi. ſ. ꝙ ei⁹ cõ
tactu fruges non germinãt. ace-
ſcũt muſta. moriunt' herbe. amit
tunt arbores fructus. ferrũ rubi
go cõſumit. nigreſcũt era. Et ſi
qui canes ex eo ederint: in rabi-
em efferunt'. glutinum aſphalti
qđ nec ferro nec aquis diſſoluit':
iſto cruore pollutũ: ſponte diſꝑ-
gitur. Ad mulierem talem et ſi
ſit vxor propria: hic prohibetur
acceſſus. quia tempore tali: vt
dicit Hieronymus concepti fe-
tus vitium ſeminis contrahũt.
et leproſi ⁊ elephantici et infir-
mi ⁊ deformes generantur mẽ-
bris. Precipitur ergo hic viris:
vt non ſolum in alienis: ſed etiã
in proprijs vxoribus modum ⁊
tempora ſeruẽt. Caueat ergo vx
or ne illud celet coeundi deſide-
rio. et vir ne vim ei faciat. putãs
omni tempore ſubiectam ſibi vo
luptate coniugij. ait enĩ Sext⁹
pytagoricus: ꝙ adulter eſt vxoꝛ
ꝓprie ardentior amator. Cũ aũt
ceſſant iſta menſtrua ſeu mulie-
bria in muliere: ceſſat etiã tem-
pus cõcipiendi. q2 iã nõ eſt men
ſtrualis ſanguis a q̃ ſemen pfu-

ſuꝫ irrigetur. dicit Iſido. vbi ſupra. Et de ſara dicit Gen. xviij. q deſierant ei fieri muliebria. id eſt mēſtrua. ad innuenduꝫ q ad cōcipienduꝫ minime erat apta.

Allegorice autē q̄ntuꝫ ad iſta duo imediate dicta dic ſm gloſaꝫ Hierony. q vxor eſt ſpiritualis ſapiētia. Vñ dicit vir iuſtꝰ Sap. viij. de ſapia. Queſiui eaꝫ mihi ſponſaꝫ aſſumere. Iſtā aūt vxorem detractores ꝯtaminant qui bñ dicta p alios rephendūt: ſanctā violant: ⁊ caſtā corrūpūt. Mulier vero menſtruata ē carnalis prudentia. q̄ tota ē ſanguiniflua. ad quā ꝓhibemur accedere: ne fetus deformes. i. opa illicita pducamus. ¶ Sequit. [Et hoīem non ꝯtriſtauerit] hoc dicit quantū ad offenſam: q̄ irrogatur ꝓximo in pſona ꝓpria [hoīem] dicit. ſup. quēcūq;. [nō ꝯtriſtauerit] id eſt contumelijs ſeu verberibꝫ iniuſte ⁊ nō iuris ordine ſeruato nō affecerit. Nō dico. q2 malefactores increpari ⁊ pcuti ⁊ iterdū iterfici iuſte pñt Seq. [Pignꝰ ⁊c. Ubi incipit tangere illa q̄ vir iuſtus facit ꝓximo. ⁊ iſta ſunt q̄ttuor. Vir em̄ iuſtꝰ pignꝰ debitori reddit. Eſurientē reficit. Nuduꝫ operit. Et inter virū ⁊ virū verū iudicium facit. Primo dicit [pignꝰ debitori reddiderit. Debitori] dico paupi. ſm glo. Iero. ad ſoluēdū impotenti. ⁊ q̄ dedit p pignore ꝓpriū veſtimentū. vel lecti ſui operimentū. ⁊ multa alia q̄ etiā reddi debēt ante ſolis occaſum. ſm legē Exo. xxij. Sequit. [Per vim nihil rapuerit] Ubi tangit offenſam q̄ irrogatur ꝓximo offenſo dupliciter. ſcꝫ violēta ſubtractione. et fraudulenta exactione. De violenta ſubtractione dicit [p vim.] i. p violentiā [nihil] ſuple ptinens ad dñū ꝓximi. [rapuerit] id ē ſubtraxerit. Et qm̄ furtū aliq modo eſt violenta ſubtractio. q2 ꝯtrectatio rei aliene inuito dño. ideo nō ſoluꝫ rapina pncipaliter: ſed etiaꝫ furtū ex ꝯſequenti hic prohibetur.

Pro ſcdo dicit [Panē ſuum eſurienti dederit]. Noīe panis hic omīs cibꝰ accipit. ſm Hiero. Et ſignāter dicit [ſuū]. vt nō de rapinis aut vſuris ſeu furto panē male acquiſitū vertamꝰ in miſcdiam. ſicut multi faciūt qui de multis pauca tribuūt: vt dyaconus eoꝝ noīa recitet in eccleſijs. ⁊ dicat. tantū obtulit ille. ⁊ ſic a plauſu ppli gloriantur Signanter etiā dicit [eſurienti]. in quo docemur elemoſinā nō eſſe faciendā ſaturatis. nec his q̄ ructuant plenitudine. ſed his q̄ fame cruciant. Hec oīa dicit Hiero. in origiali. Pro tertio dicit. [Et nudū opuerit veſtimento]. ſicut fecit beatus Martinꝰ obſeruans illud Eſaie. lviij. Cū videris nudum operi eum. Hoc eſt enim vnum de illis ſex ſuple que laudabuntur iuſti in extre-

mo iudicio. Math. xxv. Alle-
gorice autem quãtũ ad iſta tria
ꝑdicta dicit: ꝙ pignus reddimꝰ
quãdo reſpectu proximi qui no-
bis debet charitatem mutuã: ni-
hil apud nos debiti retinemus.
Roma. xiij. Nemini quicꝗ̃ de-
beatis niſi vt inuicem diligatis
Panem eſurienti damꝰ quãdo
verbũ doctrine ⁊ ſacramentũ eu-
chariſtie deſiderantibus et cum
deuotione petentibus miniſtra-
mus. Nudũ veſtimento operi-
mus: quãdo verbis noſtris bo-
nis ⁊ exemplo peccatorez diſpo-
nimus ad recipiendũ fidez: cha-
ritatem ⁊ virtutes ceteras. que
ſunt nuptialis veſtis. Sequi-
tur. [ad vſuram ⁊c. Ubi tangit
offenſam que irrogat̃ in tempo-
rali ſubſtãtia. fraudulẽta exacti-
one. ꝙ vir iuſtus toto conamĩe
fugit. Hoc autem quantũ ad ꝓ-
ſens ꝑtinet: dupliciter irrogat̃.
ſcꝫ per vſuram ꝓprie dictaꝫ. que
tm̃ eſt in contractu mutui: et in
pecunia. ⁊ per vſurã cõmuniter
acceptam. que eſt in ꝗbuſdaꝫ a-
lijs contractibꝫ: ⁊ in omnibꝫ ſpe-
ciebus. Quantũ ad vſuraꝫ pro-
prie dictã dicit. [ad vſuram non
accomodauerit] ꝗ̃tum ad com-
muniter dictaꝫ ſubdit. [⁊ amp̃.
non acceperit.] ſuꝑple de aliqua
re ꝗ̃ dederit quecunꝗ̃ illa ſit: ſi-
ue ſit pecunia: ſiue granuꝫ: ſiue
vinum. vl' quecũꝗ̃ ſpecies alia.
Ad euidentiã predictorũ ſũt
aliqua notanda. Primuꝫ eſt ꝙ
vſura ꝓprie dicta habet ſolũ eſſe
in contractu mutui. De cuiꝰ ra-
tione ſunt duo. videlicet ꝙ con-
tractus ſit gratuitus. Unde ſal-
uator dicit: Mutuũ dantes: ni-
hil inde ſperantes. ⁊ ꝙ ꝑ ipſum
transferatur dominiũ rei mutu-
ate in illum qui accipit mutuũ.
Unde mutuuꝫ dicit̃. ꝗ̃ſi de meo
tuũ. Scd̃m eſt ꝙ rerũ quedam
ſunt que nullũ habent vſum pro-
prie loquẽdo. ſicut pecunie: que
ſolũ ſunt medium quoddã in cõ-
mutationibꝫ. ⁊ ideo ꝓprie loquẽ-
do pecunia nõ vendi poteſt nec
emi: nec locari. poteſt tamen de-
poni ⁊ ꝑmutari ⁊ ꝓprie mutuari
Quedã autẽ ſunt quaꝝ vſus eſt
ipſa rerũ conſumptio. ſicut bla-
dum: vinũ: panis ⁊ huiuſmodi.
⁊ talia nõ poſſunt locari. pñt ta-
men vendi ⁊ emi. deponi ⁊ per-
mutari ⁊ mutuari. Quedaꝫ ve-
ro ſunt quarum vſus poteſt ſe-
parari a proprietate earuꝫ. ſicut
domus: veſtes ⁊ equus: ⁊ huiuſ-
modi. ⁊ tales etiam locari poſ-
ſunt. Alia vero ſupradicta non.
q2 i locato ⁊ accomodato domi-
niũ non transfert̃. R Terti-
um eſt ꝙ vſura ꝓprie dicta ſicut
habet eſſe in contractu mutui:
ita ſolum habet eſſe in pecunia.
In alijs tamen contractibus et
alijs rebus multa cõmitti poſ-
ſunt in fraudem vſurariã. extra
de vſuris. Nauiganti. Et hoc ẽ
ꝙ hic dicit glo. Hieronymi. al-
ludens ꝟitati hebraice. ſm quã

cunctarũ ſpecierũ vſura hic ꝓhi-
bet᷑.cum tamen dicat ꝓpheta in
pſ̄.Pecuniam ſuam non dedit
ad vſuram.Et alia gloſa que di
cit.Putant aliq̄ vſuram tm̄ eſſe
in pecunia.ſed ſcṗtura ſacra au
fert omĩs rei ſupabũdãtiam:vt
nõ plus accipias q̄ȝ dediſti:Lo-
quit᷑ aũt de vſura cõmuniter ac-
cepta.Et q̄niã vſura ꝓprie ſum-
pta eſt in pecũia.q̄ nõ hȝ vſum.
ideo tale nomẽ accepit vſura.q̄i
vſus rapina.ꝑ contractũ enĩ vſu
rariũ q̄ſi rapit᷑ vſus.qꝛ vendit᷑ vł
locat᷑ vſus rei q̄ vſum nõ habet.

Quartũ eſt ꝙ duplex eſt vſu-
ra.ſcȝ mentalis ⁊ realis.Men-
talis q̇dem qñ mutuat᷑ aliq̇d ſi-
ne pacto ſeu inſinuatione plus
accipiendi.ṗncipaliter tamẽ in-
tentione accipiendi aliq̇d vltra
ſortem:alias nõ mutuatur⁹.Et
dico ṗncipaliter.qꝛ ſi ṗncipali-
ter mutuaret liberaliter ⁊ ex cha
ritate.⁊ ſecũdario haberet intẽ-
tionem aliã:nõ eſſet vſurarius.
Realis aũt eſt qñ aliq̇d mutua
tur ex pacto.vel cum inſinuatio
ne plus accipiendi.ita ꝙ accipi-
ens mutuũ ꝑpendere p̄t ꝙ alias
nõ mutuaret.⁊ vtroq̄ȝ modo eſt
peccatuȝ mortale.Unde qꝛ ſm
glo.Hierony.lex ꝓhibebat vſu-
ram reſpectu fratris.Dicit᷑ eniȝ
ſic Deutero.xxiij.Non ſenera-
beris frĩ tuo ad vſuraȝ pecuniã:
nec fruges:nec quãlibet aliam
rem:ſed alieno.Prophete autẽ
ſicut dauid in pſ̄.⁊ iſte hic pro-
hibent eam reſpectu omĩs hoĩs

Sed euangeliũ adhuc addit.ꝓ-
hibens ſpem ⁊ intentioneȝ plus
accipiendi.Mutuuȝ inq̇t date
⁊c̄.Intellige tamẽ ꝙ nunq̄ȝ fuit
licitũ vſurã accipere a quocũq̄ȝ
extraneo.qꝛ vſura ꝯtra naturã ē
vt ſtatim dicet᷑.ſed hebreis pro-
pter ſuã magnam cupiditatem
fuit ꝑmiſſum recipꝫ ab extrane-
is.ṗcipue ab his qui terram eis
debitã inhabitabant.ſicut dicit᷑
de libello repudij:q̄ fuit eis per
miſſus ꝓpter eorũ crudelitatem:
ne cõmitterẽt grauiora. Sex-
tum eſt ꝙ vſura peccatũ magnũ
eſt.q̄d patet.tum qꝛ eſt ꝯtra na-
turã.ſm Ariſto.ꝙ pecunia pa-
riat pecuniã.tũ etiã qꝛ vendit᷑ vł
locat᷑ vſus rei que nõ habet vſuȝ
tum etiam quia contract⁹ mu-
tui q̄ debet eſſe liberalis fit mer
cenarius.tũ inſuꝑ qꝛ vſurarius
de re q̄ non eſt ſua accipit lucrũ.
Res enĩ mutuata eſt illi⁹ q̄ acci
pit mutuum.⁊ nõ eſt mutuantꝭ.
tum etiã qꝛ vſurari⁹ vendit q̄d ē
cõmũe omnibꝫ:ſcilicet tempus.
qꝛ enim expectat.ideo plus ac-
cipit q̄ȝ dedit.tũ vlteri⁹ qꝛ vſura
rius lucratur ſine labore.tantũ
enĩ lucratur dormiens quantuȝ
vigilans.tantũ comedens:quã-
tũ laborans.tum etiaȝ quia vſu
rarius rei mutuate nunq̄ȝ reti-
net periculuȝ:ſibi nanq̄ȝ retinet
lucrum.⁊ in alium transfert pe-
riculum. S Septimũ ⁊ vl
timum eſt ꝙ quicquid ſit de vſu
ra mentali in qua forte quis nõ
tenetur reſtituere illud quod ac-

cepit vltra ſortem. licet ſit ſalū-
bre conſilium reſtituere. ſicut di
cunt. c. extra de vſuris: conſulu-
it. ⁊. in ciuitate. In vſura tamen
reali neceſſarium eſt ad ſalutem
totum reſtituere. forſan etiaꝫ lu
crum licite factum de re vſura-
ria. Uide tamen ſup̱ hoc docto-
res. quia opiniones ſunt. Totū
ergo tenetur reſtituere vltra ſor-
tem acceptum. niſi ſit acceptum
ratione pene conuentionalis vel
liberalis donationis ſeu dam-
ni dati aut intereſſe. Hec dicta
ſunt de vſuris breuiter. abſq́ ta
men preiudicio veritatis. ſm q̄
expone verba textus. [ Ad vſu-
ram non accomodauerit ] vl' ſm
lxx. [ pecuniam ad vſuram non
dederit ] id ē fenerauerit ſeu mu
tuauerit. Sic enim ſumitur hic
accomodare non proprie. q2 nō
tranſit dominiū in accomodato
ac per hoc non habet ibi locū vſu
ra. Sequitur. [ ab iniquitate
auerterit manum ſuam ]. Hoc
dicitur quantū ad ea que vir iu-
ſtus debꝫ fugere reſpectu ſui. de
bet enim omnē iniquitatē fuge-
re reſpectu ſui: ſiue māu ſiue mē
bris alijs cōmittat'. vt dicit glo-
ſa. cuiuſmodi ſunt illicitus ge-
nitalium vſus. mendacium. p̱iu
rium. falſum teſtimoniuꝫ: ⁊ hu-
iuſmodi. Sequit'. [ Judiciuꝫ fe-
cerit veꝝ inter virū ⁊ virū ] Hoc
dicit quātū ad id quod debet fa-
cere homo ſi ſit p̱ſona cōmunis.
inter proximū ⁊ proximū. ſcꝫ fa-
cere veꝝ. i. equū iudiciū. nō acci-
piens ſupple p̱ſonam pauperis.
nec verens potentiaꝫ diuitis. ſic
dicitur Leuit. xix. Non cōſide-
res perſonam pauperis in iudi-
cio ⁊c̄. Sequit'. [ Et in p̄cept meis ambulauerit ⁊c̄. ] Ubi fugien
da ⁊ p̱ſequenda ſummatim col-
ligit. dicens: [ ſi in p̄ceptis meis ]
id eſt in cuſtodia preceptoꝝ tam
affirmatiuorū q́ negatiuorum.
[ ambulauerit ]. id eſt vitam fina
liter duxerit. [ ⁊ iudicia mea cu-
ſtodierit ] idem ſignat. quia pre-
cepta domini ſūt iudicia vera iu
ſtificata in ſemetipſa. in pſ̄. [ vt
faciat veritatem ]. id eſt vt faciēs
precepta mea ⁊ iudicia viuat ſm
veritatem. ſcꝫ vite iuſticie et do-
ctrine. Conſequēter vltimo cō
cludit premiū viri iuſti. d. [ hic ]
ſupple q̄ fecerit hec ⁊ fugerit illa.
[ iuſtus eſt: vita viuet ] ſup̄. eter-
na. [ ⁊ non morie' ] addit eccleſia
ſupple eternaliter p̱ peccatis pa-
tris ſui quantūcunq́ fuerit fili9
peccatoris nephādi. Et q́ iſtud
verum ſit confirmatur per illud
q̄d d2 in textu [ Ait dn̄s de9 ] p̄ q̄
eccl'ia dic [ oīpotēs ]. Cōcordia i
ter euāgeliū ⁊ ep̄l'aꝫ. Legit āt ho-
die eccl'ia euāgeliū illud. Egreſ-
ſus. ⁊ ſcribit' Mat. xv. In q̄ poſt
q́ iſta lectio oſtendit dīnā iuſtici
am. q̄ nō ſinit filios puniri ſalteꝫ
eternal'r p̱ pctīs parētū. In euan
gelio oñdit' dīna miſcd'ia q̄ bona
parētū merita fac̄ cedere in vtili-
tatē filioꝝ corporalē ⁊ ſpiritualē

Fides enī ⁊ humilitas mulieris
chananee de qua legit̃ euangeli-
um. meruit filie ſue demoniace
ſanationē corporalem ⁊ ſpiritu-
alem. dicente chriſto. Mulier:
magna eſt fides ⁊c̄. Nec mirum
ſi merita matris ꝓfuerunt filie.
q2 vt innuit Apl's. j. Timoth. ij
merita filiorū proficiūt matri.
dicit enim ſic: Saluabit̃ muli-
er ꝑ generationē filiorū ⁊c̄. Ca-
ueamus igit̃: ne ſimus imitato-
res paternorū ſcelerū. ſed ſic vi-
uamus in iuſticia vt vitam ꝯſe-
quamur eternam.

Feria ſexta poſt Inuocauit.

HEc dicit do-
minꝰ deꝰ: Aīa que pec-
cauerit ⁊c̄. Ezech. xviij.
In lectione īmediate ꝑ-
expoſita ipſe dominꝰ deꝰ volēs
remouere omne impedimentū
pn̄ie dixit: ꝙ pctōr ql̄ibet punie-
tur pro peccato ꝓprio. ⁊ nullꝰ ali-
us propter q̄d peccatori cuilibꝫ
eſt ad ſalutem. neceſſariū digne
de peccatis ꝓprijs penitere. Et
quoniam aliq̄ iudei ⁊ aliqui he-
retici credentes verba dn̄i poſi-
ta in Exodo. ſcꝫ. Ego ſum viſi-
tans peccata patrū in filios ⁊c̄.
ſimplicem cōtinere hiſtoriam: ⁊
dn̄i ſentētiā. ⁊ nō eē verba para-
bolica. vix potuerūt intelligere
q̄n peccata cōmiſſa ꝑ vnum pu-
niant̃ in alijs. ideo reuertit̃ ipſe
in pn̄ti lectione quā hodie reci-
tat eccleſia ad probandam iſtaꝫ
cōcluſionem. videlicet ꝙ pecca-
tum cuiuſlibet ſibi ⁊ non alteri
ad penam imputat̃ eternaꝫ. Et
videte ꝙ in iſta lectiōe breuiter
tria facit. Primo enī ꝑmittit in-
tentā ꝯcluſionē. d. [Aīa q̄ pec-
cauerit] Scd̄o adducit efficacē
probationem. ibi. [filiꝰ non por-
tabit ⁊c̄. Tertio excludit friuolā
obiectionem. ibi. [Et dixiſtiſ. nō
eſt equa via dn̄i ⁊c̄.] Premittit
ergo primo intentā concluſio-
nem. ꝓponente ſancta mr̄e eccle-
ſia ad maiorē confirmationem.
[Hec] ſcꝫ que ſequūt̃. [dicit do-
minꝰ deꝰ]. Anima q̄ peccauerit
ipſa] ſupple ꝓ peccato ꝑ eam cō-
miſſo ⁊ nulla alia [morieť] ſup̄.
morte eterna. ſecꝰ enī eſt de mor-
te temporali. Multi enim par-
uuli etiā circūciſi vel ī chriſto re-
generati mortui ſunt tꝑaliter ꝓ
peccato parentū Conſeq̄nter
adducit ad hoc efficacē ꝓbatio-
nem. ⁊ intendit vt mihi videt̃ in
parte iſta q̄ttuor rōnes. ꝑma in-
cipit hic. [Filius non portabit]
ſcd̄a ibi. [iuſticia iuſti]. tertia
ibi. [ſi aūt impiꝰ. q̄rta ibi. [ſi aūt
auerterit ſe iuſtꝰ] ⁊ vtrāq; tenet
per locū a maiori. Prima tal' eſt
Magis videt̃ ꝙ peccatū filij de-
beat īputari pr̄i ad penā eternā
q̄ꝫ ipi filio peccatū pr̄is. Cuiꝰ ꝓ-
batio eſt. Quia pater q̄dāmodo
eſt cā pcti filij. inq̄ꝫtū dedit ei ꝑ
generatōnē naturā peccatricē. ⁊

ad peccandū ꝓcliue. ⁊ iniq̄ɜtū de
dit ei exemplū peccādi. Qd q̄dēɜ
exemplū filij vt in pluribꝫ imitā
tur. Filiꝰ aūt nullo mō eſt cā pec
cati p̄ris niſi per quendam non
datam ſed acceptā occaſionem.
Sed pctm̄ filij ſibi ſoli imputa
tur ad penā eternam: ⁊ nulli alij
etiā p̄ri. ergo nec pctm̄ p̄ris filio
imputat̄. ergo aīa q̄ peccauerit
morief̄. Iſtiꝰ rōnis ꝯcluſiōe ꝑpo
ſita ⁊ maiori ſuppoſita tanq̄ɜ eui
denti: ſolū tangit minorē. d. [Fili
us n̄ portabit ⁊c.] ſ. ſup. penā eter
nā ſuſtinendo iniq̄tatē p̄ris: nec
q̄ɜ p̄r ſup. iniq̄tatē filij. de quo ta
men magꝭ videt̄ vt dictū ē. ergo
ꝯclude. Anima q̄ peccauerit ⁊c.
Scd̄a rō eſt. Magis videt̄ ꝙ
iuſticia p̄ris deberet eſſe meritū
vite eterne filio q̄ɜ ꝙ iniuſticia
p̄ris imputet̄ filio ad penaɜ eter
nam. Cuiꝰ ꝓbatio eſt. q2 deꝰ ꝓ
nior eſt ad miſerandū q̄ɜ ad ꝯdē
nandū. ⁊ plus delectat eū: loquē
do more hūano. glorificare ho
minē: q̄ɜ ipm̄ dānare ⁊ a ſe ꝑpe
tue ſepare. Nunc aūt iuſticia pa
tris ſoli ſibi et nulli alij eſt vite
eterne merituɜ. ergo ⁊ iniuſticia
p̄ris ſibi ſoli ⁊ nulli alij imputa
tur ad penam. Iſta duo dixit
deꝰ ſatis diffuſe in hoc eodē ca
pitulo ſupra. Dixit ei ꝙ ſi pec
cator generet iuſtū filiū. iuſtꝰ fi
lius viuet ꝓpter ſuā iuſticiam: et
nō morief̄ ꝓpter pctm̄ p̄ris. Di
xit nihilominꝰ ꝙ ſi iuſtꝰ generet
filiū pctōrē: filiꝰ pctōr ꝓpter pec
catū ſuū morief̄ ⁊ nō viuet pro
pter iuſticiā p̄ris. Iſtiꝰ ſecunde
rōnis p̄miſſa ꝯcluſione p̄ncipa
li ⁊ ſuppoſita maiori tanq̄ɜ ma
nifeſta: ſolū tangit minorem. d.
[Iuſticia iuſti ſup eū erit] .i. ſibi
ſoli ⁊ nlli alij erit vite eterne me
ritum. Q̄uis alijs ꝓdeſſe poſſit
ad tp̄ale beneficiū. ⁊ poſſit eē ali
qua diſpoſitio ad hoc vt alij ha
beant grām p̄ quā veniāt ad glo
riam. [Et impietas impij ſuper
eū erit] .i. ſibi ſoli ⁊ nulli alij im
putabit̄ ad penam eternā. Q̄uis
interdū imputet̄ ad penā tempo
ralem. ergo ꝯclude. Aīa q̄ pec
cauerit ⁊c. Si dicas ꝯ illud:
Iuſticia iuſti ⁊c. immo iuſticia
xp̄i futuro hūano generi fuit me
ritū vite eterne. Dico ꝙ hic ſolū
loquit̄ deꝰ de iuſto q̄ eſt purꝰ ho
mo. ⁊ q̄ nō valet niſi ſeipm̄. chri
ſtus autem non ſoluɜ eſt homo:
ſed etiam deꝰ. ⁊ q̄ etiaɜ ſm̄ Anſ
helmū. toti humano generi eq
ualet. imo dico ego ꝙ plus valet
etiam iniq̄ɜtū homo vnitus cum
deo. Dico etiā vlteriꝰ ꝙ iuſticia
chriſti non valet adultis: niſi cō
currente eorū iuſticia: ⁊ median
te virtute iuſticie chriſti. Itē q̄ɜ
uis iuſticia chriſti de ſe ſit ſuffi
cientiſſima: nō eſt tamē ſalutem
paruulorꝫ efficiens: niſi concur
rente iuſticia eccleſie. q̄ eſt fides
vera ⁊ myſteriū ſacramētorꝫ. Qd
dico de lege cōmuni. q2 deus nō
alligauit potentiā ſuā ſacramē
tis. Licet ergo nulla iuſticia ad

ſalutez ſufficeret ſine iuſticia xp̄i. nec illa etiã ſalutē efficit ſine iuſticia alioꝝ. que ꝛ ſi hominũ ſit formaliter. tñ a chriſto eſt effectiue.

¶ Tertia vero talis eſt. magis videt̄ ꝙ hoīs peccatũ deberet ſibiipſi imputari ad penã eternam omi tp̄e q̄ȝ alicui alij. Sed peccata q̄ntūcunq̄ȝ magna ꝛ grauia de q̄bꝯ homo digne penitet. ſi pſeueret in vera penitētia. non imputāt̄ ei ad penã eternaȝ. imo deus q̄ntũ ad hoc totaliter obliuiſcitur ea. ergo m̄lto fortiꝯ n̄ debent alicui alij qui ea nõ cōmiſit imputari. ergo ꝯclude. Aīa que peccauerit ꝛc. Iſtiꝯ rōnis ꝯcluſione p̄miſſa: ꝛ ſuppoſita maiori tã q̄ȝ euidenti. que enī iuſticia eſſet: ꝙ peccatũ noceret innocēti. ꝛ nõ illi q̄ fuit noxiꝯ ꝛ ip̄m perpetrauit. tangit ſolũ minorem. d. [Si autē impius ꝛc]. ꝛ cōtinuat ſe ſic ſm Jerony. Nõ mirũ ſi peccata parentũ nõ redũdãt ad filios: neq̄ȝ alij p alioꝝ puniunt̄ ſceleribꝯ cũ vnus atq̄ȝ idem hõ q̄ priꝯ fuerat impius ac peccator. ſi poſtea egerit pn̄iam. ꝛ ad meliora conuerſus. priſtina peccata diluerit non iudicet̄ vetuſtate peccati: ſed in meũ ſuſcipiat̄ gregem innouatione virtutis. Unde dicit [Si aũt impius egerit pn̄iam ab omnibꝯ peccatis ſuis q̄ operatꝯ eſt] ip̄a ſupple deteſtando: ꝛ pro ip̄is digne dolendo. ip̄a ꝯfitendo et p ip̄is ſatiſfaciendo. ꝛ ſignãter dicit de om̄ibꝯ. q꞉ nõ poteſt eſſe vera pn̄ia de vno niſi ſit de om̄ibꝯ. Non enī eſt vera pn̄ia niſi ſit formata charitate. Nunc aũt charitas eſſe nõ poteſt vbi non eſt penitentia de oībus peccatis. Cuius rõ eſt. q꞉ pct̄m de quo q̄s digne nõ penitet: ſemp manet. Caritas aũt cũ aliquo pctõ mortali ſimul eſſe nõ poteſt. Et q̄m non ſufficit ad veraȝ pn̄iam deteſtari cōmiſſa: niſi penitens ꝓponat nõ cōmittere plangēda. ꝛ niſi pſeq̄tur virtutũ opera. Quia ſm Aug. Penitētia oīa reparat. iõ addit [Et cuſtodierit omīa p̄cepta mea] tam ſupple negatiua. que ligant ſemp ꝛ vbiq̄ȝ. tam affirmatiua q̄ non ligant niſi p loco ꝛ tēpe. [ꝛ fecerit iudiciũ ꝛ iuſticiaȝ. Judiciũ] q̄dem rectã ſectãdo rationē. [ꝛ iuſticiã] faciendo omnis virtutis opationē. Et ſignãter dicit omīa p̄cepta. talis enim eſt penitēs quē deus recipit. ſm Jerony. q̄ omīa derelinq̄t crimina. ꝛ cunctas virtutes ſequit̄. qui omīa bona fecerit. ꝛ cũcta mala deſeruerit. de tali ſubdit. [viuet] ſupple vita eterna. [ꝛ non morietur] ſupple morte eterna q̄ntũcunq̄ȝ fuerit añ facinoroſus peccator. [omniũ iniquitatuȝ eius quas operatꝯ eſt] ſi ſuppl. digne de omnibꝯ peniteat [nõ recordabor] ſup. quantũ ad pene inflictionem. q꞉ q̄ntũ ad cognitionē nõ poſſunt nõ recordari. [In iuſticia enī ſua quã opatꝯ eſt] ſupple pctã fugiendo: ꝛ in ſe puniendo.

p̄cepta obſeruãdo.⁊ in obſeruã-
tia ꝑſeuerando.[viuet]ſup̄.vita
eterna.Signanter aūt dicit ſua
nō tã mea ſup̄.q̄ꝛ ſua ait.Jerony
mus loquēs ex ꝑſona dei.hec.n.
iuſticia hoīs eſt.⁊ iuſticia dei eſt
qꝛ ſue iuſticie eſt bona bōis red-
dere.⁊ mala malis.Ex his oībꝫ
apparet q̄nta eſt dei bonitas erga
pctōres.ipſe enī ſuſpendit ſniã
inſpirat pniam.indulget culpã.
acceptat emendã.reſtituit grãm
offert vitam eternã.ꝓpter quod
ſubdit querendo.[Nunquid vo
lūtatis mee eſt mors impij dicit
dominus]quaſi di.non.Unde
Jeronymus.Ubicunqꝫ videtur
ſeuera ⁊ truculēta dei ſnīa.nō ho
mines:ſed pctã ꝯdemnat.ẽ non
eſt diuīe volūtatis mors impij.
ſupple q̄d ipſe dicit.[Nūq̄d vo
luntatis mee eſt mors impij].q.
d.non.[⁊ nō]ſupple eſt volunta
tis mee.[vt ꝯuertat̄ a vijs ſuis]
ſupple malis.i.pctīs.[⁊ viuat]
ſupple in preſenti vita grē:⁊ ī fu-
turo vita glorie.q.d.ſic.Nota ꝙ
deus vult ꝯuerſionem pctōris.
ac per hoc ⁊ vitã eius.qꝛ ipē vult
omēs homīes ſaluos fieri:vt di
cit Apl̄s.j.Timo.ij.Uult dico
ſm Anſhel.voluntate anceden-
ti.id eſt q̄ntū in ſe ⁊ abſolute lo-
quendo:ſed non vult ſepe:volū-
tate ꝯſequenti.id eſt in relatione
ad peccatorē.q̄d eſt idem ac ſi di
ceretur.vult ſalutē omīs homīs
inquantū homo eſt.q̄d tamē nō
vult inquantū peccator eſt.Pec
cator enim manens peccator nō
poteſt eſſe capax ſalutis.conclu-
de ergo.Anima que peccauerit
⁊c. ¶ Quarta ratio eſt.ma-
gis videtur ꝙ iuſticia hominis
deberet ſibijpī ſemꝑ eſſe vite eter
ne meritum q̄ꝫ ꝙ iniuſticia cu-
iuſcunqꝫ alterius imputetur ei ꝑ
aliqua parte temporis ad penã
ſempiternã.Cuius ratio eſt in
promptu.tum quia deus proni-
or eſt ad miſerendum q̄ꝫ ad ꝯdē-
nandum.tum etiam quia ſm re
ctum iudicium:bonum ꝓprium
mihi ſemꝑ debet magis proficе
re q̄ꝫ alienum malum aliquãdo
nocere.Sed iuſticia homīs q̄n
tumcunqꝫ magna fuerit ſi ipſã
deſerat.⁊ peccatis ſe exponat.et
in ipſis vſqꝫ ad finem ꝑmaneat:
nō erit ſibi vite eterne meritū.ẽ
multo fortius iniuſticia alteri⁹
cuiuſcunqꝫ etiã patris:non erit
meritū eterne mortis.ergo ꝓ pec
cato proprio quiſqꝫ morietur et
non pro alieno.ergo vera eſt con-
cluſio:Anīa que peccauerit.Iſti
us rationis premiſſa ꝯcluſione
⁊ maiori ſuppoſita:tangit mino
rem.ſic ſe continuans ſm Jero
nymū.Sicut iuſtū añ peccatorē
non grauant antiqua delicta.ſic
peccatorem ante iuſtum non ad
iuuant veteres iuſticie.Unuſq̄ſ
qꝫ enim in quo inuenitur:in eo
iudicatur.Unde dicit[Si autē
iuſt⁹ auerterit ſe a iuſticia ſua et
fecerit iniq̄tatē.ſm oēs abhoīati
oēs q̄s oꝑari ſolet impi⁹.Pec-

cata.n.dicunt abhoīatões pctõ
ris.q2 ipm abhoīabilē faciūt co
rā deo ꝛ angel' ei⁹.[nūqd viuet]
q.d.nõ.q2 fili⁹ ē mort.[oēs eni
iuſticie eius q̄s fecerat nõ recoꝛ
dabuntur.i.nõ erunt in mea re-
coꝛdatione.ſup.q̄ntum ad hoc vt
ſup.p ipis ꝯferam ei p2emiū vi-
te eterne. De dānat em̄ dicit in
ps.Quoꝝ nõ es memoꝛ ampli
us:ꝛ ipi de māu tua repulſi ſūt.
[In p̄uaricatione qua p̄uarica
tus eſt ꝛ in pctõ ſuo q̄d peccauit
in ipis] ſupple.ꝛ nõ in alienis.
[morie].id ē ꝓpter pctā ſua pro
p2ia ꝛ nõ ꝓpter aliena: ꝯdēnabit
ad moꝛtē eternā. Sed nunqd
opera bona facta in charitate ꝑ
culpā ſequentē ſic deus obliui-
ſcitur:vt de ipis nunq̄ȝ recoꝛde
tur in ſalutē etiā penitent: vt h
innuere videt. Dicendū q̄ ope-
ra bona ex genere facta in pecca
to moꝛtali.q2 nõ ꝓcedunt ex ra-
dice vite: que charitas eſt: ſunt
oīno ſine vita. Vn̄ ideo ꝓp2ie di
cunt moꝛtua.q2 nunq̄ȝ vixerūt.
ꝛ q2 quod nunq̄ȝ vixit: nunq̄ȝ re
uixit.iõ talia nūq̄ȝ reuiuiſcūt ꝑ
ſequentē pniam:vt hõ ꝓpter ipſa
remuneret in vita eterna.q2 nū-
q̄ȝ fuerunt opera vite.q̄uis ipſa
mitius vel in inferno vl' in pur-
gatoꝛio puniant. Opa vero bo
na ex genere in charitate facta:
ſemꝑ viua ſunt.q2 ꝓcedūt ex ra-
dice vite.vnde talia ꝑ ſequentez
culpā nõ moꝛiunt.imo q̄ntū eſt
de ſe ſemꝑ viua remanēt. Moꝛ-
tificant tm̄.id eſt ad ſalutē fiunt
inutilia.non quidē per ſe.q2 vi-
ua ſunt:ſed ꝑ accidens.ſcȝ in re
latione ad peccatoꝛem.qui ma-
nente peccato nunq̄ȝ eſt dignus
vite eterna. Iſta tamen opera ꝑ
ſequentem penitentiam reuiui-
ſcunt.quia remouetur obſtacu-
lum.ſcȝ peccatū.quo amoto ho-
mo p2opter iſta opera remune-
rat in vita eterna. Quare ḡ h di
citur: Omnes enim iuſticie ei⁹
non recoꝛdabunt.verū dicit ma
nente peccato. Si autez amoue-
atur per pniam:erit earuȝ recoꝛ
datio eadē que fuit p2i⁹. No-
tandū allegoꝛice ſm Hierony.
in oꝛiginali q̄ per ipſum impi-
um hic ſignificat populus gen-
tium.qui fuerat ſemꝑ ſine pieta
te.id eſt ſine cultu veri dei.poſt-
ea vero ad p2edicationez ch2iſti
ꝛ apoſtoloꝝ eius recognouit ſu
am culpam.egit pniam.deſeru-
it idolatriam.ꝛ deo vero adhi-
bens latriam.indult eius cun-
ctis criminibus receptus eſt in
gratiam. Unde figuratur per fi
lium p2odigum.de quo Lu.xv.
Per iuſtum vero ſignificat po-
pulus iudeoꝛum: qui fuit iuſt⁹
iuſticia legis:que fuit diminu-
ta:ſicut iuſticia phariſeoꝛuȝ.de
qua Math.vj. Hic reliquit ſu-
am iuſticiam.quia reliquit au-
ctoꝛem iuſticie:commiſit pecca
tum grauiſſimum.heredem in-
terficiens vt haberet hereditatē.
ꝓpter quod moꝛtu⁹ eſt tꝑaliter.

ꝛ moꝛieť eternaliter niſi conuer
tatur. q̇ quidē qm̄ ſemꝑ inuidit
ſaluti gentiū figurat⁹ eſt ꝑ filiuȝ
ſenioꝛē. ¶ Sequiť. [Et dixi
ſtis] vbi tertio excludit friuolaȝ
obiectionē quā ṗmo ponit. ꝛ ſe-
cūdo excludit. ibi. [Audite ğ.
Dicit igiť. [ꝛ dixiſtis] vos ſup̄.
iudei. ꝛ vos heretici. [Nō ē eq̄
via dn̄i] ꝙ ſup̄. punit pctm̄ vni⁹
in alio. ꝛ facit vt ꝓpter vuā ac-er
bam quā patres comederūt den
tes filioꝝ obſtupeſcant. Con
ſequēter ſtatim excludit dictam
obiectionē. d. [Audite ğ. Nun-
q̇d via mea nō eſt equa. q. d. ſic.
qꝛ nō punio pctā patrū in filijs.
vnuſqſqȝ eni in pctō ſuo: nō p̄te-
rito: ſed p̄n̄ti moriť. ꝛ in iuſticia
ſua: nō p̄terita: ſed p̄n̄ti viuit. [ꝛ
non magis vie vr̄e praue ſunt.
q. d. ſic. putatis eni vt ait Hiero
ny. nō eſſe parabolā: ſed hiſtoꝛiā
ꝙ alioꝝ ſcelera in alijs puniant̄
Declarat aūt ꝯſeq̄nter ꝙ via
ſua ſit equa: ꝛ alioꝛum praue. d.
[Cū auerterit ſe iuſt⁹ a iuſticia
ꝛ fecerit iniquitatē moꝛiet̄ i eis]
id eſt ꝓpter ea. hoc eſt ꝓpter auer-
ſionē ſuaȝ a iuſticia. ꝛ ꝯuerſionē
ſuam ad īiuſticiā. ꝛ nō ꝓpter pec
cata parentū. quicq̇d vos dicatꝭ
[In iuſticia eni quā oꝑatus ē].
ſuppl̄e ipē ꝛ nō pater ſu⁹ [moꝛie-
tur. Et cū auerterit ſe impi⁹ ab
impietate ſua quā operatus eſt.
ꝛ fecerit iudiciū ꝛ iuſticiam. ipē
aiam ſuā viuificabit. id eſt eter-
na vita faciet dignā. [Ꝯſiderans
eni ꝛ auertens ſe ab omnib⁹ ini-
quitatib⁹ ſuis quas operat⁹ eſt:
vita viuet ꝛ nō moꝛietur dic̄ do
min⁹ om̄ipotens]. cōcludit ec-
cleſia. Uel aliter poteſt introdu
ci iſta obiectio. vt dicať ꝙ iudei
dixerunt. nō eſſe equā viaȝ dn̄i.
qꝛ gentiles qui fuerunt impij in
ſuam recepit gratiā. ꝛ iudeos q̇
ſemꝑ iuſti fuerant a ſe. q. repulit
ꝛ diſperſit in ruinā. cōtra quos
dicit. [Audite ergo dom⁹ iſra-
el]. Heretici etiā dixerūt nō eſſe
equam viam dn̄i qui ꝓpter pctā
ſequentia iuſticiā primā obliui-
ſcitur. ꝛ ꝓpter ſequentē peniten-
tiam de peccatꝭ ṗus cōmiſſis nō
recoꝛdatur. ꝯtra quos dic̄: [Au
dite ergo dom⁹ ꝛc̄.] Nota ꝙ
ex his que dicunť in hac lectōne
eliduntť duo erroꝛes multū peri
culoſi. Primus eſt nouacianoꝝ
qui dixerunt penitentiā non eſſe
poſſibilem. ex quo quis poſt ba-
ptiſmū lapſus eſt in peccatū. cō
tra quos de⁹ dicit hic. Si impi
us ſe auerterit ab impietate ſua
ꝛ fecerit penitentiā ꝛc̄. Ex q̇ pa-
tet ꝙ penitētia poſt peccatuȝ eſt
ſemꝑ poſſibilis in hac vita. ꝛ pe
nitentia eſt etiaȝ fructuoſa. quia
hic de penitēte ſubdiť: ꝙ vita vi
uet. ſcȝ ꝓpter ſuā penitentiā ꝛ nō
moꝛietur ꝓpter peccata ſua p̄te-
rita: nec etiā ſuoꝛum parentum:
Secūdus eſt quoꝛundaȝ qui
dixerunt ꝙ charitas ſeu iuſticia
ſemel habita nō poteſt amitti. ſi
cut recitat magiſter in q̄rto ſen-

tentiarū tractatu de pnīa. ⁊ gra
tianus in decretis eodē tractatu
Contra quos d̓ꝛ hic. Si iuſtus
auerterit ſe a iuſticia ſua ⁊c̄. Ex
quo ptꝫ ꝙ durante iſta vita ſicut
pnīa ꝑ quā vita reddit̄ eſt ſemꝑ
poſſibilis. ita ⁊ lapſus a iuſticia
ꝑ quā itur ad mortē. igitur peni
tens ſemꝑ debet eſſe in firma ſpe
de venia ⁊ eterna vita. ⁊ in timo
re continuo de recidiuo ⁊ ruina
Patet aūt ꝯcordia inter iſtā epi
ſtolam ⁊ euāgeliū hodiernuꝫ: qḋ
ſcribit̄ Joh. v. Et incipit. Erat
dies feſtus iudeorū ⁊c̄. Ex iſta ei
lectione aꝑte patet nobis affectu
oſa dei voluntas ad pnīam ⁊ ad
ſanationē peccatoꝝ. ipo dicente.
Nunqd volūtatis mee eſt mors
impij. Et certe hec eadē in euāge
lio ꝑti hiſtorialiter ⁊ partim al-
legorice expoſito nob̄ aperte de-
monſtrant̄. ⁊ hoc ex q̇nqꝫ. ſcꝫ Ex
ip̄a fatigatione. q² aſcēdit in hie
ruſalē vt infirmū corꝑaliter ⁊ ſpi
ritualiter ſanaret Nullū ei ſana
bat i corꝑe q̇n ⁊ ſanarꝫ i mēte Ex
xp̄i inſpiratiōe. q² nullus infir-
moꝝ ſanabat̄ in piſcina (ꝑ quā
figurabat̄ ſacr̄m penitētie) niſi
ꝑus angelus deſcēdiſſet ⁊ mouiſ
ſet ⁊ turbaſſet aquaꝫ. ꝑ qḋ figu-
rat̄ ꝙ curationē peccatric̄ aīe in
piſcina pnīe ſemꝑ ꝓcedit diuina
inſpiratio: que turbat et mouet
aquā. i. cōmouet peccatricē ani-
mā ad cōpunctionē. Ex xp̄i exci
tatione. q² iſtū infirmuꝫ q̄ longo
tp̄e languebat ⁊ non habebat qui
ip̄m in piſcinaꝫ mitteret: excita-
uit ad curationē. d. vis ſanꝰ fie-
ri. Certe homīes in peccat̄ anti
quatos: ⁊ qui nullos habēt pro-
motores: ſed multos impedito-
res ad pnīam. ip̄e chriſtꝰ excitat
ad curationē pctōꝝ: req̇rēdo cō-
ſenſum cuiuſlibet. d. ei. vis ſanꝰ
fieri. Sine eni volūtate hoīs cō
ſentiente diuine motioni: nō pōt
iſta ſanitas ſequi. Ex xp̄i oꝑatio
ne. q² xp̄s ſolo iuſſu ſine deſcēſu
in piſcinā illū ſanauit infirmuꝫ.
Chriſtus eni iuſſu ſue ptāris in
terdū abſqꝫ actuali ꝑceptione ſa
cramentoꝝ ſanat aīas peccatri
ces. Ex chriſti exhortatiōe. q² di
xit illi infirmo. Ecce ſanꝰ factuſ
es. iam amplius noli peccare. ne
deterius tibi aliquid contingat.
vbi plane innuit: ꝙ interdū pro
pter pctā accidunt infirmitates
corporis. ⁊ ꝓpter recidiuū incur
runt in infirmitates grauiores.
Ex his ergo quinqꝫ patet ꝙ vo-
luntas dei non eſt mors: ſed cu-
ratio peccatorum. Placeat ei vt
ſic a peccatis mundemur vt hic
viuamus ꝑ gratiam ⁊ tandē aſ-
ſequamur vitam eternam.

## Sabbato poſt Inuocauit.

FRatres
corripite inquie-
tos ⁊c̄. j. ad Theſ.
v. Poſtq̄ʒ eccl̄ia i
prima lectione reduxit ad memo

riū ordinādoꝝ ⁊ ordinatoꝝ ſolē
nē ꝓfeſſionē. ⁊ in ſcđa ꝓmiſit eis
eternā poſſeſſionē. In tertia vero
⁊ q̄rta inſtruxit ſiue induxit ſalu
brē orōnē quā debēt facere ꝓ do-
meſticis fidei. ⁊ ꝓ his q̄ ſunt fo
ris. ⁊ poſtq̄ʒ in quinta deſcripſit
celeſtem conſolationeʒ ꝯtra gra
uiſſimas tentationes quas pa-
tiuntur. Conſequēter in iſta ſex
ta ſcilicet pauli epiſtola precipit
eis. ſuadet ⁊ conſulit ſuſcepti or
dinis fidelem executionem: di-
cente apoſtolo ī perſona epiſco-
pi celebrantis ordines ipſis or-
dinatis ⁊ ordinandis. [ Roga-
mus vos fratres ⁊c. ] Quāuis eī
quedā verba huius epiſtole ſint
exhortationes ⁊ ſupplicationes
pro vniuerſis fidelibus. pro or-
dinatis tamen ſpecialius. quod
videtur ſentire eccleſia: que ho-
die quando ſacri celebrantur or
dines iſtam legit epiſtolam. ⁊ iđ
pro ipſis totaliter exponatur. Et
ſciendū q̄ apoſtolus in iſta epi-
ſtola duo facit. Primo nanq̄ʒ ſu
am premittit ꝑſuaſionem. dicēs
Rogamus vos fratres ⁊c. Se-
cūdo vt ꝑ ordinatos fiant q̄ ipē
admonet: ſuā fundit ad deū ora-
tiōeʒ. ibi Ipē de⁹ pac[. Adhuc
in pīma ꝑte tria facit. exhortans
eni ordinatos ad fideleʒ ordinis
executionē efficaciter monet eos
de trib⁹. Primo vt. ſ. fideliter ſe
habeāt in exercendo paſtoralem
curā. d. [ Rogam⁹ vos frēs ⁊c.
Scđo in oſtendendo exemplarē
vitam. ibi. [ Videte ne quis ma-
lum ] Tertio in effundendo ſalu
tarē doctrinam. ibi. [ ſpiritū no-
lite extinguere ]. In pīma igitur
parte hortatur ordinatos ⁊ p̄ci-
pue habentes curā aīarū: vt re-
ſpectu laicoꝝ ſint ſicut magiſtri
corripiendo. ſint ſocij conſolan-
do. ſint medici ſuſcipiēdo: ⁊ ſint
amici cōpatiendo. Dicit ꝰ̄ apo-
ſtolus in ꝑſona epiſcopi ordīes
celebrantis exhortans ordina-
tos. [ Rogamus vos fratres ].
loquit̄ in plurali ꝓpter auctorita
tem. Epiſcopus enim loq̄tur vt
plures. q̄ in ſe gerit ꝑſonā plu-
rium. ſcʒ omniū ſibi ſubditorū.
Eſt enim p̄nceps eccleſie. prin-
ceps autē grece baſyleos dicit̄. i.
baſis populi. portare enī dʒ ſup
ſe totū populū. ſicut baſis totaʒ
domū. Loquitur etiam vt plu-
res ad innuendū q̄ diſcrete debʒ
loqui ac ſi ſemꝑ loqueret̄ de con
ſilio mltorū. Et q̄ʒuis illa q̄ ſe-
quunt̄ ſūt p̄cepta ꝓ hn̄tib⁹ curā
aīaꝝ. Ipē tn̄ n̄ dic̄. Precipim⁹
vob̄. ſʒ rogā⁹ vos frēs. q̄ genero
ſus ē aīm⁹ hoīs ⁊ facili⁹ ducit̄ ꝑ
ꝟba dulcia q̄ʒ trahat̄ fumib⁹ p̄ce-
ptoꝝ. Signter vocat eos oēſ frēſ
q̄ lʒ ſint eo īferioreſ q̄ʒtū ad ptā
tē iuriſdictōis. tn̄ ſūt ei oīo pares
q̄ʒtū ad illā ptātē ordīs: q̄ ē ptās
ꝯficiēdi corp⁹ xp̄i veꝝ. q̄ ſimplr
maior eſt inter omēs poteſtates.
[ Corripite inquietos ]. glo. id
eſt curioſos ⁊ gyrouagos. Eccl.
xix. Corripe prim anq̄ʒ cōminer[

id ē ſine cōminatiōe. Qui enim
corripit hoīem: poſtea inueniet
gratiā. Prouerb.xxviij.] Con-
ſolamini puſillanimes].ſcʒ ſm
gloſam ꝯtra aduerſitatē tribula
tionis ⁊ ꝯtra deſperationē ꝑ pec
catis. Eſa.xxxv. Cōfortate ma-
nus diſſolutas ⁊c. Sequit᷑. dici
te puſillanimes ꝯfortamini.[ſu
ſcipite infirmos] ſcʒ in fide vel
in moribus.[ſuſcipite]. dico vt
medicus ad ſanandū Ro.xiiij.
Infirmū in fide ſuſcipite. E con
tra de qbuſdā dicit᷑ Ezechi.xxx-
iiij.qd infirmū fuit nō ꝯſolidaſtꝭ
[Patientes eſtote ad oēs] ſup.
cōpatiendo eis in illatꝭ moleſtijſ
[ad omēs dicit].ſ.amicos ⁊ ini
micos:domeſticos ⁊ extraneos
ſupiores: equales et inferiores.
Scriptū eſt enim Prouer.xiiij
Qui patiens eſt multa guberna
tur ſapia. Et nota ſup illo ver
bo:corripite.ꝙ correptio dʒ eſſe
ꝑmo diſcreta.i.iuſta.vt.ſ.cōſtet
corripienti illud de quo aliū cor
ripere intēdat. Ecci.xj. Priuſꝗʒ
interroges ne vituperes quēqʒ.
⁊ cū interrogaueris corripe iu-
ſte. Scđo modeſta' ſcʒ de clauo
nō faciat clauā.in pš. Qm̄ ſup-
uenit manſuetudo ⁊c. Tertio or
dinata ſm ordinē euāgelicuʒ.ne
prodat fratris crimē Mat.xviij
Si peccauerit in te frater tuus:
corripe eū inter te ⁊ ipm ſolum.
Quarto charitatiua.ij.ad theſ.
vltimo. Nolite.q. inimicū exi-
ſtimare:ſed corripite vt fratreʒ.

Quinto vera. ſcʒ ne ſub ꝑtextu
iuſticie exerceat vindictā Ecci.
xix. Correctio mēdax in ira ꝯtu-
melioſi. Hec qnqʒ debēt prelati
attendere q̇ habent ex officio cor
ripere pctōres. A Sequit᷑:
[Uidete ⁊c. Ubi hortat᷑ eos ꝙ fi
deliter ſe habeāt in oſtendendo
vitā exemplarē.⁊ facit tria.ſ. pri
mo hortat᷑ eos qntum ad vitam
actiuā. Scđo qntū ad ꝯtempla
tiuā.ibi.[ſemp gaudete. Tertio
ſubdit vtriuſqʒ cām. ibi[ Hec ē
enī voluntas dei. Quantum
igit᷑ ad vitā actiuā ꝑmo dehorta
tur vindictā.ſcđo hortat᷑ ad be-
niuolentiā.ibi.[ſʒ ſemp] In his
enī duobꝫ includūt᷑ omia mala
⁊ bona que pn̄t fieri ꝓximo. re-
ſpectu cuius eſt vita actiua. Di-
cit ergo.ſic ſe ꝯtinuans. Ita di-
xi. Corripite ⁊c. Unđ [Uidete
ne quis malū ꝑ malo alicui red-
dat.nec etiā ſup.bonum ꝑ malo
alicui ſubtrahat.vt dicit gloſa.
Que quidē fiunt ⁊ cū corripiē-
dus nō corripit᷑.⁊ cū puſillani-
mis nō ꝯfortatur.et ſic de alijs:
ſed praua diſſimulatiōe negli gi
tur. Uidete ergo ⁊c. Prouer.xx
dicit᷑. Ne dicas ſupple in corde
tuo.reddam malū ꝑ malo. expe
cta dn̄m ⁊ liberabit te. Nā red-
dere bonum ꝑ bono eſt iuſticie.
malū ꝑ malo eſt vindicte.bonuʒ
ꝑ malo eſt miſcđie.malum ꝑ bo
no eſt ſumme nequicie.[Sʒ ſp]
ſcʒ in pſperiꝭ ⁊ aduerſis.[ſecta-
mini].i.operemini [qđ bonū eſt]

id eſt vtile[inuicē].i.inter vos ⁊
alios fidei domeſticos.[⁊ in om
nes]etiā in nō credentes.dic̄ glo
ſa.Felix q̄ ſic eſt actiu⁹ reſpectu
ꝓximi.q̄ agit opus bonū.qḋ bo-
nū eſt inquit:ſectamini.⁊ bonū
continuū.ſemꝑ.⁊bonū mutuū
inuicē.⁊ bonū cōmunicatum.in
oīnes. Deinde hortaꝛ eos ad
vitā cōtemplatiuā.d.[Semper
gaudete] Hortaꝛ aūt eos de tri
bus.vt meditando bona futura
ſemꝑ gaudeāt.vt depcādo in p̄-
ſenti neceſſaria obtineāt.vt etiā
recolendo bona p̄terita grās re-
ferant.Dicit ergo vt.ſ.non ſolū ſitꝭ
boni actiui:ſed etiā boni cōtem-
platiui[ſemꝑ gaudete]ſup̄ ī ſpe
etiā futurorū bonorū.ad Phil.
iiij.Gaudete in dn̄o ſemꝑ.Sem
per dico in ꝓſperis ⁊ aduerſis:⁊
quicq̇d vobis fiat. Dicit gloſa.
[Sine intermiſſione orate.] vt
ſic obtineatis bona vobis in pre
ſenti neceſſaria.Et dicit[Sine
intermiſſione orate.].i.ſm glo.
certis horis ⁊ oportunis.vł ſm
glo.[ſine intermiſſione orate].
.i.ſemꝑ iuſte viuite ⁊ eterna deſi
derate Juſtus eni nunq̄ꝫ deſinit
orare niſi deſinat iuſt⁹ eē.Sem-
per nanq̄ꝫ orat q̄ ſemꝑ bene agit
Ipm enim deſideriū bonū oro
eſt..⁊ ſi eſt ꝯtinuū: ⁊ oro conti-
nua eſt.Ecci.xviij.Ne impedia
ris orare ſemꝑ.[in omibꝫ]ſcꝫ ꝓ-
ſperꝭ ⁊ aduerſis [gratias agite]
ſcꝫ deo ſup̄.pro bono in p̄terito
ſuſcepto,ad Eph.v.Grās ſꝑ ꝓ
oībꝫ agentes. Poſtea ſubdit
vtriuſq̄ꝫ cāꝫ dicēs:[Hec eſt eni
volūtas dei].ſ.vt p̄dicta faciatꝭ.
⁊ hoc[in xp̄o ieſu]q̄ ſup̄.xp̄s hoc
docuit facere:⁊ ꝓpter ipm dꝫ fie-
ri[in oībꝫ vobis].ſ.tā minoribꝫ
q̄ꝫ maioribꝫ.ſ.iiij. Hec eſt volū
tas dei ſanctificatio vr̄a. Seq̄
tur tertia ꝑs.in q̄ hortaꝛ eos apo
ſtol⁹ vt fideliter ſe habeant in ef-
fundendo ſalutarem doctrinā.⁊
oñdit q̄liter ſe habere debeāt.pri
mo in docēdo.ſcḋo in audiendo
ibi.[Prophetias].tertio in re-
cipiendo.ibi.[Omia aūt proba
te]Dicit ergo[Spiritū nolite ex
tinguere].i.donū ſcīe qḋ eſt do-
nū ſpūſſcti abſcōdere Ecci.xxx.
dꝛ.Bona abſcondita in ore clau
ſo.q.appoſitiōes epularꝫ circū-
poſite ſepulchro. Sic vno mo-
do exponit gloſa.Monet igiꝛ or
dinatos vt doceāt pplm̄. et non
abſcondant ſuſceptā ſciam: vt il
lā ꝑdere mereanꝛ.Uel ſic etiā ſm
glo.[Spiritū nolite extinguere]
id eſt ꝓphetantē vel de xp̄o doce-
re volentē quiſq̄s ille fuerit:dū
tm̄ reuelationē habuerit:nolite ꝓ
hibere Nume.xj.Quis tribuat
vt oīs ppłs ꝓphetet.q.d.hoc de-
bem⁹ oēs optare.Uel ſic etiā ſm
glo.[Spiritū].i.ſpūſſcti gratiā
[nolite extinguere].i.malis ope
ribus a vobis repellere. Et ſi-
gnāter dicit[extinguere.q2 ſpūſ-
ſctūs ꝑ donū ſuū qḋ eſt caritas:
corda fideliū accēdit.[Prophe-
tias nolite ſꝑnere] Prophetias

dico.i.reuelatiões de futuris fa-
ctas de maioribꝰ. Sic ei accipit᷑
ꝓphetia.ij.Pe.ij. Nõ eni volũta
te hũana allata eſt aliqñ ꝓphia.
Uel ⌊ꝓphetias⌋.i.expoſitões ſcri
pturaꝝ a qbuſcũq; etiã a minori-
bus factas. Sic ſumit᷑.j.ad Co
rinth.xiiij. Qui ꝓphetat hoĩbus
loquit᷑ ad edificationẽ.⌊ꝓphias
ḡ nolite ſpnere⌋.vbi monet ordi
natos q̃liter ſe debeãt hr̃e ĩ audi
endo vba dei. Sequit᷑ ⌊Oĩa p-
bate. qḋ bonuz eſt tenete⌋. Ubi
ĩpos in recipiẽdo inſtruens mo-
net oĩa rõne diſcutere: bona eli-
gere: ꝛ mala reſpuere.d.⌊Omĩa
ꝓbate⌋.i.nõ oĩa indifferẽter reci
pite: ſed oĩa ꝓbanda rõne diſcu-
tite.j.Joh.iiij. Nolite omĩ ſpiri
tui credere: ſed ꝓbate ſpũs ſi ex
deo ſint.⌊qḋ bonũ eſt⌋.i.qḋ vtile
eſſe inueneritiſ.⌊tenete⌋ ſup̃.fir-
miter.i.oꝑe implete.ij.ad theſ.
ij. Qui tenet teneat.⌊ab oĩ ſpe-
cie mala⌋.i.nõ ſolũ ab eo qḋ ſcḋm
ſe malũ eſt: ſ; etiã ab eo qḋ p̄ten-
dit mali ſpẽm.⌊Abſtinete vos⌋.
ſupple tã in doctrina q̃; in vita.
Exẽplũ de eleazaro.ij. Macha.
vj. B Sequit᷑ ſcḋa ps ꝓnci
palis ⌊Ipẽ autẽ deꝰ paciſ⌋. Ubi
poſtq̃; fecit ordinatiſ ſuã pſuaſi-
onez: vt implere poſſint q̃ dicta
ſunt: deuotã facit orõnẽ: tangẽs
materiã ꝛ finem deuote orõnis.
Uñ dicit ⌊Ipe deꝰ paciſ⌋ q̃ põt
ſcḋm glo.omnẽ remouere inquie-
tudinem.⌊ſanctificet⌋.i. mũdet
vos ꝛ confirmet.⌊p omnia⌋.i.ꝑ

omĩa cordiũ intima: ſermonum
eloquia: viriũ opera ꝛ geſtuum
exempla. eius eni eſt ſanctificare.
Leuitiſ.xj. Sanctificet dico: ita
⌊vt integer ſpũs veſter ꝛ aĩa ꝛ
corpus ſine q̃rela in aduẽtu dñi
noſtri ieſu xp̄i ſeruet᷑⌋. Hoc du-
pliciter exponit᷑. Primo ſic.⌊vt
ſpũs veſter ſeruet᷑ interger⌋.id ẽ
mens vr̃a ſeruet᷑ integra ſine pec
cati corruptione ſeruiendo legi
dei.⌊ꝛ aĩa⌋.i.ſenſualitas ſimi-
liter ſeruet᷑ integra ſeruiẽdo rati-
oni.⌊ꝛ corpus⌋.i.caro ſeruet᷑ ſilr
⌊ſine querela⌋ ſup̃. ſeruiẽdo ſpiri
tui. Sic vt nihil dignum q̃rela
eius miniſterio agatis. Dicit au
tẽ ſine querela: ꝛ nõ ſine pctõ. qꝛ
impoſſibile eſt vitã pñtem duce
re ſine pctõ.j.Joh.ij. Si dixeri
mus qm̃ pctm̃ nõ habemꝰ: ipſi
nos ſeducimꝰ: ꝛ veritas in nobiſ
nõ eſt.⌊ſeruet᷑⌋ dico ⌊in aduen-
tu dñi nr̃i ieſu xp̄i⌋.i.vſq; ad ad
uentũ dñi.hoc eſt: vſq; ad finem
vite. Scḋo mõ ſic:⌊vt ſpũs ve-
ſter ĩteger⌋.i.gr̃a ſpũſſancti col-
lata vobis in baptiſmo⌊ſeruet᷑⌋
integra: vt nec peccato minuat᷑:
nec ꝑdatur: nec deſtruat᷑.⌊ꝛ aĩa
ꝛ corpus ſeruent᷑⌋ ſup̃.⌊ſine q̃re
la⌋.vt ſc; nec aĩa nec corpus ex-
ponantur peccatiſ.nec de nobis
poſſit querela fieri corã deo. Fe-
lix talis integritas vbi nec ſpiri
tus ſenſualitate: nec ſenſualitas
carne: nec caro tẽtatõne ſeu affli
ctione corrũpitur. Et felix ĩ quo
viget integritas: integritatiſq;

generalitas. qꝛ ſpiritus. anima
⁊ corpus. ⁊ generalitatis ꝑpetui
tas. qꝛ vſqꝫ in aduentuꝫ domini
noſtri ieſu chriſti. Et iō ſ̄m glo.
hic Apl's tria facit ſiue ponit. ex
quibꝫ homo ſolū conſtat. ſcꝫ ſpi
ritū: animā ⁊ corpus. Illud quo
intelligimus eſt ſpiritus. ⁊ illud
quo viuimꝰ eſt aīa. que duo ⁊ ſi
ſint idem in ſubſtātia. differunt
tamē rōne. Nā ipſa ſubſtātia aīe
prout corpori cōiungitur: dicit̄
aīa. ꝓut vero ſeꝑabilis eſt a cor-
pore. i. ſ̄m vires ītellectuales di
citur ſpūs. et tertio pōit illud ꝙ
cōtrectabiles ſumꝰ. ſcꝫ corpꝰ: vt
ſic totus homo ad integritatem
veram ⁊ ꝑpetuaꝫ generaliter in-
formetur. Nota ſuꝑ illo verbo
ſpirituꝫ nolite extinguere: ꝙ ad
ſpiritūſanctū ſe habēt multi ma
le. quidam enim quantū in ſe eſt
ipſum extinguunt. contra quos
hic dicitur. ſpiritū nolite extin-
guere. quidam etiaꝫ ſpirituiſan
cto reſiſtunt. ſcꝫ hi qui penitere
nolunt. De quibus dicit̄ Actuū
vj. Dura ceruice ⁊ īcircūciſi cor.
⁊ auribꝰ vos ſemper ſpirituiſan
cto reſiſtitꝭ. Glo. quia nunqꝫ pe-
nitentiā agitis. Extinguitur au
tem quadrupliciter ad modum
ignis materialis. Ignis nanqꝫ
materialis extinguitur ꝑmo fla
tu venti. ſic ignis lucerne. j. Re-
gum. iij. Non poterat videre lu-
cernam domini: donec extingue
retur. Sic ſpiritusſanctꝰ vento
ſuperbie. j. Regum. xvj. Spiri-
tus domini receſſit a ſaul ⁊c̄. Se
cundo ſupereffuſione aque. Ec-
cleſi. iij. Ignem ardentem extin
guit aqua. Sic ſpiritusſanctus
fluxu luxurie. Geneſis. vj. Non
ꝑmanebit ſpiritꝰ meus in homi
ne. quia caro eſt. Tertio ſubtra-
ctione materie. Prouerb. xxvj.
Cū defecerint ligna: extingue-
tur ignis. Sic ſpiritusſanctꝰ te-
nacitate auaricie Joh. xiiij. Ego
rogabo patrem ⁊ aliū paraclitū
dabit vobis ſpiritū veritatꝭ quē
mundus capere non poteſt. i. ho
mines mūdani ⁊ terreni. Quar
to coniunctōe vel appoſitōne al
terius flāme vel fumi. iij. Reguꝫ
xxj. Non egredieris nobiſcū ad
bellum: ne extinguatur lucerna
in iſrael. Sic ſpiritusſanctꝰ fu-
mo ſiue flamma iracundie vl' ap
poſitione amorꝭ contrarij. Eſa.
lxiij. Ipſi ad iracundiam prouo
cauerunt deum. ⁊ afflixerūt ſpi-
ritum eius. ⁊ conuerſus eſt eis ī
inimicum. Gloſa. Spiritūſan-
ctum contriſtat qui virum ſpiri
tualem contriſtat. Propter hoc
Sapie. j. dicitur: ꝙ ſpiritusſan-
ctus diſcipline effugiet fictum.

¶ Reſiſtunt autem ſpiri-
tuiſancto impenitentes homīes
ſicut caro humano ſpiritui tripli
citer. Primo qꝛ volunt ⁊ appe-
tunt carnalem voluptateꝫ. Spi
ritus autem ſanctꝰ diſciplīe ve-
ritatem. Ideo Sapie ꝑmo dicit̄
Spūſſ. diſ. ef. fict. Hic ē ꝙ caro
ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄. Gal'. v.

Scđo q꜡ q̄runt mūdanā vanita
tem. ſpūſſctūs vero vite humili-
tatē. ideo apl's. j. ad Corinth. ij.
Nos ſpm̄ huiꝰ mūdi non habe-
mus. glo. elationis: ſed ſpm̄ qui
ex deo eſt. glo. i. ſpm̄ſctm̄. Hinc
eſt ꝙ đr Eſa. lxvj. ſm aliam lr̄az
Sup quē requieſcet ſpūs meꝰ ni-
ſi ſup humilē. Tertio q꜡ q̄rūt
tp̄alem ꝓſperitatē. Spūs autez
ſanctꝰ q̄rit eternā. ideo ad Ro-
ma. viij. đr Non ſm carnē ambu
lamꝰ: ſed ſm ſpm̄. Nā pruden-
tia carnis mors eſt. prudētia ve
ro ſpūs vita ⁊ pax. Vn̄ Stepha
nus plenꝰ ſpūſctō intendebat ī
celū. Itē ſunt aliq̇ q̇ tentant ſpm̄
ſctm̄. credētes ſup̄. aliq̇d facere:
qđ ipm̄ lateat. Hi videnť dubi-
tare de eiꝰ ſcia Actu. iiij. dixit pe
trus. Quid vtiqꜫ ꝯuenit vobis
tentare ſpm̄ dn̄i. Patz ꝯcordia
inter iſtas ſex lectiōes ꝑpoſi-
tas: ⁊ euangeliū quod hodie legi
tur qđ ſcribiť Mat. xvij. et inci-
pit. Aſſumpſit ieſus petrū iaco
bū ⁊ iohannē ⁊c. Prima ei le
ctio exp̄mit ꝯtutū ad ordinatos
diuinā electionē. dicente moyſe.
En dn̄s elegit te ⁊c. ⁊ huic ꝯcor
dat p̄ma pars euāgelij in qua di
ciť: ꝙ aſſumpſit ieſus petruz ⁊c.
Hi eni xp̄i diſcipuli omēs ordi-
natos deſignāt: q̄s tunc aſſūpſit
ieſus cū ordinati fuerūt. tūc eni
fuerūt ei dedicati. ⁊ tūc duxit illos
in montē excelſum. i. in dignita-
tis excellentiā quā habent reſpe
ctu alioꝝ. ⁊ in ſanctitatis eminē
tiam quā habere debent. Se-
cunda ꝓmittit ordinatis p̄clarā
poſſeſſionē. dicente moyſe. Om
nis locꝰ quē calcauerit pes vr̄ ⁊c.
Et ꝙ iſta ꝓmiſſio fuerit p̄ncipa
liꝰ de terra viuentiū. vbi chriſtꝰ
glorioſus videbitur q̄z de terra
chanaan. que erat terra morien
tiū. ꝯſeq̄nter declarat euangeliū
cū dicit ieſuz transfiguratū fuiſ-
ſe corā diſcipulis ſuis. ⁊ faciem
eius reſplenduiſſe ad inſtar ſo-
lis. ⁊ veſtimenta eiꝰ fuiſſe alba
ad inſtar niuis. In q̇bꝫ chriſtus
oſtendit future gl'ie ſpeciē. intan
tū vt petrꝰ diceret. Dn̄e bonum
eſt nos hic eſſe. Tertia vero ⁊
q̄rta inſtruūt ſalubrē orōnē: quā
debent ordinati facere. dicēte iu
da machabeo. Benefaciat vobiſ
deus ⁊c. Et dicente ieſu filio ſy-
drach. Miſerere noſtri deꝰ om
niū ⁊c. Ad quē aūt ⁊ ꝓ quo debe
ant ordinati ſuas preces ⁊ orati
ones dirigere. dicit euāgeliū: cū
introducit deū trinitatē. ſcꝫ deū
patrem in voce. deū filiū in car-
ne. deū ſpm̄ſctm̄ in lucida nube.
Et certe ad deū trinitatē ordina
ti ſuas preces debent effundere.
Sic eni tota eccleſia facit. Pro
quo etiā orare debeāt. q꜡ ſolum
vel ſaltim principaliter ꝓ ſalu-
te glorie oſtendit euangeliū. cuz
dicit: ꝙ diſcipuli leuantes ocu-
los ſuos: neminē viderūt niſi ſo
lum ieſum. ſalutem eni intende
re debent ſoluz qui deum orant.
Quinta autem deſcribit cele-

ſtem conſolationē. q ſemꝑ p̄ſto
eſt xp̄i diſcipulis cum tentant̄.
Cui ꝯcordat euāgeliū. d. ꝙ diſci
pulis ꝓſtratis ad terraȝ acceſſit
ad eos ieſus: ⁊ tetigit eos dicēs:
Nolite timere. Sexta ſuadet or
dinatis fidelē ordinis executio
nem ⁊ q̄ntum ad curā ⁊ q̄ntū ad
vitā ⁊ q̄ntū ad doctrinā. Et cer-
te fideles erunt executores ſi imi
tentur illas ꝑſonas q̄s euange-
liū introducit. ſcȝ moyſen ⁊ pe-
trū in cura. helyam ⁊ iohēm ī do
ctrina. iacobuȝ ⁊ ieſum in vita.
Sic ⁊ nos chariſſimi exeq̄mur
ſuſceptum ordinē: vt tandeȝ ad
beatorū ordines trāſferamur.

## Dominica Reminiſcere

FRatres ro
gamꝰ vos ⁊ obſecramꝰ
in dn̄o Jeſu xp̄o ⁊c̄. j.
ad Theſ. iiij. D In p̄ncipio
expōis hꝰ ep̄le aliq̄ ſūt p̄mittēda
Primū eſt ꝙ ſicut in antiq̄s or-
dinarijs q̄rta dn̄ica de aduentu
dicit̄ dn̄ica vacat. q2 nō habȝ oīa
officia miſſe ꝓpria. imo mutuat
introitū a quarta feria. ⁊ euāgeli
um a ſabbato precedentibꝫ. ꝓ eo
vt tradit̄ ꝙ romanꝰ pontifex fati
gatus ex celebratiōe ordinū q̄s fe
cerat in die p̄cedenti: vacabat ab
omni ſtatione. Vn̄ ſm antiq̄ or-
dinaria nulla fiebat ſtatio in illa
dn̄ica. q̄uis nūc ſit ſtatio ad ſan
ctos. xij. ap̄los. Sic forſan eadeȝ
rōe iſta dn̄ica dr̄ dn̄ica vacat. vn̄
mutuat itro. a. iiij. feria. ⁊ euāg:
a ſabbato precedentibꝫ. Et q̄uis
modo hac die ſit ſtatio ad ſanctā
mariā in dn̄ica antiquitꝰ tn̄ nul
la ſtatio erat. Scd̄m eſt ꝙ verba
huiꝰ ep̄le que ad lrām fuerūt ver
ba ap̄li ciuibus theſſalonice: que
eſt metropolis macedonie ꝓuin-
cie grecorū p̄nt eē ꝟba cuiuſlibet
p̄dicatoris oībꝰ ciuibꝫ eccl̄ie ⁊ cu
iuſlibet ep̄i qui in die precedenti
celebrauit ſacros ordines oībus
ordinatis. Tertiū eſt ꝙ ieiunans
a cibis in corpore ⁊ ordinatus ſi
digne velit ſuſceptum ordinem
exequi debet ieiunare a vitijs in
mente ⁊ corpore. vnde debet ca-
uere omnē indiſciplinā reſpectu
dei. omnē immundiciā reſpectu
ſui: ⁊ omnē iniuſticiā reſpectu ꝓ-
ximi. Jdcirco hodierna die p̄ñs
epiſtola legit̄: in qua docet ap̄ls
iſta tria eſſe penitus euitanda.
Quartū eſt ꝙ ap̄lus ſcribēs theſ
ſalonicenſibꝫ: et in ipſis cunctis
chriſtifidelibꝫ: precipue ordiat̄s
omnibꝫ loquens in ꝑſona predi-
catoris cuiuſlibet ſeu ep̄i qui he-
ri celebrauit ordines. in p̄nti epi
ſtola duo fac̄. Primo ei monet
eos vt ꝑſeuerent in eius doctri-
na. ſcd̄o oſtendit que ſit illa. ibi.
[ſcitis enī que precepta ⁊c̄]. Jn
prima parte tria facit. Primo ei
tangit ſue monitionis formā. ſe-
cundo materiā. ibi. [vt quemad
modum]. tertio finalem cauſaȝ.
ibi. [vt habūdetis. Dicit ꝗ p̄mo
]Fratres rogamꝰ vos ⁊ obſecra

mus ] Rogare ⁊ obſecrare ꝓ eo
dem accipiunt̄. ꝓñt tñ diſtingui
ſm glo. vt dicat̄ ꝙ rogatio ē ſim
plex rogatio ſiue ſimplex ſuppli
catio. ſed obſecratio eſt ſupplica
tio cū adiuratiōe. vnde obſecra/
re idē eſt qđ ob ſacra rogare. pro
pter qđ forte addit apl'ſ [ in do/
mino ieſu ]. i. rogamus ob ſacra
dñi ieſu. i. vt ob ſacrā eius natiui
tatē ⁊ ob ſacrā eiꝰ paſſionē. Ul'
in dño ieſu. ſm gloſam. i. ſi ama
tis dñm ieſum. Et vide ꝙ talis
p̄dicator ⁊ talis prelatꝰ libenter
audiendus eſt q̄ inſtar apl'i affa/
tur dulciter. dicēdo. Fratres. p̄/
catur humiliter. dicēdo. rogamꝰ
vos. adiurat fortiter. dicendo: ⁊
obſecramus in dño ieſu. Quare
aūt apl'us premittit: fratres. lo/
quens ordinat̄ in ꝑſona epiſco/
pi. ⁊ quare loquit̄ in plurali: lo/
quens ī ꝑſona cuiuſlibet p̄lati.
vide ſupra in expoſitiōe epl'e im
mediate p̄cedent̄. Pōt etiā dici
ad l'ram ꝙ idcirco dicit ſic. Ro/
gamꝰ ⁊ obſecramꝰ. q2 nō ipſe ſo/
lus ſcripſit iſtā epl'am. verūetiā
Siluanꝰ ⁊ Timotheꝰ. ſicut ap
paret in p̄ncipio epiſtole. Dein/
de tangendo ſue monitionis ma
teriā tria ponit que debent quēli
bet allicere ad ꝓficiendū ⁊ ad ꝑ/
ſeuerandū in apl'i doctrina. ſcili
cet auctoritatē apl'icam: neceſſi/
tatem ꝓpriam: ⁊ voluntatē diui/
nam. ergo obediendum eſt. ⁊ q̇a
Apl'us tradit. ⁊ q2 opus expedit
⁊ q2 deo placitū ſit. ⁊ hoc ē ꝙ di/
cit ita. [ Rogamꝰ ]. de quo. [ Ec
ce vt quemadmodū accepiſtis a
nobis ] ſcʒ a me Timotheo ⁊ ſil
uano [ quēadmoduʒ ] dico ⁊ nō
aliter. Non enim impono vobis
noua mandata. ſicut dicebat Jo
hānes. Non mandatū nouū ſcri
bo vobis: ſed mandatū vetus. j.
Joh. ij. [ Accepiſt̄ ] inquā [ quō
vos oporteat ambulare ]. profi/
ciendo. ſcʒ ꝑ viam mandatoruʒ.
Pſ. Ambulabaʒ in latitudine.
q2 mandata tua exq̄ſiui. Et hoc
oportet facere. q2 eſt neceſſarium
ad ſalutem. Matth. xix. Si vis
ad vitam ingredi ſerua manda/
ta. ꝓpter qđ ſic exponit glo. [ Am
bulare ]. id eſt viuere: ⁊ vite huiꝰ
curſum ꝑagere in his ſine q̇bus
nō eſt ſalus. [ ⁊ placere deo ]. ſ. in
ꝑfectione ꝯſiliorum. Unde glo.
Placere deo in his que ꝑfectio/
nis ꝯſilio addūtur. ille enim deo
placet: qui fidem rectā quā habʒ
executione virtutuʒ ⁊ ꝑfectione
operationis decorat. talis enim eſt
placens deo: factꝰ dilectꝰ Sapiē
iiij. [ ſic ⁊ ambuletis ] ſcʒ ī bono
ꝓficiendo ⁊ ꝑſeuerando. Eph. v.
Uidete quō caute ambuletis ⁊c̄.
[ Ambuletis ] dico [ vt habūde/
tis magis̄ ]. i. vt creſcat̄ in virtu/
tibus ⁊ meritis. ac ꝑ hoc tandeʒ ⁊
in premijs. Phil'. j. Hoc oro vt
charitas veſtra magis ac magis
habūdet. Cū dic̄ accepiſt̄ a no/
bis: tangit auctoritatē apoſtoli/
cam. cū vero addit. quō oporte/
at vos ambulare. tangit neceſſi/

tatē ꝓpriā. Cū aūt ſubdit: ꝛ place
rē deo. tangit volūtatē diuinam
Sed cū dicit. vt habūdetis magis
tangit vtilitatē ſūmaz. q̄ q̄ttuor
ſūme debēt allicere oēs. C
Conſeq̄nter apl's loq̄ns ī ꝑſona
ꝛc. poſtq̄ȝ oēs vt ſupra dictū eſt.
ſic monuit vt ꝑſeuerēt in ei⁹ do-
ctrina. ſtati oñdēs q̄ ſit illa: ſub-
dit. [Scitis enī q̄ p̄cepta]. vbi p̄-
mo ſuā explicat doctrinā. ſecūdo
minat̄ negligētib⁹ penā. ibi [q̄m
de⁹ vindex eſt] Adhuc in prima
ꝑte monet eos cauere ſp̄aliter a
duob⁹. ſ. p̄mo ab inq̄natiōe reſpe
ctu ſui. ſcd̄o ab offenſiōe reſpectu
primi. ibi. [ꝛ ne q̄s ſupgrediat̄].
Itē in p̄ma allegat tria. ſ. primo
p̄ceptoꝝ ſuoꝝ auctoritatez. ſcd̄o
dei volūtatē. ibi: [hec eī eſt volū-
tas dei. tertio ḡtiū ꝯriū faciētiū
cecitatē. ibi. [nō in paſſiōe]. Pro
p̄mo dicit. ſic ſe ꝯtinuās. ita am-
bulate queādmodum accepiſtis a
nob̄. [ſcitis enī q̄ p̄cepta dederim
vobis] ſup. q̄ȝ bona ꝛ q̄ȝ honeſta
ꝛ q̄ȝ vtilia. ſ. de cauēda imūdicia
reſpectu vr̄i. ꝛ iniuria reſpectu p
ximi. p̄cepta q̄dē ꝛ ſi ꝑ me repeti
ta. data tn̄ [ꝑ dñm ieſum. vñ ſm
glo. cōmēdat ea ab auctore. Uel
[dederim vob̄ ꝑ dñz ieſuz]. i. nō
auctoritate ꝓpria: ſȝ auctē dñi ie-
ſu. ij. Coꝝ. vlti. An expimētū q̄-
ritis ei⁹ q̄ in me loquit̄ xp̄s. Pro
ſcd̄o ā addit [hec ē volūtas dī]
Et vide q̄ ibi explicant̄ tria mo-
uēda ad obediēdū. ſ. p̄ceptū dīnū
q̄ [hec ē volūtas dei]. cōmoduz
ꝓpriū. q̄ [ſctificatio vr̄a] iuſticie
debitū. q̄ [vt abſtineatis vos ꝛc]
Ergo faciēdū ē ꝛ q̄ de⁹ p̄cipit: ꝛ
q̄ꝛ op⁹ expedit. ꝛ q̄ iuſticia exigit
Dicit ḡ iſta p̄cepta dedi vob̄ per
dñz ieſū. ꝛ bn̄ ꝑ ip̄m. [hec ē. n. vo
lūtas dei]. i. p̄ceptū dei. q̄d ē vo-
lūtas ſigni. q̄ȝuis nō ſp̄ bn̄placi-
ti. [ſctificatio vr̄a]. i. vt ſctificetis
vos. malū deſerēdo ꝛ deteſtādo.
ꝛ bonū faciēdo ac ī eo ꝑſeueran-
do. ꝛ ī Leuitico ſepe ſcribit̄. ſcti
eritis q̄ ego ſctūs ſuȝ ꝛc. [vt abſti
neatis vos] ſupp̄. q. longe remoti.
ſm glo. [ab oī fornicatōe]. ſ. tam
carnali q̄ȝ ſpūali. ꝛ hoc ſm decre
tū aploꝝ. q̄d ſcribit̄ Act. xv. ꝛ. j.
Coꝝ. vj. Fugite fornicatōez. Ab
ſtineatis dico ita [vt ſciat vnuſq̄ſ
q̄ȝ ꝛc. Hoc legit̄ dupl'r. vno mō
ſm q̄ li vas d̄r corp⁹ ꝓp̄uz ſic [vt
ſciat vnuſq̄ſq̄ȝ vr̄m vas ſuū.]. i.
corp⁹ ꝓpriū: q̄d ē vas aīe. ij. Coꝝ
iiij. ꝛ. iiij. hēm⁹ theſauꝝ iſtū ī va-
ſis fictilib⁹. i. ī nr̄is corpib⁹ [poſ
ſidere]. ſ. cohercēdo ꝛ ſubiugādo
ꝛ nō ab eo poſſideri. ſup. vt vobiſ
dñet̄. Sic poſſidebat apl's q̄ di-
cebat. j. Coꝝ. ix. Caſtigo corp⁹
me. ꝛ in ſer. red. [Poſſidere] in-
q̄t [ī ſcificatōe. ſup. ꝟtutū. domū
tuam domine. decet ſanctitudo
Ps. [ꝛ honore] nc. ſ. in honore t̄
aliqua turpitudine viciorum. ſi
cut faciunt illi de quorum quo-
libet in Pſal. dicitur. hō cū ī ho-
nore eēt nō intellexit. ergo [ſciat
vnuſquiſq̄ȝ vr̄m vas ſuū poſſide
re ꝛc,] vt ſic ſm glo. ſtudet officio

rum ſuoꝝ vaſa mūda ſeruare. ita ſtudeat membrorū ſuorum offi-
cinas ꝑ continentiā honorabileſ exhibere. ſic vno modo legit glo.
Alio modo etiā ſcḋm glo. legit̄ ꝓ-
ut li vas appellatur vxor ꝓpria. ſic. [ vt ſciat vas ſuū ]. id eſt vxo-
rē ſuā. j. Pe. ij. Quaſi īfirmiori vaſculo muliebri impꝑcientes ho
norem. [ poſſidere ] ſup̄. ei domi-
nando. [ non ] ſupple poſſideri ei ſeruiendo. q2 vt dicit̄ Eccī. xxv.
Mulier ſi primatū habeat: ꝯtra ria eſt viro ſuo. [ Poſſidere: inq̄ꝫ
[ in ſanctificatione ]. ſ. ſcḋm glo. in terdū abſtinendo ab eius licito
vſu. ſemꝑ vero abſtinēdo ab eius illicito vſu. ꝓpter hoc enī fuit per
cuſſus Onā. q2 vxore abutebat̄. Gen̄. xxxviij. ergo poſſideat vnuſ
quiſq3 vxorem ſuā. ꝛ nō poſſidea tur ab ea. Iſte enim eſt peſſimus
modus habēdi quo vxor hab3 vi rū ſcḋm Ariſto. Unde dixit ille. ij.
Eſdre. iiij. O viri dn̄antur vob mulieres: nōne doletis. f
Pro tertio ſubdit. [ nō in paſſi-
one ]. q. d. Ita ſciat vnuſquiſq3 vas ſuū ꝛc̄. ꝛ hoc [ nō in paſſione
deſiderij ]. i. in paſſionib9 exiſten tib9 in deſiderio. Romano. xiij.
Curā carnis ne feceritꝭ in deſi-
derijs. [ ſicut ꝛ gentes ] ſup. faci unt [ que ignorāt deū ]. ꝓpter. qḋ
nō debetis aſſimilari eis. q2 pſ̄. dicit. Effunde iram tuā in gen-
tes q̄ te non nouerūt ꝛc̄. Deinde monet cauere de oī offenſiōe re-
ſpectu ꝓximi. ſic ſe ꝯtinuās: p̄ce

pta dedi vobis. ſ. vt abſtineatis vos a fornicatiōe ꝛc̄. [ ne q̇s ſuꝑ-
grediat̄ ] ſup. ꝑ violentiam. [ ne q3 circūueniat ] ſup. ꝑ fraudulē
tiam. [ in negocio ] ſup. priuato vxoris. ſcḋm glo. vel q̄cunq3 alio
modo. [ fratrē ſuū. i. ꝓximū ſuū. hoc p̄ceptū ſeruabat apl's q̄ dice
bat. ij. Corinth. vij. Neminē leſi mus: neminē corrupim9: nemi-
nē circūuenim9. Poſtmodū p9 doctrinā cōminat̄ negligentib9
penā. d. [ qm̄ de9 vindex eſt ꝛc̄ ]. Et p̄mo cōminat̄ pene inflictio-
nē. Scḋo allegat inflictiōis rō-
nem. ibi. [ Non enī vocauit nos ꝛc̄ ]. dicit ergo ſic ſe ꝯtinuans: p̄
cepi vobis vt abſtineatꝭ a forni-
catione: ꝛ ne q̇s ſuꝑgrediat̄ ꝛc̄. ꝛ certe ab his debetꝭ oīno caue-
re. [ qm̄ vindex eſt dn̄s de his oī bus ]. i. vindictā faciet de oī im-
mundicia: de oī iniuria ꝛ omni fraudulentia. Roma. xij. Mibi
vindictā ꝛ ego retribuā. ad He bre. x. Horrendū eſt incidere in
man9 dei viuentis. Ita dico vin dex. [ ſicut p̄dixim9 ]. i. ſimplici-
ter predicauim9. [ ꝛ teſtificati ſu mus ]. id eſt ſcripturaꝝ teſtimo
nio ꝓbauim9. ergo in puniente ptās. q2 dn̄s in punitione eq̄tas
q2 de his oīb9. ꝛ in vtroq3 v̄itas q2 teſtificati ſum9. Poſtremo aſ
ſignat hui9 vindicte dīne cauſā ꝛ rōnem dicens. [ Non enī voca uit nos ꝛc̄ ]. Ubi apl's intendit
talē rōnē: q̇ repellit diuinā voca tionē. dign9 eſt pena eterna. Sꝫ

homo immūdus est ſctitatꝭ ini/
micꝰ.⁊ repellit diuinā vocatio/
nē.ergo est pena eterna dignus.
Huiꝰ rōnis ꝑmiſſa ꝯcluſiōe cuꝫ
dixit.q̄niaꝫ vindex eſt ⁊c̄.⁊ ſup/
poſita maiori tanq̄ꝫ vera.ponit
ꝓbationē mīoris.huiꝰ videlicꝫ:
ꝙ hō immūdus diuinā repellit
vocatōnē d.[ Nō ei vocauit nos
deꝰ in īmūdiciā ].i.vt īmūdicie
ſeruiamꝰ.Mūdos eni diſcipu/
los ⁊ miniſtros amat deꝰ.iuxta
illud Prouer.xxij.Qui diligit
cordis mundiciā ꝓpter grāꝫ la
biorꝫ ſuorū amicū habebit regē
[ ſed ]ſupple vocauit.[ in ſancti
ficationē ].i.vt ſctē viuamꝰ.⁊ ei
in ſctitate ſeruiamꝰ.iuxta illud
Luc.j.Seruiamꝰ ei in ſctitate
⁊ iuſticia ⁊c̄.⁊ apl's Eph.iiij.di/
cit:Obſecro vos vt digne am/
buletis vocatiōe q̄ vocati eſtis.
Et vide hic tria q̄ multū debent
nos mouere ad nō repellenduꝫ
iſtā vocationē.Uocantꝭ ſublimi
tas ꝑmū.q2 nō vocauit nos ali/
quis ꝑnceps terrenꝰ vel eccl'iaſti
cus:ſed ip̄e deꝰ.Uocatorꝫ fragi/
litas.q2 nō ſolū vocauit angeloſ
ſeu beatos hoīes:verūetiā miſe
ros viatores.q2 nos dicit.Rei
ad quā etiaꝫ vocat nobilitas.q2
nō in īmūdiciā:ſꝫ in ſctificatōem
Addit auteꝫ eccl'ia [ in xp̄o ieſu
dn̄o nr̄o ] vt innuat ꝙ iſta voca/
tio fuit ꝑ ieſum xp̄m dn̄m nr̄m.
Et vocationis executio eſt ī vir
tute ieſu xp̄i ⁊ ad ſeruitiū ip̄ſius
Finis aūt vocatōis eſt laus:ho
nor ⁊ glīa ieſu xp̄i. B Patꝫ
aūt ꝯcordia inter iſtam ep'lam ⁊
euangeliū qd̄ hodie legit̄ ſm ro/
manū ordinarium:qd̄ ſcribitur
Math.xvij.⁊ incipit:Aſſūpſit
ieſus petrū iacobū ⁊ iohēm ⁊c̄.
In fine nāq̄ꝫ iſtiꝰ ep'le dr:ꝙ deꝰ
vocauit nos in ſctitatē vite.⁊hu
ic ꝯcordat ꝑncipiū euāgelij vbi
dr ꝙ aſſumpſit ieſus petꝝ.Ipſa
eni dei vocatio eſt xp̄i aſſūptio.
⁊ ipſa vite ſctitas ꝑ iſtū monteꝫ
excelſuꝫ de q̄ habet̄ in euangelio
figurat̄.vite vero ſctitas aſſequi
tur habūdātiā nō ſolū ī meritꝭ ſꝫ
etiā in ꝑmijs.ſicut innuit epiſto
la.d.vt habūdetꝭ magꝭ.hec eī ꝑ/
miorꝫ habūdātia ſolū erit in ce/
leſti patria.vbi xp̄s trāſfigurat̄:
id eſt in forma glīoſa videbitur.
vbi ſcti certiſſime videbūt eiꝰ di
uinitatē:q̄ ꝑ faciē eiꝰ( que inſtar
ſolis reſplenduit )itelligit̄:ac ip
ſius humanitatē:q̄ ꝑ veſtimenta
eiꝰ inſtar niuis candida intelli/
git̄.vbi etiā clare videbunt tres
diuinas ꝑſonas.q̄ ī hac vita vi
dent̄ in enigmate.vbi inſuꝑ ꝑfe/
cte intelligēt legē moyſi:ꝓphetiaꝫ
helye:⁊ aliorꝫ ꝓphaꝝ doctrinaꝫ:
petri:iacobi:iohis ⁊ oīm aplorꝫ
q̄ oīa hic ex ꝑte cognoſcunt̄.de q
bus oībꝫ fit mētio in euāgelica
lectione.⁊ tunc erit boni habun
dantia in celeſti patria.vt tūc di
cet q̄libet beatꝰ cū petro.Domi
ne bonū eſt nos hic eſſe.Et q̄niā
ꝑcepta que ad vite ſanctitatē ꝑti
nent data ſunt nobis ꝑ dn̄m ihm.

vt expreſſe dicit ep'la.ideo deus
pr̄. dicit nobis de filio ſuo in euā-
gelio.ipm̄ audite.qm̄ ei⁹ doctri-
na eſt neceſſaria ad ſalutē. Ulte-
rius qm̄ premio ꝓ habūdantia:
quā finaliter aſſequit̄ vite ſancti
tas:nō erit vſqꝫ poſt generalē re-
ſurrectōꝫ q̄ fuit demōſtrata i xp̄i
reſurrectiōe. Idcirco xp̄s fac̄ mē
tionē in fine euāgeliȷ̄ de ſua reſur
rectiōe.d. Donec fili⁹ hoīs a mor
tuis reſurgat. Cōcordat etiaꝫ cū
euāgelio qδ alie legunt eccl'ie.qδ
ſcribit̄ Math.xv.quod incipit.
Egreſſus ieſus ꝛc̄. In ep'la d꞉ ꝙ
oportet nos ſic ambulare:vt pla
ceam⁹ deo ꝛ habūdem⁹ in bono
Et certe iſta mulier de q̄ loquit̄
euāgeliū ſic ambulauit. Uenit ei
ad ieſum ꝛ ſeq̄bat̄ ip̄m cū mag-
na deuotiōe.clamabat nāqꝫ.miſe
rere mei dn̄e fili dauid. ꝛ cū ma-
gna patiētia.q꞉ nō fuit indigna-
ta qn̄ ieſus nō rn̄dit ei clamanti
nec qn̄ vocauit eā canē. Cū ma-
gna etiā humilitate.q꞉ ꝛ ꝯfiteba
tur ſuā neceſſitatem.ꝛ vocauit ſe
catellam.q꞉ nō dignam magno
fruſto panis:ſed ſolū micis q̄ ca
debant de mēſa. Cū magna ni-
hilominꝰ fide.q꞉ credebat xp̄m
demonē poſſe effugare. vn̄ dixit
ei xp̄s. O mulier magna ē fides
tua. Et q꞉ ſic ambulauit.iō pla-
cuit xp̄o.ꝛ habundauit in bono.
q꞉ obtinuit ꝓ ſua filia ꝑfectā ſani
tatē. Et vere q̇cūqꝫ ſic ambulat:
obtinebit a xp̄o ꝑfectā mentis ꝛ
corpis ſanitatem.qδ nō erit vſqꝫ
poſt gl'ioſaꝫ reſurrectionē p̄mon
ſtratā in reſurrectōe xp̄i. Cui⁹ q̇-
dem reſurrectōnis nos ꝑticipes
efficiat ip̄e dn̄s ieſus xp̄s. Amē.

Feria ſcda poſt
Reminiſcere.

In diebus
illis. Orauit daniel do
minū.d.Dan̄.ix. H
Sicut ſupra dictū eſt ſacri ie-
iuniȷ̄ optima comes eſt hūilis ꝛ
deuota ſupplicatio. Propter qδ
eccl'ia in hoc ſolenni ieiunio ſepe
monet chriſtianuꝫ ꝑl'm deuote
orōni iugiter inſiſtere. nūc ꝟbis
nunc exēplis ſctōꝝ q̇ deuote ora
uerunt. Nūc ezechie regis iuda.
nūc iude macha. nūc ieſu fili ſy-
drach.nūc dan̄.nūc heſter. nunc
ieremie.nūc ſuſanne. Unde etiā
poſtq̄ꝫ heſterna die mouuit ieiu
nantes corꝑaliter:vt ieiunēt etiā
ſp̄ualiter cauendo ſuꝑple omneꝫ
diſplicentiā reſpectu dei. omneꝫ
immundiciā reſpectu ſui:ꝛ oēm
violentiā ꝛ fraudulentiaꝫ reſpe-
ctu ꝓximi.ꝯſequēter in hac lecti-
one monet eos vt deuote vacent
orōni:ꝓponens in exemplū orati
oneꝫ danielis:qui deuote orauit
ꝓ liberatione ꝑpl'i ſui:ꝛ ſolutione
babylonice ſeruitutis. Ad pleni
orem euidentiā iſtius lectōis ſūt
aliqua premittenda. Primū eſt
ꝙ daniel fuit de tribu iuda: ꝛ de
ſemine regio.ſicut text⁹ innuit p̄

mo capitulo. quicq̄d dixerit. lxx. ꝙ fuerit filiꝰ abdo ſacerdotis de tribu leui. Scḋm eſt ꝙ Daniel puer trāſmigrauit in babylonē ſub nabuchodonoſoꝛ āno tertio regni ioachim filij ioſye vnacū ipo rege ⁊ tribꝫ alijs pueriſ de ſemine regio ſcꝫ anania: miſabele: ⁊ azaria. ſicut textꝰ innuit eiuſdē pmo ca. Tertiū eſt ꝙ nabuchodonoſoꝛ elegit iſtos q̄ttuoꝛ pueros: vt ſtarēt in palacio ⁊ in conſpectu regis. qꝛ noluerūt ꝯtaminari ⁊ veſci de cibis regijſ: dedit eis deus ſciam ⁊ diſciplinam in omni verbo et ſapientia. danieli vero intelligentiā omniū viſionum ⁊ ſomnioꝛum: cui de mandato regis fuit nomen impoſitū baltbaſar: quod erat nomē generis regij. Rex enim cogitauit ſtatim ipſum danielem in filiū adoptare. Quartum eſt ꝙ Daniel pꝛophetauerat in chaldea. Incepit autem pꝛophetare ſub nabuchodonoſoꝛ. ⁊ continuauit ꝓphetiā ſub alijs regibus. vtpote ſub nabuchodonoſoꝛ iunioꝛe et ſub euilmerodach: baltbaſar: dario medo ⁊ cyro rege perſarum. Et fuit factus dañ. pꝛinceps ſup toto regno chaldeoꝛū p nabuchodonoſoꝛ Dañ. ij. Et poſtea p darium factꝰ fuit vnus de tribꝫ pꝛincipibus ſup toto regno chaldeorum ⁊ medoꝝ. daniel. vj. Quintum eſt ꝙ ī hoc libꝛo quē ſcripſit daniel ſunt ſcripte nouē vel decē viſiones. que dicunť viſiōes danielis. quia in ipſis aliqua vidit vel viſa p alios explanauit. Et vidit aliqua de iſtis ſub magno nabuchodonoſoꝛ. aliqua ſub baltbaſar. aliqua ſub dario ⁊ aliqua ſub cyro. ſicut libꝛi ſeries manifeſtat. Sextum eſt ꝙ licet daniel excellenter habuit ſpiritū ꝓpheticum. liber tamen iſte non cōputatur apud hebꝛeos inter ꝓphetas: ſed inter agyographa. quia non erat daniel deſtinatuſ a deo ad officium pꝛophetandi. Septimum eſt ꝙ libꝛum iſtum trāſtulit Jeronymus cum difficultate magna ad petitionē paule ⁊ euſtochij. Scriptus enim erat hebꝛaicis litteris: ſed chaldeo ſermone. nec legebatur ab eccleſia. ſm. lxx. quia multum a veritate coꝛū editio diſcoꝛdabat. ſed ſm theodocionem: qui apud hebꝛeos nec Suſanne habet hiſtoꝛiā nec hymnum trium pueroꝛum. nec Belis fabulam nec draconis. Hec magiſter in hiſtoꝛijs. Octauum eſt ꝙ iſtam oratione fecit Daniel anno pꝛimo darij filij aſueri. q̄ dictꝰ eſt aſtrages. Intellexit eni ex libꝛo Jeremie ꝙ inſtabat tempus liberatōis p̄pl'i et reductiōis ad terrā ſuam. Dixerat nanq; Jeremias. Jere. xxix. ſic. Cum ceperint impleri in babylone. lxx. anni viſitabo vos vt reducam vos ad locum iſtū. Intellexit aūt daniel ex numero annoꝛū quibꝰ reges ab aduētu ſuo in chaldea regnauerant. ꝙ iā in-

ſtabat ann⁹.lxx. ⁊ ĩdo humiliter
orabat ꝑ liberatione. Et q̃niam
deus ſumme liberalis eſt: ſemꝑ
plus dat q̄ꝫ rogetur: non ſolũ li-
berauit populũ: verũ etiã reuela-
uit Danieli liberationeꝫ vniuer-
ſalem humani generis ꝑ chriſtũ
fiendam. que tamẽ figurabat̃ in
particulari liberatõne facta per
Cyrũ. Unde reuelauit ei de⁹ my
ſteriũ ſeptem hebdomadarũ an-
norũ. poſt quas occidend⁹ erat
verus chriſtus. ſicut in hoc eodẽ
capit̃lo patet. J His p̃no-
tatis ad diuiſionẽ p̃ntis lectiõis
ꝓcedam⁹ in hũc modũ. Orõ tũc
efficacior eſt ⁊ exauditione digni
or. qñ orãs recognoſcit accepta
beneficia. ⁊ confitet̃ cõmiſſa fla-
gicia: allegatq̄ꝫ inflicta grauami
na. Primuꝫ patet. q̄ꝛ ſm Bern̄.
Ingratitudo eſt vent⁹ vrẽs: ſic-
cans fontẽ miſc̃die ⁊ rorem diui
ne pietatis. ergo ꝑ oppoſitũ gra
titudo ⁊ recognitio accepti bene
ficij impetrat gratiã ⁊ miſc̃diam
dei. Scõm patet in exemplo
publicani q̇ cõfitebat̃ ſe pctõrem
eſſe. d. de⁹ ꝓpicius eſto mihi pec
catori. in orõne ſua meruit exau
diri. Luc̃. xviij. Tertium patet
in muliere chananea ⁊ pluribus
alijs q̄s introducit euãgeliũ qui
explicantes neceſſitates ſuas et
miſerias fuerũt a dño liberati.
Jdo ſctũs daniel ĩ iſta lectõe q̄n
q̄ꝫ facit. Primo eni recognoſcit ac
ceptũ bñficiũ. d. [Dñe deus nr̃]
ſc̃do ꝯfitet̃ cõmiſſũ flagiciũ. ibi
peccauim⁹. tertio allegat ĩflictũ
ſuppliciũ. ibi. [Propter pctã ei no-
ſtra]. q̄rto mittit deo orõnis en-
ceniũ. ibi. Nũc ergo exaudi] q̄n-
to petit a deo exauditõis donuꝫ.
ibi. [exaudi dñe: placare] Uñ q̄n
tũ ad p̄mũ vbi recognoſcit. ſicut
dixi acceptũ bñficiũ. p̄mittẽte ec
cleſia [In dieb⁹ illis]. ſ. Anni p̄-
mi darij filij aſueri dicti aſtrageſ
de ſemĩe medoꝝ. q̇ impauit ſuꝑ
regnũ chaldeoꝝ ãno vno qñ da
nieli debuit fieri octaua viſio.
[Orauit dañ. dñm dicẽs. Ora-
uit] dico in ieiunijs: ſacco ⁊ ci-
nere vt d̃r in p̄ncipio ca. Qua ãt
hora diei iſtã orõnẽ fecerit h̄ bñ
nõ exp̄mit̃. Orabat nãq̄ꝫ daniel
more iudeoꝝ trib⁹ tꝑib⁹ ĩ die. ſi
cut d̃r dañ. vj.. Judei eni orabãt
trib⁹ horis in die. ſ. hora tertia.
q̄ꝛ tũc lex fuit data ĩ ſyna. ⁊ tunc
etiã orat eccl̃ia. q̄ꝛ hora tertia fu
it dat⁹ ſpũſſctũs apl̃is ĩ monte
ſion. Orabãt etiã hora ſexta. q̄ꝛ
tũc erect⁹ eſt ſerpẽs ene⁹ ĩ ligno
⁊ tũc etiã orat eccl̃ia. q̄ꝛ tunc xp̄s
fuit ſuſpẽſus ĩ cruce. Orabãt in-
ſuꝑ in nona. q̄ꝛ tunc petra dabat
aq̄s in cadeſ. ⁊ tũc etiã orat eccl̃ia
q̄ꝛ hora nona de latere xp̄i lance
ato fluxerũt ſanguis ⁊ aq̄. Pau-
lus etiã orabat trib⁹ hor̃ in die:
⁊ de petro ⁊ ioh̄e legit̃. Actu. iij.
ꝙ aſcẽdebãt ĩ tẽplũ ad horã orõ-
nis nonã. Qua hora daniel iſtã
orõnẽ fecerit: ñ exp̄mit̃. ſꝫ ex ſerie
text⁹ innuit̃ ꝙ eam continuaue-
rit a mane vſq̄ꝫ ad tẽp⁹ ſacrificij

veſpertini.[ Dn̄e deꝰ nr̄ qui edu
xiſti pplm tuū. ]ſup. iſrl.[ de ter
ra egypti in manu forti ].i.ī vir-
tute magna. ſcȝ egyptū ꝑcutien-
do: mare diuidēdo: egyptios ſub
mergendo: ⁊ alia miracula faci-
endo. q̄ nō poterant fieri niſi ꝟtu
te tua infinita.[ ⁊ feciſti tibi no-
men ] q: ſup. ꝑ illa facta ſtupen-
diſſima nomē dei iſrl. i. ꝟtus no
minata fuit q̄ſi ꝑ vniuerſam ter
rā publicata[ ſm diē hanc ].i. id ē
vt patet in die hac. Tūc eni cuȝ
loq̄bat̄ Dan. erāt diſꝑſi filij iſrl.
q̄ſi ꝑ totū orbem. ſcȝ inter chal-
deos: aſſyrios ⁊ egyptios ⁊ ali-
as gentes: ⁊ narrabāt mirabilia
q̄ pro ipſis deꝰ fecerat ī egypto.
Ecce igit̄ ꝙ recognoſcit acceptū
beneficiū: inter eni diuīa benefi
cia recitat illud qđ fuit maius.

Quantū aūt ad ſcđm. vbi ſcȝ
ꝯfitet̄ cōmiſſum flagiciū addit.
[ Peccauimꝰ dn̄e: impie egimꝰ:
iniquitatē fecimꝰ in omnē iuſti
ciam tuā. Peccauimꝰ ] quidem
in omni ſup. genere peccati. vel
[ Peccauimꝰ ] reſpectu nr̄i.[ im
pie egimꝰ ] reſpectu dei. deſerēdo
cultū eius: q̄ pietas appellatur.
[ iniq̄tatē fecimꝰ ] ſup. reſpectu ꝓ
ximi. Sic igit̄ ꝯfitet̄ cōmiſſa fla
gicia. Aduertēdū tn̄ ꝙ ipē n̄ loq̄
tur in ꝑſona ꝓpria. fuit eni ſciſſi
mus vir: ⁊ pctā grauia nō fecit.
Nā fuit adeo caſtus: vt dic̄ ma-
giſter in hiſtorijs. ꝙ a ſuis cōtri
bulib; ſpado putabat̄. Sed loq̄
bat̄ in ꝑſona ppli in q̄ ſm diuer
ſas ꝑſonas fuerūt inuēta multa
genera pctōꝝ: Sequit̄.[ Auerta
tur obſecro ira tua ⁊ furor tuus
a ciuitate tua hierlm ] q̄ iā deſo-
lata eſt ſup. et q̄ſi deſtructa. in q̄
tn̄ vigebat cultꝰ diuinꝰ ex tua ele
ctione. ⁊ iō ſpecialr ciuitas tua.
[ ⁊ a monte ſctō tuo ]. ſcȝ ſion vel
moria. in q̄ fuit edificatū tēpluȝ
tuū: qđ iā deſertū eſt: ⁊ oīno diſ-
ſipatū eſt. Pars nanq; illa ciui
tatis: in q̄ erāt templū ⁊ domus
regia: erat mons toti ciuitati e-
minens. q̄ ꝓpter templū ⁊ ſctūa-
riū dicebat̄ mons ſanctus dei.

Notandū aūt ꝙ ira ⁊ furor ī
deo nō ſunt formalr. q: in deum
nulla paſſio cadere pt. ſm phm.
ſed ira dei ⁊ furor dicunt̄ in ſcri-
ptura effectꝰ diuīe iuſticie. ſ. pu-
nitio ſua ⁊ vindicta. Vn̄ ſcriptu
ra loquēs ſic de deo ſic hic ꝓpha:
loquit̄ nō ꝓprie: ſed methaphori-
ce ⁊ more hūano: vt intelligatur
deū iraſci ⁊ furere qn̄ hoīem pu
nit: ⁊ de illo ſe vindicat. q: ſe ha
bet ad modū furētꝭ ⁊ irati. Quid
ergo petit h̄ ꝓpha. cū dicit: Auer
tat̄ ira tua obſecro ⁊c̄. Certe pe-
tit vt deꝰ amoueat a pplo iraȝ. i.
effectū diuīe iuſticie. ſ. punitiōeȝ
q̄ de ipo ſe vindicauit. q. iā ꝑ. lxx
annos. k Quātū ꝟo ad ter
tiū vbi. ſ. allegat inflictū ſuppli-
ciū ſubdit.[ ꝓpter pctā eni nr̄a ].
Loq̄bat̄ nanq; in ꝑſona ppli.[ ⁊
iniq̄tates patꝝ nr̄oꝝ. ſ. regū: ſa-
cerdotū ⁊ alioꝝ.[ hierlm ]. ſ. ci-
uitas tua ſacerdotal ⁊ regia.[ et

ppl'ſ tuus ] .ſ. iſrl' [ in obprobriũ
ſunt ] .i. in verecũdiã ꝛ ↄfuſionẽ.
[ ꝓpter ſuitutẽ ] ꝛ alia ſup̄. q̄ pati
untᷣ grauamĩa. [ oĩbꝫ ] ſup̄. genti
bus. [ ꝑ circuitũ nr̃m ] hoc ãt di⸗
cit. qꝛ nõ ſolũ inter chaldeos: ve⸗
rũetiã inter aſſyrios ꝛ egyptios:
ꝛ multos alioſ ꝓplos filij iſrl' tũc
erãt diſpſi. Ecce quõ allegat in⸗
flicta grauamĩa. q̄ oĩa dicebat iu
ſte pati ppl'm. qꝛ ꝓ pctĩs. q̄ magꝭ
explicauerat ſupi⁹ in eodẽ ca. di.
Peccauim⁹: iniq̄tatẽ fecim⁹ ꝛc̃.
Quãtũ aũt ad q̃rtũ. vbi mit⸗
tit do orõnis enceniũ. dic̃. [ Nũc
exaudi. Et h̃ p̃mo tãgit oran⸗
tis hũilitatẽ verã. ſcdo orõis ma
teriã. ibi [ Et oñde faciẽ tuã ſ. ter
tio orãtꝭ formã. ibi [ ꝓpter temet⸗
ip̄m ] Dicit g̃ [ Nũc ergo exaudi
de⁹ nr̃ orõnẽ ſerui tui ꝛ p̃ces ei⁹ ]
Forſan ꝑ orõnẽ intelligit orõnẽ
mentalẽ. ꝛ ꝑ p̃ces orõnẽ vocalez.
Et vide q̄ q̃uis eſſe ſeruũ dei ſit
ſũme nobilitatꝭ. qꝛ ſeruire deo re
gnare eſt. qꝛ h̃o nomẽ fui nomen
hũilitatꝭ eſt. eo q̄ nomẽ ſubiecti
onis eſt. iõ vocãs ſe ſeruũ dei hu
miliat ſe. ſic̃ dicebat dauid. Ser
uus tu⁹ ꝛ fili⁹ ancille tue. in pſ̃.
ꝛ ſicut v̄go beata q̄ dicebat deo
Lu. j. Reſpexit hũilitatẽ ancille
ſue. Sequitᷣ. [ ꝛ oñde faciẽ tuaz ]
ſup̄. quã vide ris ãnis pl'ibꝫ ab⸗
ſcondiſſe. [ faciẽ ] dico. i. dulcedi
nẽ tue miſcdie. qꝛ ãnis multis ſe
ueritatem tue iuſticie oſtendiſti.
[ oſtende ] inquã. [ ſup ſanctuari
um ] . id eſt ſup templũ tuũ. in q̄

tu ſanct⁹ ſanctoꝝ ſolebas coli et
honorari: ꝛ ppl'o tuo reſpõſa da⸗
re. [ qđ deſertũ eſt ] qꝛ deſtructuz
fuit ꝑ nabuzardan. iiij. Reg. vlti
mo. ꝛ iam vie ſion lugent. qꝛ nõ
eſt q̄ veniat ad ſolennitatẽ. Tre⸗
no. j. Põt aũt aliter dici: q̄ lꝫ
ꝓpheta ad lrãm peteret corꝑalez
conſolationẽ ꝛ liberationem po
puli: ꝛ reductionẽ in terrã ſuã: et
ad diuinũ ſanctuariũ: fiendaz ꝑ
Cyrum. p̃ncipalius tamẽ ad lit⸗
terã petit ſpũalem liberationẽ et
conſolationẽ humani generis. et
reductionẽ in celũ fiendã ꝑ filiuz
dei incarnatũ. vnde petebat oſtẽ
ſionem illi⁹ faciei. quã etiaz pete⸗
bat dauid in pſ̃. d. Oſtende no⸗
bis faciem tuã: ꝛ ſalutare tuũ da
nobis. i. incarnationẽ filij tui dei
qui fuit ſanct⁹ ſanctoꝝ. ꝛ vnctus
oleo leticie p̄ cõſortibꝫ ſuis. Qđ
plane patet ex fine capitl'i. vbi di
citᷣ q̄ Gabriel reuelauit ſibi de⸗
terminatū temp⁹ aduent⁹ et vn⸗
ctionis ſctĩſctõruz: a ſuo populo
negandi ꝛ occidendi. Deinde
quantum ad formam orationis
ſubdit [ propter temetipſum ] id
eſt propter bonitatem tuam: nõ
propter iuſticiam noſtrã [ incli⸗
na deus meus aurem tuam ꝛ au
di. aperi oculos tuos ꝛ vide deſo
lationem noſtram: ꝛ ciuitatem ]
ſupple vide. [ ſuper quam inuo⸗
catum eſt nomen tuum ]. No
tandum q̄ hec eſt debita forma
orandi. vt allegetur diuina bo⸗
nitas: nõ noſtra ſanctitas: vt ad

iuretur deus propter ſuam boni
tatem:non propter noſtram ſan
ctitatem.quia vt dicit Eſaie.lx⸗
iiij.Omnes iuſticie noſtre quaſi
pannus menſtruate.Sic orauit
dauid cum dicebat.Scḋm miſe
ricordiā tuam memento mei tu:
propter bonitatem tuā domine.
Si enim vt dicit Prouerb.xvj.
Uniuerſa ꝓpter ſemetipſuȝ ope
ratus eſt dominꝰ.Sequit etiaȝ
ꝙ propter ſemetipſum orationeſ
exaudit dominū.⁊ ipſis bñficia
impendit.ergo ꝓpter temetipſū
inquit: Inclina deus ⁊c̄. L
Notandum etiam ꝙ oculi ⁊ au
res non debent intelligi in deo ꝓ
prie ⁊ corporaliter ſicut ī nobis
quia deus ſpiritꝰ ſimpliciſſimꝰ
eſt.Job.x.Nunquid oculi car⸗
nei tibi ſunt ⁊c̄.quaſi di.non.ſed
accipiuntur ſm quandam meta
phoricam ſimilitudinem.vt vi⸗
delicet cum ſm Ariſtotilē viſus
⁊ auditus inter omnes ſenſus q̇
ſunt in nobis magis proſint ad
acquirendam intellectualem no
ticiam.Ideo per aures dei ⁊ ocu
los deſignatur eius intellectus
actualiſſimus omniū cognitiuꝰ
Ulterius quoniā ſm Ariſtotilē
viſus plures rerū differētias no
bis annunciat q̄ȝ aliquis alius
ſenſus.ideo per oculos dei deſi⸗
gnatur eius intellectus prout ē
cognitiuus omniū que ſunt:et q̄
fuerunt:⁊ que poſſunt eſſe.He⸗
breorū.iiij.Omnia nuda ⁊ aper
ta ſunt oculis eius.Omne enim
futurum diuinus p̄currit intui⸗
tus.ait Boetius.v.de conſolat.
Et ſm Auguſti.xij.de ciuitate
dei.Non aliter cog̊ſcit fienda q̄ȝ
facta.quia vocat ea que nō ſunt
ſicut ea que ſunt.ad Roma.iiij.
Per aures vero dei deſignat in⸗
tellectus eius prout eſt cogniti⸗
uus ſolūmodo eorum que dicū⸗
tur a creatura ſeu clamore aliq̈
exprimuntur.⁊ hoc ſiue clamo⸗
re naturali ſeu mentali ſeu voca
li.ſicut in Pſal.dicitur:ꝙ aures
domini ad preces iuſtorū.⁊ ali⸗
bi.Auribus percipe domine ve
ba oris mei:⁊ intellige clamoreȝ
meum.Et alibi.Auribus per ci
pe lachrymas meas.Sed tunc
ſurgit alia queſtio.Cum diuinꝰ
intellectus ſit ſemper in actu in
telligendi omnia.ac per hoc ſem
per videat ⁊ audiat:⁊ oculos ap
tos habeat:et aures ad audien⸗
dum intētas.quare propheta di
cit:Inclina aurem tuam ⁊ audi
⁊c̄. Pro quo ſciendum:ꝙ in
deo duplex eſt noticia.ſ.quedam
pure ſpeculatiua.⁊ ſm iſtā ſemꝑ
deꝰ eſt in actu intelligēdi ⁊ audi
endi.⁊ ſemꝑ habet apertos ocu
los ⁊ aures intentas.Unde lo⸗
quendo de iſta non petebat ꝙ de
us aperiret oculos ⁊ videret ⁊c̄.
quia vt dicitur Eccleſiaſti.xxiij.
Omnia videt oculus dei.Ocu⸗
li domini multo plus lucidioreſ
ſunt ſuper ſoleȝ.circūſpicientes
omnes vias hominū.⁊ profun⸗
duȝ abyſſi.⁊ corda hoīm.Seq̇t.

Dñ̄o deo anteq̄ȝ crearent̄ omnia
ſunt agnita. ſic ⁊ poſt ꝑfectuȝ re-
ſpicit oīa. Et iſta noticia dei nō
eſt cauſa rerū niſi ſine qua non.
Non enī ſm̄ beatū Aug⁹. iō fue-
runt res: q꜃ fuerūt a deo cognite
q̄ꝫuis nunq̄ȝ fuiſſent niſi ipē eas
p̄cognouiſſ꜃. Eſt aūt alia noti
cia dei que dicit̄ practica ſeu ope
ratiua. ⁊ hec eſt cā rerū. ſm̄ quaȝ
dicit̄ deus videre aliqñ ad miſe-
rendū ⁊ indulgendū. ſicut dicit
ps̄. Uide laborē meū ⁊ humili-
tatem meā. Aliqñ aūt ad puni-
endum ⁊ affligendū. ſicut in ps̄.
Oculis tuis ꝯſiderabis: ⁊ retri
butionē pctōꝝ videbis. Et qñ-
q̄ȝ deus videre dicit̄. ⁊ hoc ad mi
ſerendū. ⁊ qñq̄ȝ dicit̄ nō videre:
ſed habere oc̄los clauſos ad pu-
niendū. ⁊ econuerſo. Quid ergo
petebat ꝓpheta. certe nihil aliud
niſi ꝯdeſcenſionē diuine bonita-
tis: vt videlicet. deus qui iā diu
auditione ꝯdeſcenſiua clamoreȝ
eoꝝ non audiuerat: iam inclina
ret aures ſuas ad audiendū cla-
morem eoꝝ. i. ad exaudienduȝ.
Dicit ergo ⌊Propter temetip̄ȝ⌋
id eſt propter bonitatem tuaȝ. ⁊
nō propter iuſticiā noſtrā. ⌊Ne-
q̄ȝ enim in iuſtificationibus no
ſtris⌋ q꜃ ſupple nulle ſunt. ⌊pro
ſternimus⌋. id eſt humiliter pro
ſtrati ad terrā fundimus preces
noſtras. ⌊ante faciem tuam⌋. id
eſt ante diuinitatē tuam q̄ vbiq̄ȝ
tota p̄ſens eſt. ⌊ſed in miſeratio-
nibus tuis multis⌋. id eſt ſpem
⁊ fiduciā habentes in eis. ſic̄ di-
cebat ꝓpheta in ps̄. Scd̄m mul
titudinem miſerationū tuaꝝ de
le iniquitatem meam. M
Quantū ad quintū. vbi vltimo
petit a deo exauditionis donuȝ.
ſubdit. ⌋Exaudi domine: placa
re ⁊c̄. ⌋Exaudi inquit dn̄e⌋ ſup̄:
precibus noſtris benigne annu
endo. ⌋placare dn̄e⌋ ſcȝ offenſam
remittendo. ⌊attende⌋ ſcȝ nobis
iugiter aſſiſtendo. ⌊⁊ fac⌋ nobis
ſupple conſolationē: vt promiſi
ſti ꝑ effectū tribuendo. ⌊Ne mo
reris⌋ ſup̄. amplius differendo:
⁊ miſericordiā diutius ſuſpen-
dendo. q꜃ iam inſtat tempus in
quo nos ꝓmiſiſti cōſolari. ⁊ nos
a captiuitate liberare. Ita dico.
⌊Dn̄e exaudi: placare: fac: et ne
moreris ꝓpter temetipſum deus
meus. i. vt veritas tua ⁊ bonitas
tua cunctis appareat. ⁊ vt cult⁹
tibi debitus ꝑſoluatur. ꝓpter qđ
ſubdit. ⌊q꜃ nomen tuum inuoca
tum eſt ſuper ciuitateȝ tuā⌋ ſup-
ple hieruſalē. ⌊⁊ ſup ppl̄m tuū⌋
ſcȝ iſrael. ⁊ mō ſup̄. nō inuocat̄. ⁊
addit eccl̄ia. ⌊dn̄e deus noſter⌋.

Notanduȝ ꝙ exemplo dan̄. q̇
ieiunās in ſacco ⁊ cinere orauit
nō ſolū ꝓ ſeip̄o ſed etiam ꝓ toto
ppl̄o vt liberaret̄ a captiuitate. ⁊
ꝓ ciuitate hierl̄m vt reparet̄ ī ſua
integritate. ⁊ ꝓ ſcrūario vt freq̄n
taretur per diuini cult⁹ aſſidui-
tatem. Sic q̇libȝ xp̄ian⁹ i hoc ſo
lēni ieiunio debet orare nō ſolū
ꝓ ſeipſo: ſȝ etiā ꝓ toto xp̄iano po

pulo vt liberet᷑ a captiuitate dia-
boli et a ſeruitute pcti. ⁊ pro ciui
tate eccleſie. vt dilatet᷑ per orbem
et cultus deo debitus vbiqꝫ ꝑſol
uat᷑. Notandū vlterius ꝙ iſte ꝓ-
pheta nō orauit vt liberaret᷑ po-
pulus tanqꝫ dubitans de impleti
one verbi diuini dicti ꝑ Jeremiā
de liberatōe populi tpe determīa
to Hiere. xxxix. ſed orauit vt oſtē
deret ſe gratū de diuina ꝓmiſſio
ne pus facta. Item ſciebat Dani
el ꝙ iuxta verbū Grego. ſanctoꝝ
precibꝫ adiuuat᷑. i. implet᷑ diuina
pdeſtīatio. Sicut em̄ deus ordi-
nat aliqd futuꝝ: ita ordinat mo-
dum eueniēdi. qꝛ vtrūqꝫ cadit ſb
diuina ordinatiōe. ſcꝫ res ⁊ ſuus
modus. idō orabat dañ. vt imple
ret᷑ promiſſio. qꝛ ſciebat ꝙ deꝰ or
dinauerat ꝙ ꝑ preces ſuas ⁊ alio
rum ſanctoꝝ impleret᷑. ꝓpterea ꝓ
miſſiōes diuine ī ſacra ſcriptr̄a ſꝑ
intelligēde ſunt cum ꝯdicione. ſ.
niſi ponat᷑ impedimentū ex par-
te illius cui fit ꝓmiſſio: deū offen
dendo. Et quia timebat Daniel:
ne filij iſrael per pctā ſua impedi
mentū poſuiſſent diuine ꝓmiſſio
ni: idō orabat. vt ſi qđ eſſet impe-
dimentū tolleret᷑. Patꝫ aliqua
lis ꝯcordantia inter iſtā lectionē
et euāgeliū qđ hodie legit᷑. quod
ſcribit᷑ Joh. viij. et incipit. Ego
vado ⁊ quereris me ⁊c̄. Docꝫ em̄
iſta lectio q̄liter quis orare debe-
at, ſcꝫ recognoſcēdo accepta bene
ficia. ꝯfitendo cōmiſſa flagitia. al
legando inflicta grauamina. Et
qm̄ hec nō ſufficiūt ad h̄ ꝙ oratō
ſit exauditione digna: niſi ex par-
te orātis ꝯcurrat iuſticia: idō do-
cet euangeliū qui ſūt illi q̄ nō ſūt
digni in ōrone exaudiri. ſcꝫ om̄es
illi qui ſunt ſimiles iudeis. qui-
bus loquebat᷑ xp̄s. ſcꝫ qui cōmit-
tunt pctm̄ mortale. qui nō poſſūt
ſequi chriſtū. qui iacent in īfimis
amplectētes mundū. Unde dice
bat xp̄s iudeis. In pctō vr̄o mo-
riemini. ⁊ quo ego vado: vos nō
poteſtis venire. ⁊ illud. Uos de
deorſum eſtis. id eſt de hoc mun
do. Illi aūt ſunt digni exaudiri ī
ōrone ſua qui nō ſolū ſūt ſimiles
Danieli: ſed etiā ſuo modo Jeſu
chriſto. qui ſcꝫ ꝯtemnunt mūda-
na. ⁊ appetunt ſupna. ⁊ qui ſemꝑ
faciunt que patri celeſti ſunt pla-
cita. Uñ chriſtus dicebat de ſeip
ſo. Ego de ſupnis ſum. ⁊ nō de h̄
mūdo. ⁊ que placita ſunt illi qui
miſit me facio ſꝑ. Nos igit᷑ ſic fa-
ciamus vt in noſtris ōronibꝫ ex-
audiri mereamur: ⁊ tandem ex-
auditi celeſtia capiamus. Amen.

Feria tertia poſt remini.

In diebus
illis. Factus ē ſmo do-
mini ad helyā theſbitem
dicens ⁊c̄. iij. Regū. xvij. Heſter
na die monuit ſancta eccl'ia xp̄ia
nos pplōs vt exēplo dañ. īntermiſ
ſo labore corꝑali: interdū vacent
quieti ſpirituali. ⁊ interrupta ac-
tione intendant cōtemplationi ⁊

ſurſum actõni. Et quoniã aliqui
humana ſapiẽtes poſſent dubita
re vñ haberent neceſſaria corpis
ſi intermittẽtes actionẽ frequẽta-
rent orationẽ. idõ pie ꝓuidens ec
cleſia hodie iſtã legẽs lectionem:
oſtendit quõ diuina ꝓuidẽtia de
ſanctis viris eſſet ſollicita. vt ha-
beãt neceſſitates ſuas nõ ſolũ q̃n
tum ad aĩam: ſed etiã q̃ꝫtuꝫ ad
corpus. et hoc in exemplo Helye
de quo p̃cepit dominꝰ ſareptane
mulieri ꝙ paſceret eum. Primo
ergo q̃rant om̃es xp̃iani regnum
dei: ꝛ omnia alia adiicientur eis.
Math. vj. Aliter põt ĩtroduci le
ctio iſta. Non em̃ ſolũ ieiunij ſa-
cri optima comes eſt oratio: ſꝫ eti
am elemoſyna. Bona eſt em̃ ora-
tio cum ieiunio et elemoſyna ꝛc̃.
Thobie. xij. Et qm̃ aliq̃ ſapien-
tes carnaliter poſſent formidare
ꝙ deficerent eis neceſſaria corpo
ris ſi de ſua ſubſtãtia facerẽt ele-
moſynas ꝛ ſupplerent indigenti-
as alioꝝ. idõ occurrit mater eccle
ſia hodie iſtã recitans lectionẽ in
qua oſtendiꝰ ꝙ merito elemoſine
et opeꝝ miſericordie nõ ſoluꝫ au
genꝰ bona ſpũalia: ſed etiã tp̃alia
et hoc in exẽplo ſareptane vidue.
cuius idria nõ defecit quin habe-
ret farinã nec lechitꝰ olei quin ha
beret oleũ q̃ꝫ diu fuit neceſſariuꝫ.
et hoc quia de ſua exigua ſubſtan
tia ſuſtẽtauit ꝓphetã. Ad maio
rẽ aũt iſtius lectiõis euidentiã ali
qua p̃mittunꝰ. Primũ eſt ꝙ hi-
ſtoria regũ que apud latinos q̃t-
tuor libris ↄp̃henditur. apud he-
breos duobꝫ tm̃. Quoꝝ primuꝫ
ſm̃ Hieronymũ vocãt Samuel
qui texit hiſtoriã a natiuitate ſa-
muelis vſqꝫ ad mortem regis da
uid. ꝛ p̃ncipiũ regni Salomonis
excluſiue. quẽ ideo vocant ſamu-
el. quia ſamuel ſcripſit eũ. Scꝫm
vocant malachym. qð ſonat ver-
ba dierũ. qui texit hiſtoriã a mor
te regis dauid ꝛ p̃ncipiũ regni ſa
lomonis ĩcluſiue vſqꝫ ad captiui
tatẽ babylonicã factaꝫ ſub rege ſe
dechia. ꝓpter qð vocant eũ mala-
chim. id eſt verba dierũ. q2 verba
dierum regum iuda ꝛ iſrael ſatis
cõplete refert. Hiſtoria igiꝰ p̃mi
et ſecundi libri regum apꝰ hebre
os ↄputatur inter ꝓphetas. Cuiꝰ
rõ eſt. q2 fuit ſcp̃tꝰ a ꝓphetis nõ ſo
lum habentibꝫ ꝓphetie ſpm̃: ſꝫ eti
am ꝓphetandi officiũ. Primuꝫ ꝛ
ſecundũ librũ Samuel (vt dictũ
eſt) ſcripſit. tertiũ vero ꝛ quartuꝫ
qui ab eis dicitur malachim ſcri
pſit ꝓpheta Jeremias. Tertio no
tandũ de iſto helya cuiꝰ originis
fuerit. De hoc ſatis ſupra dictuꝫ
eſt. Quartũ eſt ꝙ ex iſta lectione
ꝓbaꝰ manifeſte q̃ꝫ ſollicita ſit di-
uina clementia circa ſanctos vi-
ros. et hoc ex duobꝫ. ſcꝫ ex ꝓuiſio
ne cibi. ꝛ ex patratõe ſigni. Deus
em̃ ſcĩs ſuis benigne d̃ cibo proui
det. non ſoluꝫ ſpũali: ſed etiã cor
porali. Operatur etiam per ip̃os
ſigna et mirabilia. que oſtendunt
vite ip̃orum ſanctitatem. ꝛ cõfir
mant doctrine veritatem. Pri-

mum autem oſtenditur in pnci-
pio et proceſſu lectionis hui⁹. cū
premittitur [Factus eſt ſmo do
mini rc.] Secundū autem ī fine
cum dicit [Ex ex illa die rc. Cir
ca primam vero partem pmo tā
gitur admonitio dei facta pphete
cum dicit [Factus eſt ſermo do-
mi rc.] Secūdo allocutio pphe-
te facta mulieri vidue. cū ſubdit.
[Cūqꝫ veniſſet ad portam ciui
tatis] Tertio rñſio vidue facta
helye. ibi [que reſpōdit]. Quar-
to replicatio r pmiſſio helye facta
vidue. ibi. [Ad quam Helyas]
Quinto executio vidue iuxta ver
bum pphete. ibi. [que abijt et fe-
cit] Q Quantū autem ad p
mum vbi tāgitur admonitio dei
facta pphete. dicitur: pmittente ec
cleſia [In dieb9 ill'] .ſ. quādo he-
lyas nunciauerat Achab ſenten-
tiam dei q nō eſſet ros neqꝫ plu-
uia pter peccata ſua r Jezabelis
niſi iuxta oris ſui verba. r quan-
do de mandato domini receſſit a
facie Achab. r abſcondit ſe in tor
rente charith ꝯ iordanē. vbi dōec
torrens exiccatus fuit diuina p-
uidentia pauit euꝫ per coruos de
ferentes ei die quolibꝫ panē r car
nes [Factus eſt ſermo dñi] ſup.
loquentis ad cor per inſpiratio-
nem r reuelationē. Uel ad lrām
Factus eſt per angelū formanteꝫ
verba [ad helyā teſbitem. dicens
Surge r vade in ſareptam ſydo-
niorum] Scdm magiſtrū in hy
rijs ſarepta erat ciuitas modica ī

ter tyrum et ſydonē ſita. dicit etiā
q ſilua quedam iuxta vrbem ſa-
repta dicebatur. [manebiſqꝫ ibi.
Precepi em̄ mulieri vidue vt pa
ſcat te. Surrexit r abijt ī ſareptā]
Nota ex his que facta ſūt cir-
ca helyam quomō diuina puiden
tia ſollicita eſt circa ſuſtentatiōeꝫ
ſanctorum. Primo em̄ ſuſtenta-
uit dominus helyam per coruos
deferentes ei panē et carnes. eo. c.
.ſ. Secundo per mulierē vidu-
am miniſtrantē ei panem r aq̄m.
vt hic. Tertio per angeluꝫ appo-
nentem ei panē ſubcinericium et
vas aque. iij. Regum. xix. Quar
to per ſeipm transferentem eū in
paradiſum vbi cum Enoch co-
medit de fructib9 ligni vite. iiij.
Regū. ij. Quantū aūt ad ſecūdū
vbi tangit allocutio pphete facta
mulieri vidue. ſequit. [Cūqꝫ ve-
niſſet] helyas ſup. [ad portā ciui
tatis: apparuit ei mulier] ſupple vi
dua [colligens ligna]. Ex hoc ap
paret q erat mulier paupcula. qr
ipamet colligebat ligna. [r voca
uit eam dixitqꝫ ei. Da mihi pau-
lulū aq̄ ī va. vt bi.] Erat em̄ ſiti-
būd⁹: tū qr ambulauerat. tū qr d
mag tpe nō biberat. qr torrēs ca
rith aruerat pter diutiaꝫ ſiccitatē
No. q pcurſores duor aduētuū
xpi. ſ. helyas q erit pcurſor vltimi
Mal'. iij. r iohēs q fuit pcurſor p
mi. Joh. j. r. iij. cap. fuerunt viri
abſtinentie ſumme. De helia em̄
non legitur q ipſe vinum bibe-
rit: ſed ipſe bibit aquam. ſicut in

toꝛrente caryth. ⁊ ſicut hic. Nõ ei
petiuit vinũ: ſed aquã. Angelus
etiã attulit ſibi aquã. Nõ etiã in
paradiſo bibit de fluuio volupta
tis. Jp̃e etiã vt dicit̃. iiij. Reg. j.
Erat vir piloſus ꝓpter nimiã ab-
ſtinentiã. Uel foꝛte erat de pilis
ĩdut⁹ cameloꝛũ. ſic̃ Johes zona
pellicea erat accinctus renib9. ſed
de iohãne legim⁹ maioꝛẽ abſtinẽ
tiã Math. iij. Nõ eñ inuenit̃ ꝙ
comederit panẽ vel carnes ⁊ erat
indutus de pilis cameloꝛum ⁊c̃.
[Cumq3 illa ꝑgeret vt afferret cla
mauit poſt tergũ eius dicẽs. Af-
fer ⁊ mihi obſecro buccellã panis
in manu tua] Ecce ꝙ paupes ho
mĩes dñt hũil'r petere ⁊ efficaci-
ter adiurare. vñ [obſecro] id eſt
ob ſacra rogo. Debẽt etiã parũ pe
tere. Nã helyas nõ petijt aliud ni
ſi buccellã panis. Uñ pauꝑ dicit̃
quaſi parũ petẽs. Conſeq̃nter ter
tio tangit̃ rñſio ipſius vidue facta
helye. cum addit̃ [q̃ rñdit. viuit
deus tuus] Juramẽtũ fuit anti-
quoꝝ. q̃ſi diceret. deũ viuũ in te
ſtem inuocam⁹. ſed q̃re non dixit
dñs deus meus. ſ3 tuus. Foꝛſan
q2 credebat eum ſanctũ virũ. nũc
aũt ⁊ ſi dñs deus eſt oĩm: q̃dã ta
men ſpẽali mõ deus eſt ſanctoꝝ.
Uel foꝛte cognoſcebat ip̃m et au
dierat quõ ip̃e coꝛã achab iuraue
rat. dicens. viuit dñs deus iſrael
in c⁹ꝯſpectu ſto. Sequit̃ [q2 nõ
habeo panẽ] nec aliq̃d aliud ſup.
eſibile [niſi q̃ntum põt pugillus
capere farine in ydria: ⁊ paululũ

olei in lechito] quo ſup. farinam
cõſpergã. Lechit⁹ eſt vas olei con
tentiuũ [En colligo duo ligna vt
ingrediar ⁊ faciã illud] ſup. totũ
quod eſt panis materialr foꝛma-
liter panẽ. id eſt farinã ⁊ oleũ per
decoctionẽ ignis lignis appoſitis
faciã panẽ vel cõuertam in panez
[facio] dico [mihi ⁊ filio meo] hic
filius vt tradunt hebꝛei erat Jo-
nas. q̇ poſtea fuit ꝓpheta [vt co-
medã⁹] ⁊ ſup. p⁹ea deficiẽte farĩa
[moꝛiamur] qm̃ ꝓpter maximaz
bonoꝝ inopiã et ex defectu plu-
uie aliunde nobis ꝓuidere nõ va
lem⁹. ¶ Dein̄ q̃rto tangẽdo ꝛ
replicatõem ⁊ ꝓmiſſionẽ helye fa
ctã mulieri vidue dicit̃ [Ad quã
helyas ait. Noli timere: ſ3 vade ⁊
fac ſicut dixiſti] ſup panẽ de fari-
na cõſperſa [verũtñ mihi] id eſt ꝓ
me [pꝛimũ fac de ip̃a farinula pa
nẽ ſubcinericiũ ꝑuuluz] Ecce ꝙ
helyas ſemꝑ parũ petebat. quia
paululũ aque ⁊ buccellã panis ⁊
paruulũ panẽ. ⁊ ſubcinericiũ pa-
nẽ. qui minus ꝯſtat [Tibi autẽ ⁊
filio tuo facies poſtea] Notandũ
ꝙ cum helyas ſciret mulierẽ cũ fi
lio ſuo in maxima penuria et fa-
mis anguſtia: nõ feciſſet iſtã peti
tionẽ. nec mulier fuiſſet obligata
ſibi acquieſcere. nec foꝛte debuiſſ3
vt ſe ſc3 ⁊ filiũ ſuum ꝓpter helyaz
exponeret periculo moꝛtis. niſi q2
ꝓpheta fuit certificatus de ſecutu
ro miraculo. ⁊ q2 mulier habuit
firmã fiduciã in verbis helye. q̇d
ꝯñr adiecit dicens [Hec aũt dic̃

dominus deus iſrael ydria fari-
ne nõ deficiet. nec lechit⁹ olei mi-
nuetur vſqꝫ ad diem in qua datu
rus eſt dñs pluuiã ſup faciez ter-
re ] quã dedit ad orõnem helye. ſi
cut eam negauerat poſtq̃ꝫ ipe in-
terfecerat ꝓphetas baal in torrẽte
cyſon. iij. Regũ. xviij. Poſtea q̃n
to tãgit̃ executio ipius vidue iux
ta mandatũ ꝓphete. vñ dicit̃ [ que
abijt ꝛ fecit iuxta verbum helye ]
ſup. panẽ ei et ſibi ꝛ filio ſuo. [ et
comedit ipe ꝛ illa ꝛ dom⁹ ei⁹ to-
ta ]. Deinde in vltima pte. cũ dic̃
[ Ex illa aũt die ] oſtendit q̃ꝫ ſol-
licita ſit diuina ꝓuidentia erga
ſanctos ex patratõe ſigni. vñ ſub
dit. [ Et ex illa die ydria farine ñ
defecit. ꝛ lechit⁹ olei nõ eſt ĩminu
tus iuxta verbũ dñi quod locut⁹
fuerat ĩ manu helie ] Signãter ãt
dicit [ in manu helye ] id eſt ĩ ptã
te Helye. Deus aũt dedit hãc po
teſtatẽ ei obediens voci hoĩs. vt
dicit ſcriptura. De ipõ ei: et de e-
noch dicit̃ Apocalip. xj. ꝙ hi ha-
bent ptãtem claudere celũ nubi-
bus. Nõ ſolũ igit̃ locut⁹ eſt dñs
in ore helye: verũetiã in manu. qꝛ
nõ ſolum dixit ꝙ fierent: ſed etiaꝫ
et ipius verbum fuit poteſtatiuũ
virtute diuina verbo hoĩs aſſiſtẽ
te. Notã. aũt ꝙ farina ꝛ oleũ ñ
defecerũt. vel qꝛ de⁹ creãs de ni-
hilo: tantũ ſupplebat q̃ntũ accipi
ebat̃. vel quia virtute diuina illa
creſcebãt ſine aliqua additione.
Scd̃m em̃ Hugo. q̃ttuoꝛ opera
ſoli deo couẽniũt, ſcꝫ aliq̃d ꝓdu-
cere de nihilo. ꝛ aliquid ad nihi-
lum redigere. ꝛ de paruo magnũ
facere ſine additiõe vel rarefactio
ne. ꝛ de magno puũ facere ſine ſb
tractione vel cõdenſatõe. Notan
dũ etiã ꝙ Helyas ſic̃ dicit̃. 4 Re
gũ. ij. habuit ſpm̃ duplicẽ. ſ. ad ꝓ
phetandũ ꝛ ad mirabilia facien-
dũ. fuit em̃ magn⁹ patratoꝛ mira
culoꝝ. Orõne nãqꝫ ſua clauſit ce
lum ne plueret. Augmẽtauit fari
nam ꝛ oleũ ne deficerẽt. Suſcita
uit mortuũ vt viueret. Orõne ẽt
ſua fecit ignẽ de celo ꝺ ſcẽdere ſu-
per ſacrificium. ꝛ vt deſcenderet
pluuia apuit celũ. Itẽ orõne ſua
fecit ignem de celo deſcẽdere ſup
vtrũqꝫ quinq̃gẽariũ. iiij. Reg. j.
Fecit etiã ꝙ heliſeus habuit du-
plicẽ ſpm̃ ad illa duo que ſũt di-
cta. ꝛ ꝙ idem pallio diuiſit iorda
nem. ¶ Allegorice aũt notã
dum ꝙ licet helyas eſſet vir iuſt⁹
et ſanctiſſim⁹. hic tñ gerit typum
hoĩs pctõris. Helyas em̃ amãs
vitã corporis fugiebat a facie re-
gis, ꝛ peccatoꝛ amãs inordinate
vitã aĩalem horret penitere ꝛ fu
git omnẽ aduerſitatez. Sarepta
vero que interp̃tat̃ incendiũ ſig̃t
vite ſanctitatẽ. que nunq̃ꝫ eſt ſine
caritatis incendio quo pctã con-
ſumunt̃. Porta hui⁹ ciuitatis eſt
vera penitentia per quam pecca-
toꝛ ingreditur ad vite ſanctitatẽ.
Eſt autem ſarepta inter tyrũ que
interpretatur anguſtia. ꝛ ſydonẽ.
que interpretatur ſalus. quoniã
vite ſanctitas ad quam quis ĩgre

ditur per veram penitentiam eſt
inter peccatum quod animaꝫ an
guſtiat. et gloriam patrie que a-
nimam ſaluat. Mulier vero vi-
dua ſignat eccleſiam que eſt mu
lier amicta ſole ⁊c. Apocalip. xij.
et vidua quia ſponſi ſui ſolatio ꝺ
ſtituta. aſcendit eñ iam in celũ.
Filius vero eius eſt iuſtus qui-
libet de quo ipa ſpẽaliter eſt ſolli
cita. quia ſuam hereditatẽ debet
adipiſci. Duo autẽ ligna que iſta
mulier collegit ſunt dei beneficia
que mater eccleſia ad memoriaꝫ
fidelium adducit. ſcꝫ beneficium
creatõnis. ſub quo comprehendi
tur beneficiũ conſeruatiõis. ⁊ be-
neficium recreatiõis. ſub quo cõ-
prehendit̃ beneficium glĩficatio-
nis. Vel duo ligna ſunt lignum
prohibitũ ĩ quo Adam peccauit
⁊ lignum dominicũ. ſcꝫ crucis in
quo chriſtus mundum ſaluauit.
Hec ligna eccleſie colligit cũ iſta
ad memoriã fidelium reducit. vt
ſcꝫ deum diligãt. peccata deſerãt
celeſtia appetant. ⁊ oĩa aduerſa
patienter pro chriſto ſuſtineant.
Hec ligna cum ipa ponit in ca-
mino. id eſt in cordibꝫ fideliuꝫ p
doctrinã ⁊ p̃dicationem. ignẽ di-
uinum ſupple caritatis in eis nu
trit ⁊ auget. Aqua etiã quam pe-
tebat helyas ſignat doctrinaꝫ fa-
cilem. que non eſt niſi paruuloꝝ
et incipientium ⁊ inſipientium.
que pro tanto dicitur aqua. quia
facile percipitur. ſicut aqua faci-
liter glutitur. ⁊ hanc primo debꝫ

peccator petere cum incipit peni
tere. Panis vero queꝫ poſtea pe
tebat helyas ſignat doctrinaꝫ ſo-
lidam. que proficientium cibus
eſt et perfectorum. Quem quideꝫ
panem debet penitens ab eccle-
ſia petere. non contẽtus aq̃. Hic
auteꝫ panis fit de farina ydrie. id
eſt de ſpũali intelligẽtia ſacre ſcri
pture. ⁊ de farina conſperſa oleo
ſcilicet diuine gratie. ſine quo pa
nis iſte animam non nutrit. Eſt
enim ydria allegorice ſcriptura
ſacra. farina ſpũalis intelligentia
lechitus chriſtus dominus. ole-
um diuina gratia. cuius chriſtuſ
fuit vas ñ ad menſurã contenti-
uum. ſed in omnem creaturã ſu-
pereffuſiuum. Quando autẽ pec
cator petit ab eccleſia panem: ſi-
bi reſpondet eccleſia. dicens. non
habeo niſi paululum farine in y-
dria. ⁊ paululum olei in lechito.
Verum dicit. quia quamuis ſit
ſcripture ſacre intelligentia ſpũa
lis quaſi ĩfinita. ⁊ gratia que eſt
in chriſto homine quaſi immen-
ſa. eccleſia tamen de iſtis parum
habet. non quidem abſolute: ſed
parum reſpectu eccleſie triũphã-
tis. que ſuperabundat in his. eo
ꝙ ſponſo ſuo totaliter iuncta. Ve
runtamen non debet eccleſia ne-
gare panem peccatori petenti. qꝛ
ſatis habet pro ſe ipa ⁊ pro quoli
bet ſuo filio: etiam pro quolibet
peccatore. quare. qꝛ ydria nũꝙ̃ ꝺ
ficiet. id eſt ſcriptura ſacra a ſpũ-
ali intelligentia, ⁊ oleum lechiti.

id eſt gratia nūq̄ʒ minuetur. Uide ergo q̄d dicitur peccatori. ſurge ſcilʒ malum fugiendo. ⁊ vade in ſareptam ſydoniorum. ſcʒ bonum eligendo. ⁊ ad ſalutem accedendo. ⁊ manebis ibi. ſupple bona incepta continuando. precepi qʒ mulieri. id eſt eccleſie vt paſcat te. ſcilʒ ſalubrem doctrinam miniſtrando. ⁊ bona exempla oſtendendo. Cum aūt peccator venit ad portam ciuitatis. id eſt cuʒ ꝓponit agere penitentiam vt ꝑ ipſam intret ad vite ſanctitatē: tūc apparet ei iſta mulier colligens ligna. id eſt reducens ad memoriam fidelium ea que dicta ſunt. Nunq̄ʒ em̄ eccleſia apparet peccatori cum leta facie donec ipſe venit ad portam. id eſt proponit agere penitentiam. Sed quid ꝓ̇mo debet ab ea petere: aquam id eſt doctrinam facilem. deinde panem paruulum ⁊ ſubcinericium id eſt doctrinam ſolidam. q̄ ipm̄ paruulū ⁊ humilem faciat. ⁊ hoc in ꝯſideratione incinerationis vltime. quam in memoria iugiter teneat. Et ſi eccleſia diceret. non habeo panem ⁊c̄. debet ei dicere. vade ⁊ fac. quia ſatis habes ꝓ te ipa ⁊ pro filio tuo ⁊ pro me pctōre. Hec em̄ dicit dominus. ydria farine nō deficiet ⁊c̄. ſicut prius.

Patet aliqualis ꝯcordia iter iſtam lectionem ⁊ euangeliū hodiernum. quod ſcribitur Math xxiij. ⁊ incipit. Locutus eſt ieſus ad turbas ⁊c̄. Hec em̄ lectio oſtēdit in hoc ꝙ helye prouidit de cibo corporali. ꝙ deus eſt ſollicitꝰ de ſanctis ſuis. ſicut pater de filijs. Eſt em̄ iſte vnus pater q̇ de celis eſt. de quo loquitur euangelium. Cuius quideʒ curam ⁊ diligentiam attendentes non debemus nobis vocare patrem ſuper terraʒ. Dicit etiam lectio in fine ꝙ deus locutus eſt verbum non ſolum in ore: ſed etiam in manu helye. quia helyas non ſolum dicebat verba dei: ſed etiam q̄d dicebat opere implebat. Quo contra dr̄ in euangelio ſcribis ⁊ phariſeis. ſuper cathedram Moyſi ⁊c̄. Sequitur. Dicunt em̄ et non faciunt ⁊c̄. Item hec lectio ſm allegoriam dicit. ꝙ eccleſia fac̄ panem penitenti anime d̄ farina ydrie cōſperſa oleo. id eſt miſtrat doctrinam ſolidam de ſcripture ſacre intelligentia. oleo tamen miſericordie conditā. Non eniʒ eccleſia impōit nimis aſpera ſeu dura. Quo contra dicit euangelium de ſcribis ⁊ phariſeis. ꝙ non faciebant panem de farina. ſed de cortice. ſequentes enim legis corticem dilatabār. phylateria ſua ⁊ magnificabant fimbrias. Si vero aliquando miniſtrabant farinam. id eſt ſpūalem intelligentiam. nō tamē oleo miſericordie cōditam. imponebant em̄ onera grauia ⁊ importabilia. Nos igit̄ comedamus cum helya panem eccleſie: vt ipo ꝯfortati ad menſam glie finaliter veniamus

¶ Feria quarta poſt Reminiſce.

IN diebus illis. Orauit heſter ₇c. Heſter.xiij R Om corꝑale ieiuniū minus validū eſt ₇ min⁹ efficax cū ipm nō comitat̃ inſtantia orōnis duo te. Jdcirco pia mater eccleſia ſe-
pe monet nos in hoc ſacro ieiūio ſancte orōni intendere. aliqn̄ ver-
bis. aliquādo exemplis. Unde feria ſecūda imediate ꝑcedēti mo-
nuit nos orare exemplo viri ſan-
cti. ſcȝ Danielis ꝓphete. hodierna die hortat̃ idem exemplo ſctē mulieris. ſ. heſter regine Ad pleniorem aūt iſtius lectiōis euidentiam aliqua ſunt notāda. Primū eſt. ꝙ ſicut habet̃ ex libro Daniel' preter monarchiā aſſyrioꝝ que i mūdo fuit ꝑma: q̄ttuor fuerūt inſignes monarchie. Pria fuit chaldeoꝝ. cuius ꝑma ſedes fuit babylon. ₇ in iſta (ſm ꝙ dicit mgr̃ in hiſtorijs) regnauerat primo ma-
gnus Nabuchodonoſor. q̇ captiuauit iudeos. Scđo filius ei⁹ nabuchodonoſor iunior. de quo dr̃ ꝙ herculem fortitudine ſuꝑauit. Tertio Euilmerodach frater ei⁹ Quarto Reguzar fili⁹ ei⁹. Quinto Laborardach frater ei⁹. Sex-
tus Balthazar frater eiuſdē. Di-
cunt tamē aliq ꝙ inter magnū nabuchodonoſor ₇ iſtū balthazar nō fuit niſi vnus. ſcȝ Euilmero-
dach. Dicūt etiā iſti. ꝙ forte iſte Euilmerodach fuit cognoīatus Reguzar. ₇ Balthazar Laborardach. ſed de hoc nō eſt multū cu-
rādū. Scđa monarchia fuit me-
dorum ₇ perſaꝝ. Cui⁹ caput et ꝑncipiū Suſa ciuitas fuit. Et in iſta regnauerat ꝑmo Darius rex medoꝝ filius Aſueri. qui dictus eſt aſtrages. qui Darius vna cū Ciro trāſtulit monarchiā a chaldeis in medos ₇ perſas. Secundo regnauit Cyrus rex perſarū nepos aſtragis ex filio ₇ ex ſorore Darij. Hic dedit lnīam iudeis redeundi in terrā ſuam ₇ reedifi-
candi templū. j. Eſdre. j. et h̄ an-
no ꝑmo regni ſui. qui regn̄uit tri-
ginta annis. Tertio regn̄uit Cā-
byſes filius eius qui apud eſdrā dicit̃ Aſuerus ₇ Arthaxerſes. j. Eſdre. iiij. Jn hiſtoria āt iudith vocatur Nabuchodonoſor. Iu-
dith. j. Quarto regn̄uit ermeydes. quito frater ei⁹. Et iſti duo nō regnauerūt: niſi per annū. Sexto regnauit Dari⁹ ydaſpis. qui ſecun-
do anno ſui imꝑij dedit licentiā ꝯſumādi edificiū templi. j. eſdre vj. ꝙ fuit intermiſſū toto tempo-
re cyri ₇ alioꝝ ſequētiū. Fuit aūt conſumatū anno ſexto Darij. et q̄drageſimoſexto anno a ꝑma licētia data ꝑ Cyrum. de quib⁹ ex-
ponit̃ illud Joh. ij. q̄dragintaſex annis edificatū eſt templū. Se-
ptimo regnauit Xerſes filius ei⁹. Octauo Arthaxerſes qui dict⁹ ē longiman⁹. ſub q̄ Eſdras redijt in ierl'm. j. Eſdre. vij. ₇ h̄ anno ſeptimo eiuſdē regis ₇ legē ſuccen-

ſam a chaldeis repauit. Sub eo-
dem etiā anno viceſimo eiuſdem
Neemias ſacerdos aſcēdit ī ieru
ſalē. ⁊ reedificauit muros. Nee. ij
Nono regnauit Xerſes duobꝫ mē
ſibꝫ. Decimo Socredianus. qui
regnauit menſibꝫ ſeptē. Undeci
mo Darius ꝯgnomēto nothus.
Duodecimo Arthaxerſes qui co
gnominatꝰ eſt mennō filiꝰ Darij
nothi. hic ab hebreis vocatꝰ ē A-
ſuerus. ſub quo (vt dicit magiſter
in hiſtoria) heſter hiſtoria eſt con
ſcripta. xiij. regnauit arthaxerſes
qui dictus eſt othus. xiiij. Arſa-
nius filiꝰ eiꝰ. Quindecio dariꝰ fi
lius Arſanij quē deuicit Alexan-
der philippi rex macedo. d̄ q̄ ſcri-
bitur. ij. Macha. ix. Unū in h̄ Da
rio fuit terminata monarchia me
doꝝ et perſaꝝ. in qua ſemꝑ habu
erunt curā gerendaꝝ rerū ſacer-
dotes. cum ꝑus impatū fuiſſet in
ꝑplo iſrael per iudices vel ꝑ reges

¶ Tertia monarchia fuit
grecoꝝ. Cuius caput ⁊ ꝑncipiū
fuit alexādria egypti. ab alexādro
cōdita. In iſta aūt regnauit ſoluſ
alexāder. qui trāſtulit monarchi-
am a medis ad grecos vniuerſa-
liter. xij. annis. Poſt mortē autē
eius q̄ttuor iuuenes eius ſocij di
uiſerūt monarchiā. Ptolomeo ei
cognomēto ſother ⁊ lagi filio ceſ-
ſit egyptus. Seleuco qui dictꝰ fu
it Anthyochus magnus ceſſit ſy
ria. Anthigono aſya. Philippo
grecia ſeu macedonia. De aſya et
grecia nihil ad ꝓpoſitū. ſed de egy
pto et ſyria aliqua ſunt dicenda.
In egypto ergo poſt alexandrum
ꝑmo regnauit Ptolomeus cog-
mento ſother. Poſt ptolomeum
Phyladelphꝰ q̄ fuit amator ma
ximus ſcripturaꝝ. vñ Heleazar
ſummꝰ ſacerdos miſit ad eū ſe-
ptuaginta interꝑtes. q̄ ei byblio-
tecā de hebreo in grecū trāſtulerūt
Poſt hūc regnauit Ptolomeus
frater eius euergetes. Poſt illū
Ptolomeꝰ philopr̄. Poſt hunc
Ptolomeꝰ epyphanes. Poſt il-
lū Ptolomeꝰ phylometor. q̄ deuī
cit rex ſyrie antiochus magnꝰ q̄ ſb
iugauit ſibi iudeā. In ſyria autē
poſt Seleuchū regnauit vt puto
Anthiochus magnꝰ filiꝰ eiꝰ. De
quo forſan fit mētio. ij. Mach. j.
cū dicit̄ q̄ fuit mortuꝰ in perſide
ī templo nanee a templi ſacerdo
tibꝫ interfectus. Poſt illū regna
uit Seleuchꝰ filius eius. qui fu-
it peſſimus. Poſt eū regnuit An-
tiochus Epyphanes frater eius.
iſte eſt q̄ vocat̄ radix peccati. pri-
mi Macha. j. Poſt illū regnauit
Eupator filius eiꝰ. de q̄. ij. Ma-
chab. vj. Poſt eū regnauit De-
metrius filiꝰ Seleuchi fratr̄ an
tiochi eupatoris. de quo. j. Ma-
chabeo. x. Pꝰ illū regnuit Deme-
triꝰ filiꝰ demetrij filij ſeleuchi. de
q̄. j. Mach. x. Pꝰ illū antiochꝰ fi
liꝰ alexādri. de quo. j. Mach. xj.
Poſt illum Antiochꝰ qui fuit fi
lius Demetrij. de quo. j. Macha
beorum. xv. ſub hoc mortuus eſt
Symon filius Mathathie. q̄ fu

it vltim⁹ ſacerdos inter filios ma
thathye.cui ſucceſſit Johãnes fi-
lius eius cognomento hyrcanus
de quo.j. Machabeorũ vltimo.
Cui⁹ filius Ariſtobolus impo-
ponẽs ſibi dyadema regiũ regna
uit in iudea.⁊ regnũ reſtituit: qđ
a ſedechia vſqꝫ ad eum fuerat in-
termiſſum q̄ſi per quadringẽtos
annos.⁊ nõ regnauit niſi ꝑ annũ
Poſt quẽ regnauit Alexãder fra
ter eius. ſcꝫ trigintaocto annis
qui in omnibꝫ peſſim⁹ fuit. Poſt
illũ regnauerũt in magna diſſen
ſione duo ei⁹ filij.ſ. Ariſtobol⁹ et
hyrcan⁹ quibꝫ regnare ceſſantibꝫ
inſtitut⁹ fuit rex per romanos q̇-
dam alienigena.ſcꝫ herodes aſca
lonita.cui⁹ anno triceſimo natus
fuit Jeſus xp̄s. Unde patꝫ ꝙ in-
ſtante aduentu chriſti iuxta ꝓphe
tiam Danielis.ix.ceſſauit vnctio
iudeoꝝ.⁊ iuxta ꝓphetiã iacob Ge
neſis vlti. Non auferet̃ ſceptruꝫ
de iuda.⁊c̃.nõ fuit rex aliq̇s ĩ iu-
dea a Dauid vſqꝫ ad aduentũ xp̄i
niſi de tribu iuda. Et ſi dicas ꝙ
iſti vltimi fuerũt de tribu Leui.
Dic ꝙ nõ obſtat.qꝛ tribꝫ leuiti-
ca tribui iude erat mixta. Unde
quia xp̄s erat futurus rex ⁊ ſacer-
dos: ideo de vtraqꝫ tribu ſm car-
nem natus eſt. ¶ Quarta
autẽ monarchia fuit romanoꝛuꝫ
Cuius ꝓma ſedes fuit roma. Et
cum tres alie ſolum fuerint ĩ oꝛi
ente: hec etiã dilatauit ſe in occi-
dente. Quãuis autem ſtati poſt
Alexandrum magnũ romãi ha-
buerunt magnam potentiã etiãꝫ
ſuper grecos.quod patet.qꝛ An-
tiochus magnus poſuit rome in
obſidione antiochum epyphaneꝫ
filium ſuum.j.Macha.j. Null⁹
tamẽ de eis ꝓprie loquendo fuit
monarcha vſqꝫ ad Juliũ ceſareꝫ
vel vſqꝫ ad Octauianũ.qui fuit
dictus ceſar auguſtus.cui⁹ anno
q̄dragеſimoſecũdo nat⁹ fuit xp̄s.
Scđo notare debem⁹ ꝙ in regno
Aſueri fuit q̇dam vir iudeus de
tribu benyamin noĩe Mardoch
eus.qui deſcẽderat de trãſmigra
tione Jeconie. Hic quandam ne
ptem ſuã noĩe heſter puellã ſpeci
oſiſſimã adoptauerat in filiã.q̄m
rex Aſuerus repudiata vaſti ſuo
copulauit coniugio.heſter.j.⁊.ij.
caplis. Hec interfectionẽ paratã
populo ſuo.ſcilꝫ populo iudeoꝝ
habitantiũ in ſuſis.⁊ in centũ vi-
ginti ſeptem prouincijs regis A-
ſueri procuratã per Aman agagi
ten ⁊ ydumeum reuocari fecit. et
ĩ aduerſarios redũdare. Hec ha
bent̃ in libro heſter a.iij.c.vſqꝫ ad
x.cap̄. Tertio nota ꝙ cum iſta
hiſtoria heſter diu ꝯtigerit poſt
reditũ populi de babilone.etiam
poſt vltimũ qui fuit ſub neemia
ſicut patet apparet ꝙ multi iudei
remanſerant in terra qui nolue-
runt reuerti.qui habitabant ĩ ſu-
ſis ⁊ in centũ vigintiſeptẽ prouĩ-
cijs regis. Nati enĩ ibi fuerãt mł
ti ⁊ duxerunt vxoꝛes ⁊ acquiſie-
rant poſſeſſiones quas dimitte-
re noluerunt. Quarto nota ꝙ

liber heſter apud hebreos eſt de
canone ſcripturarum. et cõputat̃
inter agyographa. id eſt ſcriptas
ſanctas. quem librũ ſcripſit mar
docheus. de cuius ſanctitate con
ſtat. Quinto nota ꝙ iſtũ librũ
trãſtulit Jeronymus de hebreo ĩ
latinũ a pͥncipio vſqꝫ ad. x. caplꝫ
reliqua vero (ſicut ipe dicit) in. x
caplo. reperit ſcripta in editione
vulgata. que lingua greca ⁊ litte
ris ꝯtinet̃. Sexto diuidenda ẽ
lectio in hunc modũ. Primo nã
qꝫ heſter deuotiſſime orãs ⁊ ſup-
plicans captat ſui liberatoris be
niuolentiã. Secũdo explicat ſue
orõnis ꝯtinentiã. ibi. [Et nunc
domine deus] Adhuc in prima
parte captat ſui liberatoris beni
uolentiã ex quattuor. que de ipſo
confitet̃. ſ. Ex p̃cellentia ſue ma-
ieſtatis. ex p̃cellentia ſue poteſta-
tis. ex precellentia ſue dignitatis
ex p̃cellentia ſue veritatis. Pro-
pter primũ dicitur p̃mittente ec-
cleſia [In dieb᷑ illis] ſup. poſt-
ꝗ̃ Mardocheus viderat ſom-
nium de duob᷑ draconib᷑ ⁊ fonte
paruo. de quo habet̃ heſter. x. cuꝫ
parabat̃ iudeis interfectio per A
man ꝓcurata [Orauit heſter do
minũ dicẽs]. Sꝫ q̇d eſt ꝙ hic dr̃
Orauit heſter. cum dicat textus
orauit Mardocheus. forſan q̇a
ſic erat in tranſlatione ſeptuagin
ta. de qua ſumpſit eccleſia. vel for
ſan ſicut textus innuit mardoch
eus eius auctoritate. ſ. heſter iſtã
orõnem fecit. vl' ideo oratio attri
buitur heſter. quia ipa liberatio-
nem populi pro qua iſta fiebat o-
ratio pͥncipalr̃ procurauit. [Dñe
deus rex] Ecce p̃cellentia maie-
ſtatis. Textus autem habet [do
mine domine] ſed eccl'ia melius
exp̃mit [dñe deus] exp̃mit eñi ꝙ
ipe ſolus inter reges eſt ds ⁊ om-
nes precellit maieſtate. qr ſm An
ſelmũ. deus eſt quo nihil maius
nec equale excogitari poteſt. dñs
ergo ipe eſt deus. iiij. Regũ. xviij.
Et ſolus inter reges eſt deus. vñ
ꝓpter blaſphemiã ſẽnacherib qui
dicebat ſe eſſe deum: diſſipata fue
runt caſtra aſſyrioꝝ. iiij. Re. xix.
Jpe ergo cuiꝰ heſter captauit be-
niuolentiã ⁊ deus ⁊ dominus eſt
et rex. Juxta illd̓ ps̃. Deꝰ magnꝰ
dominus: ⁊ rex magnus ſuꝑ om
nes deos. quia rex regum ⁊ domi
nus dominantiũ. Apocalip. xix.

¶ Propter ſecundum ad-
dit̃ [omp̃s] Ecce p̃cellentia pote
ſtatis. Jnter omnes aũt reges ip
ſe ſolus eſt omp̃s. Exodi. xv. Do
minus q̃ſi vir pugnator: om̃ipo
tens nomen eius. Et dicit̃ omni
potẽs. qr põt om̃e illud qd̓ habet
aliq̇ mõ rõnẽ poſſibil'. ⁊ qd̓ nullo
mõ iplicat ꝯdictõꝫ. Sibi nãqꝫ dr̃
Sap. xi. miſer̃ oĩꝫ. qr oĩa potes
⁊ ĩfra. xij. ⁊ em̃ ſubeſt tibi cũ volu
erĩ poſſe. Propter. 3. ſb̄dit̃. [in di
tiõe tua cũ. ſũt po.] ecce p̃cellẽtia
dignitat̃ ⁊ au ctat̃. Auctras ei hꝰ
reg̃ q̇ deꝰ ẽ extẽdit ſe ſuꝑ oĩa ⁊ oĩa
ſub ſe ꝯtinet ⁊ ꝯcludit. eodem ca
pitu. parum infra. dñs oĩm tu es
ꝓter quod dicit̃ ibi [ĩ diciõe tua]
id eſt in dominatiõe tua [cuncta

ſunt poſita ꝛc. ]vt in pſ̄. ipē ē rex
magnus ſup oēs deos. ꝛ qm̄ dn̄a
tur omnib; ꝛ cū virtute dn̄atur.
Sap̄. xij. Nihil eſt in creatura ali
qua quin ſue volūtati ſit ſimpli-
citer ſubiectū: ideo addit̄ q̄ntum
ad hoc [et nō eſt q̇ poſſit reſiſtere
volūtati tue ] pſ̄. Oīa q̄cūqȝ vo-
luit dn̄s fec̄ ī celo ꝛ ī terra. ī mari
ꝛ ī oib; abyſſis. Sȝ vr̄ ꝙ pctōres
reſiſtāt dīne volūtati. q: dǒs bonuȝ
vult fieri. ꝛ malū nō fieri. ꝛ tn̄ ipi
malū faciūt. ꝛ bonū omittūt. Di-
cendū ꝙ duplex eſt volūtas. ſ. q̄-
dam bn̄placiti. ꝛ hec in deo idem
eſt qǒ ſua eſſentia. ꝛ huic nihil p̄t
reſiſti. q: omp̄s eſt ſicut ꝛ deus.
Quedā eſt volūtas ſigni. ꝛ hec re
ſpectu ǒi eſt q̇ntuplex. i. q̇nqȝ ſūt
ſigna diuine volūtatis. ſ. p̄ceptū.
ꝓhibitio. ꝯſilium. ꝑmiſſio. et im-
pletio. iuxta ꝙ dicit verſus. Pre
cipit ꝛ prohibet ꝑmittit ꝯſulit ī-
plet. Primis trib; ſignis reſiſtūt
pctōres. quia nō faciūt q̄d de⁹ p̄-
cipit vel ꝯſulit. faciunt eñ qǒ ꝓ-
hibet. nec tn̄ ſequit̄ ꝙ reſiſtūt ſim
pliciter diuīe volūtati. q: ſm̄ An
ſelmū in libro. cur deus hō. Aut
homines faciūt dei volūtatē. aut
deus implet de ipis ſuā volunta
tē. Et hoc eſt qǒ dicit ibidē. Pec
catores exeūt de ſub volūtate dei
p̄cipiente. ꝛ cadunt in voluntatē
dei punientē. Vn̄ quinto ſig̃ q̄d
ē impletio nullo mō reſiſtere pn̄t
Cū aūt dicit̄. deus vult bonū fie
ri. dico ꝙ vult ꝯtrūm eſt de ſe. nō
tamē eſt verū ꝙ velit ſimpl'r bo-
nuȝ fieri. quia ſemꝑ fieret. Et cū
dicitur. deus vult malū non fieri
dico ꝙ iſta negatiua eſt vera. de-
us nō vult malum fieri. ſed iſta
affirmatiua. deus vult malū nō
fieri: nō eſt vera ſimpl'r. q: nunq̄ȝ
fieret. nunc autē multa mala fiūt
ꝑmittente deo. Propter qǒ ſub-
ditur [Si decreuerſ ſaluare nos
cōtinuo liberabimur ] Ecce p̄cel-
lentia diuine equitatis. Sn̄ia a-
lioꝝ p̄ncipum q̄ȝuis ſit ſm̄ equi
tatem: ſepiſſime tamē fruſtratur
nec demandat̄ debite executōi. et
hoc quia nō ſunt omnipotentes.
ſed ſic nō eſt de deo. Vn̄ Sap̄. xij
dicit̄ ei. Quis ſtabit ꝯtra iudici-
um tuum. q̄ſi diceret. null⁹. ꝓpter
hoc qǒ hic dicit̄ [ Si decreueris
ſaluare nos ꝛc. Subdit̄ autez ra
tio huius. que eſt dei om̄ipotētia
que ſe manifeſtauit ſpēal'r in reꝝ
productione. ꝓpter qǒ ſubdit. [tu
eñ feciſti celū ꝛ terraȝ. ꝛ quicq̇d
celi ambitu ꝯtinet̄ ] ſcȝ alia tria e
lemēta. ꝛ oēs creaturas corꝑales
et ſpūales que infra ambituȝ celi
empyrei ꝯtinent̄ [domin⁹ omni
um tu es. nec ē q̇ maieſtati tue re-
ſiſtat ] qǒ q̇dē ſequit̄ ad ei⁹ dn̄iuȝ
vniuerſale. ¶ Seq̄t̄ ſcǒa ps
p̄ncipal' lectiōis in q̄ heſter expli-
cat ſue or̄onis ꝯtinētiā ſiue mate
riā. Ubi ſciēdū ꝙ heſter q̄ poſtu-
labat ad lr̄aȝ libatōeȝ ꝑticl'arē iu
daici ꝓpl'i a ꝑtāte ipi⁹ Amā: p̄nci
pali⁹ petebat libatōeȝ vniuerſalē
hūani gn̄is fiedā ꝑ xp̄ȝ a ꝑtāte dia
boli. ipā ēt figurās eccīaȝ q̄m xp̄s

duxit in ſponſam. repudiata vete
ri ſynagoga petit in pſona eiuſdē
eccleſie liberatōnem ſpūalem cu-
iuſlibꝫ peccatoris a ſeruitute pec
cati. Et poſtulat quattuor q̄ tūc
fuerūt neceſſaria ad ꝯſequendaꝫ
illā pticularē ꝛ corpalē liberatio-
nē. ꝛ poſtea fuerunt neceſſaria ad
ꝯſequendā vniuerſalē. ꝛ nūc ſunt
neceſſaria ad ꝯſequendā ſpūaleꝫ
ſcꝫ deletionē culpe dicēs [Et nūc
dn̄e deus ꝛc̄.] placatōem offenſe
ibi [Ne deſpicias]. laxationē pe-
ne. ibi [exaudi] collatōem gratie
ibi [cōuerte ꝛc̄.] Propter pecca-
tū em̄ qn̄ cōmittit: deus offendit
pena meret ſiue incurrit. gr̄a ſub
trahit. ſine qua laus digna deo n̄
ſoluit. Dicit ergo ꝑpter pmū [Et
nunc dn̄e deus abrahā] ſpecial'r
noīat abraā. qꝛ pncipaliter in ei⁹
meritis ꝯfidebat [miſerere popu
li tui] ſup. culpā quā cōmiſit de-
lendo et remittēdo. iuxta dictum
ps̄. Scđm multitudinē miſera-
tionū tuarum ꝛc̄. [Miſerere] di
co [quia volunt nos inimici nr̄i]
ſcꝫ Aman ꝛ ſui [perdere. ꝛ here-
ditatē tuā] id eſt populū iſrahe-
liticū. qui eſt ille ꝑpl'us de q̄ i ps̄.
Populus quē elegit dn̄s in here
ditatē ſibi [delere] vt ſup. nō ap
pareat ſuper terrā. Allegorice di-
cat ſancta mater eccl'ia [Miſere-
re] delendo culpā [quia volunt
nos inimici nr̄i] id eſt demones
[perdere] ſecū ſup. trahēdo ad pe
nam [et hereditatē tuā] id ē po-
pulū xp̄ianum ꝛc̄. ſicut pus. He-
ſter. xiiij. dicebat iſta dn̄a. Pecca
uim⁹ i ꝯſpectu tuo ꝛ iō tradidiſti
nos. i. tradi pmiſiſti nos in ma-
nus inimicoꝝ n oꝝ. Propter ſe
cundū addit [Ne deſpicias par-
tem tuā] id eſt populū iſrael. vel
allegorice xp̄ianū populū qui eſt
pars tua. iuxta illud Deute. xxxij
Pars domini ꝑpl'us eius [ptem
dico [quā redemiſti tibi] Ad l'raꝫ
Pharaonē flagellando. ꝛ allego-
rice demonē debellādo. Pro pri
mo dicit. Exodi. xv. Dux fuiſti in
miſericordia tua ꝑpl'o tuo quē re-
demiſti. Pro ſecūdo dicit. j. Pe.
pmo. Redempti eſtis de vana ve
ſtra ꝯuerſatōe pcioſo ſanguine a-
gni immaculati Iheſu xp̄i. ergo
[ne deſpicias] ſup. offenſam reti-
nendo. ſed placare offenſaꝫ remit
tendo. iuxta illud ps̄. Ne proijci
as me in tempe ſenectutis: cū de-
fecerit virt⁹ mea ꝛc̄. Propter ter
tium ſubdit [Exaudi depcatio-
nem meam. ꝛ ꝑpicius eſto ſorti ꝛ
funiculo hereditatis tue] Loqui
tur more hominū qui qn̄ volunt
aliquā terrā diuidere: diuidūt eā
in diuerſas partes cū funiculo. ꝛ
poſtea ſup illis diuiſiōibꝫ ſortes
proijciunt. ꝛ quilibet accipit q̄d
ſors ſua dederit. Per illuꝫ modū
deus menſurās ꝑpl'os oēs funicu
lo ſue ſapientie: ꝑpl'm iſrael figu-
rantē xp̄ianū ꝑpl'um elegit in he-
reditatē. ꝛ ipe ceſſit ei in ſortē. iux
ta illud Deuter. xxxij. Pars do-
mini ꝑpl'us eius: iacob funicul⁹
hereditatiſ eius. ergo [ꝑpici⁹ eſto]

ſcilʒ penam peccatis nr̄is debi-
tā relaxando et dimittendo. Jux
ta illud pſ̄. Propicius eſto pec-
catis noſtris dn̄e: neq̄n dicant gē
tes vbi eſt deus eorū. y Pro
pter quartū ſubiungit ⌊et cōuer-
te luctum nr̄m i gaudiuʒ ⌋ſupple
grām tuam ⁊ ꝯſolationem. ſine
qua nunq̄ʒ eſt ſpūale gaudiū. cō
ferendo ⌊auerte ⌋dico ſic ⌊vt vi-
uentes ⌋ſup. corꝑaliter. dicebat
heſter timens interfectiōem ꝑp̄li
procuratā per Aman. ⁊ ſpūaliter
dicit eccleſia ⌊laudemꝰ nomē tu-
um ⌋quia nō mortui laudabunt
te dn̄e ⁊c̄. Sequit̄. ſed nos qui vi
uimus ⁊c̄. ⌊et ne claudas ⌋id eſt
claudi ꝑmittas. ſup. ſubtrahēdo
gratiam vel nō impciendo ⌊ora
canentiū te ⌋id eſt canēdo laudā-
tium te ⌊domine deus noſter ⌋cō
cludit eccleſia. Et bene dico. ne
claudas ſubtrahēdo vel nō imp-
ciendo grām. qđ eſt oīno ideʒ. q2
ſcriptura dic̄ ⌋ Nō eſt digna laus
in ore peccatoris. Cōuerte ḡ lu-
ctum nr̄m in gaudiū ⁊c̄. vt poſ-
ſimus dicere cū pſ̄. Conuertiſti
planctū meū in gaudiū mihi. cō
cidiſti ſaccū meum. Ad litteram
Mardocheus induerat ſe ſacco
Heſter. iiij. ⁊ ipa heſter depoſitis
veſtimētis regijs ſuſceꝑat indu-
menta luctui ⁊ fletibꝰ apta. He-
ſter. xiiij. c. ⁊ circūdediſti me leti-
cia. vt cantet tibi gloria mea. vel
concidi ſaccum meum. dicit ec-
cleſia: timens morteʒ eternā pec-
catricis anime procuratā per dia-
bolum. ſaccum dico id ē obliga-
tionem ad penā inferni. que ē ſac
cus quidam quo inuoluti petō-
res in inferni puteum ſubmergē
tur. ⁊ circūdediſti me leticia. ⁊c̄.

Patet concordia inter illā le-
ctionem ⁊ euangeliū. quod inci
pit. Aſcendens Jeſus ieruſoly.
⁊c̄. ⁊ ſcribitur Mat. xx. Jſta eniʒ
heſter. vt dictum eſt. hac ſua orō-
ne petebat ꝑncipaliter vniuerſa-
lem liberatōem generis humani
a poteſtate diaboli: quā etiā typū
gerens eccleſia petit ſpūalē libe-
ratione. cuiuſlibʒ peccatricis aīe a
ſeruitute peccati quaꝝ quelibet
fuit figurata in liberatōe particu
lari iudaici populi quā ad lr̄am
poſtulabat. ⁊ quoniā vniuerſalis
liberatio et ſpūalis adhuc fit per
crucem ⁊ paſſioneʒ Jeſu chriſti
Jdeo hodie recitat eccl'ia in euan
gelio verba ſaluatoris quibꝫ mor
tem ſuam ꝑdixit. dicens. Filius
hominis tradet̄ ⁊c̄. Preterea iſta
heſter orōne ſua petiuit ꝯſolatio
nem ⁊ glorificatōem humani ge-
neris per chriſti paſſionem fien-
dam. de quo quedā alia ſctā mu-
lier. ſ. maria iacobi pro filijs ſuis
corā xp̄o petitōem ſuā ꝓpoſuit. ſi
cut refert euāgeliū. dicēs. Dic vt
hi duo filij mei ⁊c̄. Ulterius iſta
heſter q̄uis eſſet īter reginas ma
xima. multū tn̄ corā deo humilia
uit ſe veſtes lugubres accipiens.
et veſtimenta regia deponēs. ſcie
bat em̄ illud verbum ſapientis. q̄
oratio humiliantis ſe nubes pe-

netrat. ⁊ illud aliud verbū Quā
to maioꝛ eſt humilia te in om‍ni-
bus. Magnū eīn meritū eſt hu-
militas. ⁊ maxime in ꝑſona hñte
magnū ſtatū. quod verbo ſuo et
exemplo oſtendit ſaluatoꝛ ī fine
euangelij dicens. Quicunq; vo-
luerit inter vos maioꝛ fieri: erit ve
ſter miniſter. ⁊ qui voluerit ꝑmꝰ
eſſe: erit veſter ſeruus. Sicut fi-
lius hominis nō venit miniſtra-
ri: ſed miniſtrare ⁊ dare aīam ſu
am in redemptōem pꝛo multis.
Cuius quidem redemptōis nos
ꝑticipes efficiat ⁊c̄.

Feria q̄nta poſt remiſcere

Hec dicit do
minus deus. Maledi-
ctus homo qui ꝯfidit in
homine ⁊c̄. Jeremie. xvij. b
Sicut viſum eſt monuit nos ec-
cleſia feria ſecūda ⁊ q̄rta huiꝰ ſe-
cunde ebdomade inſtāter oꝛare.
deuote ſupplicare. ⁊ affectuoſe ne
ceſſaria aīe ⁊ coꝛpi poſtulare. ⁊
hoc exēplo ſancti viri. ſ. Daniel' ꝓ-
phete. ⁊ exemplo ſctē mulieris. ſcʒ
heſter regine. Verū nemo affectu
oſe rogat illū a quo nō ſꝑat ſe poſ-
ſe quod petit obtinere. ⁊ hoc vl' pꝛo
pter eius impotentiā. vel ꝓpter
duriciā eiꝰ. i. vl' q2 nō pt. vl' q2 nō
vlt ꝯcedere qđ petit. Jō mr̄ eccle
ſia in iſta quinta feria referēs p̄-
ſentem Jere. lectōeʒ: oñdit euidē
ter ꝙ audacter ⁊ ſecure recurren

dum eſt per oꝛonem humileʒ in
neceſſitate q̄libet nō ad hoīem: ſʒ
ad deū. Ad hoīem nō. q2 nō eſt cō
fidendū in hoīe. Maledictꝰ eniʒ
homo q̇ ꝯfidit in hoīe. dicit deus
per iſtū ꝓpherā in ꝑncipio lectōis
Ad deū vero. q2 in ipō ꝯfidēduʒ
eſt. eodē dicente in eadē lectione.
Benedictꝰ vir q̇ ꝯfidit in domi-
no. Prius vero q̄ꝫ p̄ſens lectō ex
ponatr̄: ſunt aliq̄ p̄mittenda. Pri-
mū eſt ꝙ liber Jeremie a quo ſu-
mitr̄ hec lectio. ſcḋm hebꝛeos ſexto
loco ponitr̄ inter ꝓphetas. Scḋm
eſt ꝙ Jeremias fuit ſctificatꝰ an̄
q̄ꝫ natus. ⁊ a ſua virginitate dn̄o
dedicatus. vñ nec filios nec fili-
as legitr̄ habuiſſe. Tertiū ē ꝙ fuit
de tribu leui. ⁊ đ terra bēiami. ⁊ đ
ſacerdotibꝫ q̇ fuerūt ī vico anathot
qui tribꝫ tm̄ miliaribꝫ a ierl'm di
ſtat. Quartum eſt ꝙ ipē ē exoꝛ-
ſus ꝓphare īminēte captiuitate ba-
bylonica: adhuc puer exñs. ſic hr̄
Jere. j. Incepit aūt ꝓphetiam ſuā
tredecimo anno Joſye regis iu-
da. q̇ regnit q̄dragita annis. ⁊ cō
tinuauit ꝓphetiā ſuā ſub Joathā
ſcḋo filio Joſie. q̇ et ſellū dictꝰ eſt
quē ꝑpl's terre pꝛo patre ſuo regē
conſtituit. qui tm̄ regnauit tribꝫ
menſibus. quia Pharao nechao
rex egypti tranſtulit ipſum in e-
gyptum. ibiq; eum carceri man-
cipauit. Et etiam ſub Elyachim
pꝛimogenito Joſye. qui dictꝰ eſt
Jeconyas quem rex egypti regeʒ
conſtituit pꝛo fratre ſuo Joa-
than. ⁊ mutato nomine ioachim

eum vocauit. qui regnauit vnde-
cim annis.tandẽ a ſagittarijs re-
gis babylonis fuit interfectus.et
etiam ſub Joachim filio huius
qui etiã Jeconias eſt dictus.qui
tm̃ regnauit tribꝫ menſibꝫ.quia
Nabuch.rex babilonis qui euꝫ ꝓ
patre ſuo regẽ ꝯſtituerat:cuꝫ ma
tre ⁊ omni domo ſua.cum danie
le ⁊ ezechiele ⁊ multis alijs nobi
libꝫ tranſtulit in egiptum.ſꝫ quo
loquendo ꝓprie fuit tranſmigra-
tio babylonis.qꝛ ipe ſpõte ad ver
ba Hieremie tradidit ſe cũ alijs
in manibꝫ chaldeoꝝ.⁊ etiam ſub
mathania tertio filio Joſye: quẽ
nabuch. ꝯſtituit regem pro Joa
chim nepote ſuo.⁊ mutato noĩe
vocauit eum Sedechiam. et reg-
uit vndecim annis .ſub quo fuit
deſtructio ciuitatis ⁊ templi. ſed
illa tranſlatio ꝓprie dicit̃ captiui-
tas babylonica.⁊ qꝛ nõ ſpõtanee
ſed violẽter fuit facta.cuius filioſ
omnes interfecit nabuch .ipmqꝫ
excecauit in reblata ⁊ vinctuꝫ du
xit in babyloneꝫ. vbi fuit ignomi
nioſe defunctus. Prophetauit ẽt
ſub Godolya.quẽ rex chaldeoruꝫ
p̃fecerat terre iuda poſt captiuati
onem populi.⁊ tandeꝫ in egypto
vbi ipm iudei chaldeos fugiẽtes
adduxerunt. Quintũ eſt. ꝙ ipe p̄
dixit ꝓphetice deſtructiõꝫ ciuitatꝭ
et captiuitatẽ ꝓpl'i fiendam ꝑ Na
buchodonoſoꝛ.⁊ liberatiõeꝫ poſt
ſeptuaginta annos. Predixit eti
am deſtructiõem terre egypti ꝑ eũ
dem fiendam,monuitqꝫ iudeos
vt ſponte ſe traderent regi baby-
lonis.⁊ nõ ꝯfiderent in rege egy-
pti.propter que fuit ſub p̃mo Jo
achim incluſus.⁊ ſub Sedechia
in carcere poſitus.⁊ in lacum lu-
toſum ꝓiectus.⁊ tandem a iude-
is in egypto lapidatus. Hec iue-
nies in hiſtoria ſup̱ quartũ Reg.
Sextum eſt ꝙ iſte Jeremyas ⁊ ſi
fuit locutus eodem ſpũ quo Eſa
yas. Fuit tñ ſcḋm Jeronymũ i ver
bis ruſticioꝛ.quod ei ex vico ana
thot ꝯtigit vñ oꝛtus fuit. Septi
mũ eſt.ꝙ ille Jeremyas fuit ſepl'
tus in egypto iuxta tumulos re-
gum.quem poſtea (vt dicit Epi-
phanius)alexander macedo trãſ
tulit in alexandriam. ⁊ ſepeliuit
eum gl'ioſe. De hoc eodem dicit
Epiphanius ꝙ dedit ſignũ regi
bus egypti ꝙ eoꝝ euerterent̃ ido
la quãdo virgo pareret. Itẽ dicit
ꝙ ipe precognoſcẽs templũ euer-
tendũ abſtulit archam teſtamen
ti ⁊ in petra quadã abſcõdit.imo
ſuis p̃cibꝫ abſoꝛberi fecit. cuiꝰ lo-
cus nondum eſt inuẽtus.nec in-
ueniet̃. vt idem ꝓpheta dixit. vſqꝫ
ad finem mũdi. Sꝫ cum dicat̃ q̃
dam eſſe archa Rome.credit̃ ꝙ a
liam archam p̃me ſil'em in redi-
tu de babylone fabricauerunt iu-
dei. Octauũ eſt ꝙ hic eſt iſte q̇ ſil'
cum Ozya ſummo ſacerdote diu
poſt moꝛtem ſuam appruit iude
machabeo.cui extendẽs manum
dextrã dedit gladiũ aureũ dicẽs.
Accipe gladiũ ſanctũ munus a
deo in quo deijcies aduerſarios

populi mei. ſic habetur ex hiſto-
ria machabeoꝝ. ij. Mach. vltio.
A His viſis pñs lectio di-
uidit̃ ita. Primo eñ ꝓpha ex per
ſona dei oſtendit ꝙ ꝯfidentia in
hoīe habet ſecũ caſum grauem et
deceptionē di. [Maledictus ho-
mo ꝛc. Secundo ꝙ confidentia
in deo habet ſecũ fructũ multi-
plicē ꝛ ꝓtectionē. ibi [Benedictꝰ
vir ꝛc. Tertio adducit ad h̄ duo
ſimul argumentũ ꝛ ꝓbationē di.
[Prauũ eſt coꝛ hoīs ꝛc.] Circa
primũ duo facit. Primo eñ in-
tentũ ꝓponitur. Scđo ꝓpoſitum
oſtenditur. ibi [et erit q̃ſi mirice]
Primo ꝓpha dicit [Hec dic̃ dñs
deus. Maledictꝰ homo] .i. malo
culpe ꝛ pene ſpũalis ꝛ eterne ꝛ in-
terdũ tp̃alis addictus [qui confi
dit in hoīe] ſpem ſuã ponendo in
ipſo ſicut in conſiliatoꝛe prudēte.
ꝛ in adiutoꝛe potente. ꝛ in benefi
co clemente. [ꝛ ponit carnē] id eſt
hominē carnalē [brachium ſuũ]
id eſt virtutem. cui total'r innitat̃
[ꝛ a deo recedit coꝛ eiꝰ] ſpem ſuã
ſuꝑple in alio p̄terq̃ȝ in ipſo collo-
cando. ꝛ ſe ꝯuertendo ad bonum
cōmutabile: ſpreto incōmutabili
bono. Reuera talis hō eſt male-
dictus: de quo in pſ̃. dr̃. Induit
maledictionē ſicut veſtimentum
ꝛc. Qui eñ ꝯfidit in hoīe: confi-
dit vtiq; ſuꝑ baculũ arũdineum:
de quo Eſa. xxxvj. Homo enim
inq̃ȝtũ huiuſmodi neſcit homini
prudenter ꝯſulere. q2 ſtultus eſt
oñis homo a ſcīa dei Jeremie. x.

Nec poteſt hominē foꝛtiter defen
dere. quia homo vanitati ſimilis
factus eſt. vt dicit Pſ̃. Nec vult
homini per beneficia ſuccurrere.
quia prauũ eſt coꝛ hoīs. vt dicit̃
infra. Nec attēdat homo homini
qđ ſibi ꝓmittit. q2 oñis hō men
dax ꝛc. in pſ̃. Propter quod dici
tur Jeremie. ix. Unuſq̃ſq; a pri-
mo ſuo ſe cuſtodiat. ꝛ in oñi fra
tre ſuo nō habeat fiduciã ꝛc. So
lum ergo deũ debet quilibet ho-
mo ponere ſuũ brachiũ. ſicut di-
cebat ille Eſa. xxxiij. Eſto brachi
um noſtꝝ in mane. quia ſolũ bra
chiũ dñi dñabit̃ Eſaie. xl. Uerũ
eſt ergo qđ hic dicitur vl'r. Ma-
ledictus hō ꝛc. Foꝛſan ad l̃raȝ lo
quebatur dñs ꝑmo de Joachim
rege Juda. qui confidens in rege
egypti rebellauit ꝯtra regem Ba
bilonis. Et certe ille maledictus
fuit. Fuit enim a ſagittarijs na-
buch. interfectus: ꝛ extra poꝛtaȝ
irl'm ꝓiectus ꝛ ſepultꝰ. Uel foꝛ-
ſan ad l̃ram loquebatur de Se-
dechia rege. qui cōfidens in hoīe
id eſt in multis regibꝰ gentiũ re-
bellauit ꝯtra regem Babilonis.
Et certe ꝛ ille fuit maledictꝰ Nã
fuit excecatus ꝛ oꝛbatus filijs ꝛ
vinctus ductus in babilonem. ꝛ
ibi ignominioſe defunctꝰ. Seq̃t̃
[erit eñ quaſi mirice in deſto.]
Ubi nota ꝙ mirica mirice me-
dia ꝓducta eſt q̃dđã arbuſtũ in-
fructuoſum: habēs ſuccũ amarũ
qđ ligatis frondibꝰ oſtendit viã
itinerantibꝰ. Unde verſus. Non

oēs arbuſta iuuāt hūileſq; mirice
Per cumulos ſilicis ligatꝫ ſiue
miricis. Cognoſcit leuiter vbi pe
regrinus iter. Sūt in eundo du-
ces ſaxa mirice cruces. Iſtud aūt
arbuſtū vocāt latini ſm Iſidoꝝ
thamaricā. ⁊ ſm alios geneſtā. ⁊
creſcit in ſolitudine. ⁊ ī terra quā
hoīes nō inhabitāt. ⁊ p̄cipue ī ter
ra ſalſuginis. i. in terra q̄ h; hūo-
rem ſalſam ⁊ amarū. Eſt em̄ ſal-
ſugo humoꝛ terre ſalſus ⁊ amarꝰ
qui quidē humoꝛ ſterilitatē terre
inducit. Vn̄ ⁊ ille Abymelech de
ſtructo ſychem in ſignū ſterilita-
tis ſal in ea diſpſit Iudic. ix. Vlt
ergo dicere ꝓpha in illa pte q; hō
ↄfidēs in hoīe ⁊ per pctm̄ rece-
dens a dn̄o h; ſicut mirica ama-
ritudinē aīe. Eſt em̄ malū et a-
marū derelinqre dn̄m. Ierem̄. ij.
Sterilitatē opationis bone. Eſt
em̄ ſine fecūditate bonoꝝ operū.
interdū etiā patit̄ amaritudinē;
tpalis pene. ſ. p̄uatōem liberoꝝ.
et bonoꝝ tpaliū. q̄ꝛundā inſuper
taliū eterna pena in p̄ſenti incipit
ſic patet in Pharaōe. antiocho. ⁊
herode. Talis etiā habitat in de
ſerto. i. in ſtatu mūdi ⁊ pcti. q̄ eſt
terra quā deus deſerit. Vn̄ de ta
li dicit̄ Ezech. viij. Dereliqt dn̄s
terrā. Eſt etiā terra quā ſancti vi
ri nullo modo inhabitāt. Eſt eti-
am terra ſalſuginis. qꝛ inducit e-
ternā amaritudinē. ⁊ ſterilitatem
meritoꝝ. Vn̄ pſ̄. Terrā fructiſe
rā in ſalſuginē: a malicia inhabi-
tantiū in ea. B Dicit ḡ. ſic ſe
ↄtinuans. [Maledictꝰ ⁊c.] ⁊ hn̄

[maledictus. erit em̄ q̄ſi mirice]
noīatiuꝰ p̄lis [in deſerto] ⁊ ſup.
talis maledictꝰ [nō videbit cum
venerit bonū. Nō videbit] dico
[bonū] gratie nec gl'ie. Eſa. xxv
ſm aliā l'ram. Tollat̄ impius ne
videat gl'iam dei. ⁊ interō nō vi-
debit bonu; nature nec foꝛtune.
[cum venerit] ſup. ſanctis ſuis.
[ſed habitabit in ſiccitate in ter-
ra ſalſuginis ⁊ inhabitabili] id
eſt in ſtatu peccati. ⁊ mūdane va
nitatꝫ. ac per h̄ nō habitabit iux-
ta deū. in pſ̄. Nō habitabit iux-
ta te malignꝰ ⁊c̄. Et alibi. Non
habitabit in medio domus mee
qui facit ſupbiā. Et ſic mirice ſe
pe oſtendūt homib; viā cum ap
parent ſic ligate. ſic ſepe mali ho
mines ſuo malo infoꝛtunio oſtē
dunt alijs viam ſalutꝫ. Et certe
vt vſus dicit. Felix quē faciūt a-
liena picula cautū. Exēplū d̄ vxo
re Loth. q̄ ↄuerſa eſt in ſtatuā ſal'
Gen̄. xix. Notādū ſm l'ram q; p̄-
mus ioachim rex iuda fuit bene
mirica. qꝛ ī amaritudine moꝛtu
us ⁊ ſepultus. Sed melius fuit
mirica ſedechias. q̄ habuit ml'tā
amaritudinē. ſ. ꝓpter ocl'oꝝ effoſ
ſionē ⁊ liberoꝝ interfectōem. vn-
de moꝛtuꝰ fuit ſine liberis ſicut
mirica ſine fructu. ⁊ nō vidit bo
nū in babylonia. qn̄ venit cū alijs
cōcaptiuis. vtiq; nō vidit. qꝛ ce-
cus babylonē intrauit. Vn̄ vera
fuit ꝓphia Ezech. dicēns. Nō vi
debit Sedechias babylonē. ve-
re nō vidit ⁊ tn̄ intrauit. ⁊ ſic mi
rica creſcit in ſolitudine, ſic ⁊ ille

originē ſue amaritudinis habuit in deſerto. i. in planicie iericho ibi em̄ (vt dicit textus. iiij. Reg. vltimo) fuit excecatus. ⁊ filijs orbatus. Notandū ſm allegoriam ꝙ pctōr reprobꝰ eſt mirica. ꝓpter amaritudinē pene ad quam eſt obligatꝰ [⁊ nō videbit bonū] ſup. ꝑfectū. quod eſt bonū glorie. [⁊ habitat in ſiccitate] id ē carētia ſup. humoris grē. [⁊ in ſalſugine] id ē in ſterilitate opatiōis bone [in terra inhabitabili] id ē in ꝑuatiōe ſocietatis ſancte. Patet igiť ꝙ maledictꝰ homo ē q̄ cōfidit in homine ⁊c. Sequiť. [bñdictus vir ⁊c.] ⁊ ibi duo fiūt. ſic̄ prius. Primo nāq̄ʒ intentū ꝓponitur. Scđo ꝓpoſitū oñdiť: Ibi. [Et erit tanq̄ʒ lignū ⁊c.] dicit ḡ. [Bñdictꝰ vir] ſup. bñdictōe grē in p̄ſenti. ⁊ glīe in futuro [q̄ confidit in dño] ſ. ꝯfidētia ꝓueniente ex meritis. Alˈs em̄ nō eſſet cōfidentia. ſʒ p̄ſumptio [⁊ erit dominꝰ fiducia eiꝰ] i. cā ⁊ p̄mium fiducie eiꝰ. Et nota ꝙ ſuꝑius nō dixit de ꝯfidēte in hoīe. maledictus vir. ſʒ maledictꝰ hō. eo ꝙ nomē hoīs ē nomē infirmitatis. ſenſus em̄ hoīs ꝓni ſunt ad malum ab adoleſcētia ſua Gen̄. viij. Hic aūt diciť de ꝯfidente in dño. Benedictꝰ vir eo ꝙ viri nomē: nom̄ eſt virtutis. ꝯfidere aūt in dño actus eſt ṽtuoſus. Nota etiā vlteriꝰ ꝙ forſan loq̄bať ad lr̄am de ſecūdo ioachim rege iuda. q̄ confidens in dño ad monitōem Jeremie ſe tradidit regi babylonis. ⁊ ip̄e fuit benedictꝰ etiā tpalˈr. Nā tradiť etiā a quibuſđ. vt r̄fert magiſter in hyſtorijs. ꝙ Euilmerodach filiꝰ nabuch. collocauit thronum ioachim iuxta thronū ſuū. Sequiť [Et erit tanq̄ʒ lignū ⁊c̄] Nota ad lr̄am ꝙ lignū fructiferū euulſū de terra arida ⁊ plātatū in terra humida: ṽtute humoris mittit ⁊ extēdit ꝓfunde radices ſuas. ⁊ q̄ʒtūcunq̄ʒ ſit magnꝰ eſtus nō timeť de arefactōe ꝓpter humoris abundātiā. ⁊ foliū eiuſ quaſi ſꝑ eſt viride ⁊ in tꝑe magne ſiccitatis nō req̄rit coloni ſollicitudinē q̄ ꝓcuret ei irriguū aq̄ alteriꝰ. nec vnq̄ʒ deficit q̄n tꝑe debito faciat fructū. Hāc ſn̄iam ſm lr̄aʒ ꝯtinet iſta ꝑs. Allegorice vero lignū iſtud ſignificat virū iuſtū ꝯfidētē in dño. q̄ euulſꝰ de terra arida. i. de ſtatu pcti in q̄ oīs hō naſciť: tranſplantať ſuꝑ aq̄s. id eſt in ſtatum gratie baptiſmalˈ cuius quidem virtute mittit radices ſuas. id eſt producit virtutes ſanctas. q̄ ſunt radices ſanctitatis. ⁊ cum venerit magnus eſtus. id eſt magna temptatō ſeu inflammatio ꝯcupiſcētie: non timet ſup. de arefactōne. quia non labiť in peccatum diuina gratia ip̄m p̄ſeruante. Foliū aūt eiꝰ ſꝑ ē viride. i. ſermo eius viret virtute et veritate. ⁊ conuerſatio ſemper viret honeſtate. ⁊ in tempe ſiccitatis. i. ī p̄ñti vita q̄ reſpectu future diciť tempꝰ ſiccitatis ꝓpter exiguitatē tempꝛis p̄ſentis nō īdiget

coloni curari ſollicitudine. q̇ ꝓ-
curꝫ ei aliꝺ irriguū. ſufficit em̄ ei
irriguū gratie dei. ⁊ nūq̄ꝫ deficit
quin faciat fructū opatiōis bone
Hoc igitur eſt quo oſtenditur ꝙ
vir benedictus eſt qui ꝯfidit in
domino. dicit em̄ dn̄s. Et erit q̄-
ſi lignū quod trāſplātatᷣ ſup aq̄s
⁊ ad humorē mittit radices ſuas
⁊ nō timebit ſup. de arefactōe. cū
venerit eſtus ⁊ erit foliū eius viri
de. ⁊ in tpe ſiccitatis nō erit ſolli-
citum. nec req̇ret coloni alterius
ſollicitudinē. nec deſinet aliq̄n fa
cere fructū. Expone oīa ſicut p̄
us. ergo benedictꝰ vir qui confi-
dit in dn̄o. Alludit aūt hic ꝓphe-
ta vel dn̄s per ip̄m verbis dauid
dicentis in principio pſalmorꝫ.
Btūs vir q̇ nō abijt in ꝯſilio ip̄io
rum ⁊c̄. id eſt q̇ nō ꝯfidit in hoīe.
ſequitᷣ. ſed in lege dn̄i volūtas eiꝰ
⁊c̄. vſq̄ꝫ ibi ꝓſperabuntᷣ

Sequitᷣ tertia pars ⁊ vltima ī
qua adducit ſilr̄ ad duo p̄dicta effi
cacē ꝓbatōem. dicēs. [Prauū eſt
cor hoīs] ꝓbat aūt ſic p̄mū. Ma
ledictꝰ eſt qui ꝯfidit in illo cuius
cor prauū eſt ⁊ qꝺ ꝯgnoſci nō p̄t.
ſed oīs homo q̄ꝫtū eſt de ſe ha-
bet cor prauū. ⁊ a ſolo deo cogno
ſcibile. igitᷣ ⁊c̄. maiorē ſuppōit tā-
q̄ꝫ manifeſtā. qui em̄ habet cor p̄
uum nō vult etiā ſi poſſet alium
adiuuare. cuiꝰ cor etiā nō cogno-
ſcitᷣ ſtultū eſt ꝯfidere in ip̄o. q2 ne
ſcitur ſi veritatē dicat. ⁊ ſi velit ad
implere qꝺ ꝓmittit. minorē autē
ponit in littera. dicēs. [prauū eſt
cor hominis ⁊ inſcrutabile quis
cognoſcet illud] q̄ſi diceret nullꝰ
aliꝰ hō. ſed ſup. [ego dn̄s ſcrutās
corda] id eſt cogitatōes hoīm [⁊
ꝓbās renes] id eſt affectōes. Se-
cūdū aūt ꝓbat ſic. Ille benedictꝰ
eſt qui confidit in eo qui ſemper
ꝯcedit cōfidenti illud de quo et ꝓ
pter quod ꝯfidit in eo. Sꝫ talr̄ eſt
dn̄s. ğ ⁊c̄. maior eſt manifeſta. q̇a
bonū eſt in illo ꝯfidere q̇ nūq̄ꝫ cō-
fundit ꝯfidentem. minorē vo po-
nit dicens [ego dn̄s qui do vni-
cuiq̄ꝫ q̄d ſibi ꝺbetᷣ] electis. ſ. [iux
ta viam ſuā] id eſt iuxta opa ſua
que ſūt via per quā vadūt ad ce-
lum [et] reprobis ſup [iuxta fru
ctum adinuentionum ſuarum]
id eſt. illud qꝺ debetᷣ vltimo ſuis
malis opibꝰ. que ſua ꝓpria mali-
cia inuenerūt. Benedictꝰ ğ vir q̇
confidit in dn̄o. q2 ip̄e dat iuſtis
qui ſolum in ip̄m ꝯfidunt iuxta
viam ſuā. i. iuxta opa ſua. ex q̇buſ
ꝓuenit ꝯfidentia in ip̄o [Ait dn̄s
omp̄s] ꝯcludit eccleſia. Patet
ergo ꝯcordia inter iſtā lectionem
et euange. qꝺ incipit. homo q̇dā
erat diues ⁊c̄. ⁊ ſcribitᷣ Luce. xvj.
In p̄ncipio nanq̄ꝫ hꝰ lectiōis dᷣ.
ꝙ maledictus eſt hō qui ꝯfidit in
hoīe. ⁊ ponit carnē brachiū ſuuꝫ.
de quo ponit exēplū p̄ncipiū euā
gelij in illo hoīe q̇ induebatᷣ pur-
pūra ⁊ biſſo ⁊ epulabatur q̄ttidie
ſplēdide. Ille em̄ ſolū ꝯfidebat in
hoīe. i. in ſeip̄o nihil curās ꝺ deo.
nec de aliq̄ alio. Ille carnē pōebat
brachiū ſuū. imo de carne ſua fa

ciebat deũ ſuũ. Et certe ille fuit maledictꝰ finalr̄. qꝛ vt in euãge-lio dꝛ. mortuꝰ eſt diues ⁊ ſepul-tus in inferno. vbi ſic̃ dicebat g̃-uiter cruciabat̃ in flãma. nec ta-mẽ guttã aque potuit obtinere. Circa mediũ vero huiꝰ lectiõis dꝛ ꝙ benedictꝰ vir q̇ ꝯfidit ĩ do-mino. de q̃ ponit euãgeliũ exem-plũ in illo mendico Lazaro. q̇ iu-ſtus erat ⁊ ꝯfidebat in dño. ⁊ cer-te hic fuit finalr̄ bñdictꝰ. qꝛ cũ fu-it ſm corpus mortuꝰ: fuit ab an-gelis ſm aĩam in ſinũ abrae. i. in locũ quietũ ⁊ ꝯſolabilẽ depor-tatus. In fine aũt huiꝰ lectionis dicit dñs. ꝙ ipe̅ dat vnicuiqꝫ iux-ta opa ſua. q̃d maĩfeſte ꝓbat euã-geliũ in quo dr̃ ꝙ ipe̅ dedit diui-ti et pauperi locũ queꝫ meruerat vnuſquiſqꝫ. ſ. diuiti infernum. ⁊ paupi ſinũ abrahe. Uñ abrahaꝫ dixit illi diuiti cũ eſſet in tormen-tis ⁊ peteret guttã aque. Fili re-cordare qꝛ recepiſti bona in vita tua. ⁊ Lazarus ſilr̄ mala. nũc au-tẽ hic ꝯſolat̃. tu vo cruciaris. Be-ne ergo dicit ꝓpha in pſ̃. loquẽs deo. Tu reddes vnicuiqꝫ ſm o-pera ſua. Placeat ei ꝙ nos ex me-ritis ꝯfidamꝰ in ipo̅: vt ſic tandeꝫ locũ diuitis euadamꝰ: ⁊ ad locuꝫ paupis ꝑ angelos feliciter depor-temur. qđ nob̃ ꝯcedat ieſus xp̃s benedictus. Amen.

Feria ſexta poſt Reminiſcere.

# I Ndiebus

illis. Dixit ioſeph fratribꝫ ſu. ⁊c̃. Gen̄. xxxvij D Heſterna die eccl̃ia dixit referẽs verba domini dicta ꝑ Jeremiã. Maledictꝰ ho-mo q̇ ꝯfidit in hoĩe. ⁊ bñdictꝰ vir qui ꝯfidit in dño. Ut igit̃ cõtem-namꝰ humanã ꝯfidentiã: ſꝫ con-fidamus in dño. Ideo ꝓbat hec cõſeq̃nter hodie ⁊ cras dñs ꝑ exẽ-pla tam in epiſtolis q̃ꝫ in euãge-lijs ꝙ maledictꝰ hõ ⁊c̃. ⁊ ꝙ bene-dictus vir ⁊c̃. Oſtẽdit eñ hodie in Joſeph qui ꝯfidens in hoĩe. ſ. in fratribꝫ ſuis maledictꝰ fuit. id eſt malo pene addictus. Fuit nã-qꝫ per eos in ciſternã ꝓiectꝰ ⁊ tã-dem venditꝰ. vñ qꝛ ꝯfidebat ĩ do-mino fuit poſtmodũ bñdictus ⁊ in egypto dñs ipo̅ꝝ factus. Oñ-dit inſuꝑ hoc euãgeliũ in illo pa-trefamilias q̇ ꝯfidens in opariјs vinee ſue maledictꝰ fuit. occide-runt eñ filiũ ſuũ. poſtea vero fu-it bñdictꝰ: vindictã accipiẽdo de ipis. Oſtendit hec vlteriꝰ die cra-ſtina epiſtola in Jacob quẽ ꝓpter fratrẽ in quo debebat ꝯfidere: o-portuit de terra ſua fugere. q̇a di-ſponebat eum occidere. veꝝ qꝛ cõ-fidebat in dño: benedictõem ma-iorẽ meruit q̃ꝫ frater ſuus. Oſten-dit hec nihilominꝰ ⁊ euãgeliũ in illo filio ꝓdigo cuiꝰ reuerſionẽ in-uidit frater eiꝰ ſenior. in quo de-bebat ꝯfidere. ſꝫ qꝛ ꝯfidebat ĩ do-mino a pr̃e ſuo miſericorditer eſt receptus. Põt etiã aliter ĩtrodu-ci lectio iſta. vt dicat̃ ꝙ nec ieiuni-um nec oratio nec elemoſyna ſũt

ad ſalutē efficacia niſi in ꝟtute et
merito paſſiōis xp̄i. Jō ip̄am re-
p̄ſentat hodie eccl'ia in ioſeph nu
dato ⁊ vēdito. ⁊ in filio patriſfa-
milias a ſeruis ſuis interfecto.
Ad euidentiā aūt p̄ſentꝫ lecti-
onis ſūt aliq̄ de hiſtoria Gene. p̄-
mittēda. Primū ē. ꝙ iſte ioſeph
fuit vndecim⁹ fili⁹ iacob nat⁹ in
meſopotamia ſyrie de Rachele fi
lia Laban auunculi ſui ⁊ vxore ſe
cūda p̄ris ſui. Secundū ē. ꝙ illū
Joſeph diligebat p̄r p̄ oīb⁹ filijs
ſuis. tum qꝛ ſenex ip̄m genuerat
tum qꝛ de vxore p̄dilecta illū ha
buerat. tum qꝛ pulchrior corpe ⁊
ſapiētior mēte. tūꝫ inſup puto ꝙ
videbat in ſpū dn̄ium qđ poſtea
fuit ꝯſecut⁹. ⁊ ꝙ ius p̄mogenitu
re ad ip̄m debebat trāſferri. Ter
tiū eſt. ꝙ alij decē frēs inuidebāt
ioſeph ip̄mq̄ꝫ oderāt. nec poterāt
ei quicq̄ꝫ pacifice loq̄. Et bene di
co decē. qꝛ benyamin frater eius
vterin⁹ nōdū erat nat⁹. Inuide-
bāt aūt ſibi. tum qꝛ p̄r pl⁹ euꝫ di
ligebat. tū qꝛ apud p̄rem accuſa
uerat eos crimine peſſimo. ſcꝫ de
odio in ip̄m. vel de coitu cū bru-
tis. ⁊ precipue accuſauerat Ru-
ben de ꝯcubitu cū bala vxore pa-
tris ſui. ⁊ q̄ꝫ maxime habebāt ip
ſum odio ꝓpter ſomnia ſua. q̄ ip-
ſis referebat. ex quib⁹ videbatur
ſentire ꝙ eis deberet tādē dn̄ari.
Quartū eſt ꝙ tm̄ ꝓceſſit fratruꝫ
odiū ꝙ voluerūt ip̄m occidere. ſꝫ
ꝓcurāte ruben ꝓiect⁹ fuit in ciſter
nā veterē vt mortē euaderet. et ꝓ-
curāte iuda fuit vēdit⁹ yſmabeli
tis portātib⁹ aromata in egyptū.
Quintū ē ꝙ yſmahelite q̄s etiam
text⁹ vocat madyanitas. qꝛ forſā
erat vnus ꝑl's. Tradunt em̄ he
brei ꝙ Agar ⁊ Cethura fuer̄t vna
mulier. q̄ viuēte ſara genuit hyſ-
mahelē. ⁊ poſt mortē eius genuit
madian: ex quib⁹ deſcēdit ille po
pul⁹ q̄ qn̄q̄ꝫ dicit̄ yſmahelita qn̄
q̄ꝫ madianita. Iſti duxer̄t ioſeph
in egyptū. ⁊ vēdiderūt ip̄m phu
tifari p̄ncipi militie pharaonis.
quē text⁹ etiā vocat p̄ncipē eunu
chorū. nō ꝙ eſſet caſtratus. habe-
bat em̄ vxorē q̄ ꝯcupiuit ioſeph.
et habuit filiā q̄ fuit vxor ioſeph.
Sꝫ tradūt hebrei ꝙ idcirco emit
ioſeph vt abuteret̄ eo. de⁹ vero ſic
infrigidauit ei⁹ virilia ꝙ fuit ad
omnē coitū impotēs fact⁹. ꝓpter
qđ tā q̄ꝫ caſtiſſim⁹ fuit fact⁹ prin
ceps eunuchorū. ⁊ ſacerdos helio
poleos ꝯſtitut⁹. Sextū ē. ꝙ Jo-
ſeph fuit vēdit⁹ a fratrib⁹ adhuc
viuēte m̄re ſua. ⁊ nōdū nato ben
iamin. ⁊ an̄ mortē yſaac ꝑ duode
cim annos. qđ ꝑ ſcripturaꝫ ꝓbat̄
euidēter. Septimū ē ꝙ ſic dic̄ lr̄a
nr̄a vēditus fuit trigita argente-
is. ſeptuaginta tn̄ dicūt vigiti au
reis. Jeronym⁹ vero ⁊ Rabanuſ
dicūt vigiti argēteis. vt p̄ciū dn̄i
ſit mai⁹ q̄ꝫ ſerui. ſ. ioſeph. Octa-
uū eſt ꝙ ille ioſeph fuit ꝓpha. De
dit em̄ ei de⁹ ſic Danieli intelligē
tiā ſomniorū. vn̄ clare vidit ⁊ itel
lexit ſua ⁊ piſtoris ſomnia et pin
cerne ac etiā pharaōis lucide de-

clarauit. Nonum ē. ꝙ ioſeph fuit magnꝰ amatoꝛ caſtitatꝭ. vñ pꝛo- pter amoꝛē caſtitatꝭ fuit lōgo tpe carceri mācipatꝰ. Decimū eſt ꝙ poſtq̄ꝫ īterp̄tatꝰ fuit ſomniū pha- raonis dedit ei vxoꝛē aſſenech fi- liā phutifari p̄dicti. ꝛ ꝯſtituit eū dñm totiꝰ egypti. vbi ꝑ pꝛouidē- tiam ſuā ſaluauit hoīes ꝯtra fa- mē. fuitq̄ꝫ ibi adoꝛatꝰ a fratribus ſuis. ꝛ a patre in ſuis filijs. q̄ cuꝫ omni domo ſua deſcendit ad ip- ſum. Undecimū ē. ꝙ ruben pꝛio genitꝰ iacob ꝓpter ꝯcubitū cū ba la fuit p̄uatus omni iure p̄moge- niture. ꝛ fuit trāſlatū ad iſtū Jo- ſeph. ſic̄ dꝛ. j. Paralꝭ. v. vñ habu- it duplā poꝛtionē. Quilibet eniꝫ filioꝝ effraym ꝛ manaſſe fecit tri bū. ꝛ de effraym deſcendit p̄mus rex q̄ regnuit in iſrl̕ facta diuiſiōe a regno iuda. ſ. Jeroboā. de quo. ꝫ Regū. xij. Ultimū ē ꝙ qñ filij iſ rael debuerūt aſcēdere de egypto et voluerūt aſpoꝛtare oſſa ioſeph ſecū. ſic̄ ex iuramēto tenebanꝭ: ni- lus ſic inundauerat ꝙ operuerat eius ſepulcrū. Sꝫ vt tradūt He bꝛei moyſes ſcp̄ſerat in lamīa au rea nomē dñi tetragmaton. q̄ ſu perpoſita aq̄ ſupnatauit. vſq̄ꝫ dū veniēs ſtaret ſupꝛa vbi erat ſepul crū. ꝛ effodiētes ſuſtulerūt oſſa. q̄ vt dꝛ Eccī. xlix. ꝓphetauerāt foꝛ ſitan dic̄ ꝙ difficultatē itinerꝭ eiſ p̄dixerūt. Dicūt etiā hebꝛei ꝙ o- uis ex īpꝛouiſo aſtitit iuxta eos q̄ locuta ē eis ob quā cauſam duxe runt eā lōgo tpe ꝑ dſertū, ꝛ dicta fuit ouis ioſeph. de q̄ in pſ̄. dicitꝭ Qui deducis velut ouē Joſeph. Hec oīa ꝑ maioꝛi ꝑte mgr̄ in hi ſtoꝛia refert. ꝛ ex ſcp̄tura ſumunꝭ

E Nō ad diuiſionē ꝛ expo ſitōem lr̄alē ꝛ myſticā veniamus De qui em̄ ſcelere fratrū Joſeph tāguntꝭ q̄ttuoꝛ in p̄ſenti lectōe. q̄- rū p̄mū ꝑtinet ad machinationē cū dic̄ [ dixit ſuis fratribꝫ. Audi- te ſomniū meū ꝛc̄. ] Scdm ad ꝑ- petrationē. ibi. [ Cūq̄ꝫ frēs illiꝰ ] Tertiū ad denūciatōem. ibi [ di- cemꝰ q̄ꝫ fera peſſima deuoꝛa. ꝛ c̄. ] Quartum ad alleuiatōem. Ibi. [ Audiēs hec ruben ꝛc̄. ] Primo dico ꝙ in iſta lectiōe tāgitꝭ illō q̄d ꝑtinet ad fraterni ſcelerꝭ machi- nationē. Ubi ſciendū ꝙ q̄ꝫuis ex mltis. vt dcm ē. frēs ioſeph ꝯ ip- ſum odiū ꝯceperūt: p̄ncipalis tñ occaſio machinādi ꝯ ipm fuit ſō nioꝝ ſuoꝝ viſio ꝛ relatio. ex qui- bus dabatꝭ eis intelligi ꝙ ipoꝛuꝫ rex deberet eſſe ꝛ dñs. qd̄ q̄dē ipi moleſte ferebāt. cū eēt iunioꝛ īter oēs. Dicit ergo moyſes p̄mitten te eccleſia [ In diebus illis ] ſcilꝫ qñ iacob redierat de meſopota- mia ſyrie. ꝛ ab Eſau fratre ſuo (q̄ ei venerat obuiam) receſſerat. et Sychem filius Emoꝛ Dynam coꝛruperat. ꝛ filij ſui. ſcilꝫ ſyme- on et Leui de ſichimitis vindi- ctā expetiuerāt. adhuc viuenti- bus yſaac et Rachele. et nonduꝫ nato ipſo Benyamin [ Dixit ip- ſe Joſeph ] exiſtēs puer ſedecim annoꝛum [ fratribꝫ ſuis ] ſcꝫ decē

[Audite ſomniū meū qđ vidi ]
Ubi nota ꝙ ille Joſeph in ſom-
nijs q̄ vidit. ⁊ in ſomnijs piſtoꝝ
pincerne. ⁊ pharaonis q̄ poſtea ī
terp̄tatus ē: ꝯgnouit ꝓphetice fu-
tura. ꝓpter qđ nō ſolū habuit viſi
onē imaginariā: ſ3 etiā intellectu
alē. Uidit eñ in ſomnio imagīes
quaſdā reꝝ corꝑeaꝝ imp̄ſſas or-
gano ſue virtutis imaginatiue a
deo īmediate. vel ꝑ miniſteriū an
gelicū. vidit etiā ꝑ intellectū om-
nia futura q̄ ꝑ hmōi imagines p̄
ſignabant̄: al's nō fuiſſ3 ſua ꝯgni
tio ꝓphetica. vñ pincerna piſtor ⁊
rex qui viderūt imagines: ꝓphe-
te nō fuerūt. q2 nihil intellectual'r
cognouerūt. Sic igit̄ expone ver
ba iſta [Audite ſomniū meū qđ
vidi ] viſiōe ſup. imaginaria ⁊ in
tellectuali [ Putabaz nos ligare
manipulos ī agro ⁊ ꝯſurgere ma
nipulū meū. ⁊ ſtare. vr̄oſq3 māi-
pulos circūſtantes adorare māi
pulū meū ] viſione itaq3 imagia-
na vidit imagines manipuloꝝ
ſic diſpoſitoꝝ. ſ3 intellectual'r vi
dit ꝙ fr̄es ſui adorabāt eū. et po-
ſtea ſic euenit. Et vide ꝙ in rebꝰ
corꝑalibꝰ in quibꝰ iſti erāt aſſue-
ti: deus mōſtrauit eis futura. ſc3
manipulis. ſpicis. vitibꝰ. ⁊ bobꝰ.
Erant eñ cultores agroꝝ. ⁊ aīa-
liū paſtores. Sequit̄. [ Rñderūt
q3 fratres ſui ⁊ dixerūt ei. Nūqd
rex noſter eris. aut ſubijciemur di
cioni tue ] Certe poſtmodū ita fa
ctū fuit. Ipe eñ fuit p̄nceps ⁊ rex
id eſt rector fratrū ſuoꝝ. ſic dicit̄
Eccl̄i. xlix. De ip̄o etiā mediāte ef
fraym ſuo filio deſcēdit Jeroboā
qui fuit rex in decē tribubꝰ. Se-
quit̄. [ Hec ergo cā ſomnioꝝ et
ſermonū: inuidie ⁊ odij fomitem
miniſtrabat ] Et huiꝰ ratio fuit.
q2 homines q̄ ſūt liberi arbitrij:
ſūme libertatē appetunt. ⁊ abhor
rent ſeruitutē. Sequit̄ [ Aliđ q̄-
q3 vidit ſomniū qđ narrās fratri
bus: ait. Uidi ꝑ ſomniū q̄ſi ſolē
et lunā ⁊ ſtellas vndecim adora-
re me ] Et ſignāter dic̄. q̄ſi. q̄a nō
vidit ſolem aut lunā aut ſtellas:
ſed imagines ip̄oꝝ. Et nota ꝙ p̄
mū ſomniū fuit in terrenis. et ſe-
cundū fuit in rebꝰ celeſtibꝰ. ad in
nuendū ꝙ iſti oīes ⁊ ſi vacabāt
terrenis negocijs. ſoli inter oīs
hoīes đ celeſtibꝰ cogitabāt. S3 q̄
re dixit. ſtellas vndecim. cū non-
dū eſſet natus Benyamin. quē ī-
telligebat ꝑ vndecimū. Dōm ꝙ
videbat ip̄m in ſp̄ū naſciturū. et
ip̄m cum alijs adorare eū debere.
Sequit̄ [ quod cū patri ſuo ⁊ fr̄i
bus retuliſſet: increpauit eum pr̄
ſuꝰ dicēs. Quid ſibi vult h̄ ſom-
niū qđ vidiſti. Nū ego ⁊ mr̄ tua
⁊ fratres tui adorabimꝰ te ſuper
terrā ] quaſi diceret. h̄ innuis ver
bis tuis. Intelligebat Jacob ꝙ
ip̄e pater ꝑ ſolē ſignificaret̄. et ra
chel ꝑ lunā. ⁊ fratres Joſeph per
vndecim ſtellas. ¶ Sequit̄
[ Inuidebāt ḡ ei fr̄es ſui. pr̄ vero
rem tacitꝰ ꝯſiderabat ] Nota ꝙ
mater Joſeph adhuc viuebat vt
ex loco iſto accipit̄. mr̄ inq̄t tua.

Sed nunqͥd pr̄ ⁊ mater adora-
uerūt ioſeph. qꝛ de fratribꝫ ꝯſtat.
Dōm ꝙ mater nūq̄ꝫ adorauit ip
ſum in ꝑſona ꝓpria. qꝛ mortua fu
it anq̄ꝫ ioſeph dn̄aret in terra egi
pti. ſꝫ adorauit ip̄m in ꝑſona ben
yamin filij ſui qui adorauit eum
Jacob aūt adorauit ip̄m ī filijs
ſuis. ꝑ q̄s miſit ei munera. defer-
te inqͥt viro munera. Gen̄. xliij. c.
Et hoc fuit anq̄ꝫ ſciret ip̄m filiuꝫ
ſuū eſſe. Sꝫ poſtq̄ꝫ ei ꝯſtitit. ip̄m
nunq̄ꝫ adorauit. qꝛ hoc Joſeph n̄
ꝑmiſiſſet. Dic̄ tn̄ apl'us Heb. xj.
ꝙ iacob adorauit veſtigiū virge
ip̄ius ioſeph. qđ ſatis innuit Ge
neſ. xlvij. vn̄ ſm ꝙ dicit mgr̄ ī hi
ſtoria. quidā codices hn̄t. adora
uit ſuꝑ caput virge eiꝰ. Sꝫ qua-
re iacob increpauit ioſeph: cū cre
deret ip̄m vera dicentē. qđ innuit
ex eo ꝙ pr̄ reꝫ tacitus ꝯſiderabat
Dōm ꝙ iō. qꝛ nō eſt vbiq̄ꝫ ṽitas
dicēda. maxime cū auditores ad
deteriora ꝓuocant. vnđ timebat
ſctūs iacob illud qđ accidit circa
ioſeph quē ſūme diligebat. Sed
mirū eſt ꝙ ioſeph q̄ puer erat au
deret referre illa corā fratribꝫ. ma
xime cū ſciret ip̄os aduerſū ſe cō
citatos. Ubi dōm ꝙ ſpūſſanctꝰ
qui hoc ſuggeſſerat: ip̄m ad dicē
dū impellebat. ſic̄ ⁊ alios ſanctos
viros qui dixerūt oīa q̄ ſuggere-
bat ſpūſſanctus. etiā nō formidā
tes mortē. Sequit [Cūq̄ꝫ frēs il
lius ⁊c̄.] Ubi tangit illud qđ ꝑ-
tiet ad ſcelerꝫ p̄dc̄i ꝑpetratōꝫ. Et
hic q̄ꝫtum ad h̄ tangunt quattu-
or. ſcꝫ Joſeph prompta obedien-
tia. Pia beniuolētia. Sollicita
diligētia. Fratrūq̄ꝫ ſuoꝝ malicia
Quantū aūt ad p̄mū dicit [Cū-
q̄ꝫ fratres illiꝰ in paſcēdis gregi
bus patris morarent in ſychem.
dixit ad eū iſrl'.] Nota ꝙ Jacob
rediēs de meſopotamia tranſito
vado iaboth luctatꝰ fuit cū ange
lo. ex q̄ lucta emarcuit neruus fe
moꝛꝫ eius. q̄ quidem angelus lu
ctans cum eo ⁊ loquens in perſo
na dei mutauit ſibi nomen. ⁊ vo
cauit eū iſrl'. qđ interp̄tat vir vi-
dens deū. Gen̄. xxxij. vn̄ ſtati di-
xit. Uidi dn̄m facie ad faciem ⁊c̄.
Et vocauit nomē loci illiꝰ phanu
el. i. appꝛitio dei. Deīde cū ꝓgre-
deret occurrit ei obuiā Eſau Ge
neſ. xxxiij. a quo cū diſceſſiſſet ve
nit in ſochot. deinde in ſychem. đ
qua hic. quā vrbem vocauit mo
yſes ſalem. ⁊ ip̄e iacob emit ibi ꝑ
tem agri ab Emor pr̄e ſichem. a
quo vrbs denoīata eſt. centuꝫ a-
gnis Gen̄. xxxiij. Jſta vrbs corru
pte dicit ſichar. Jo. iiij. ⁊ ab ipſa
dicunt incole ſichimi vel ſichimi
te. ⁊ terra ei vicina dr̄ ſichima. et
eſt apta ꝓ alimētis gregū. et pa-
ſcua illius terre dicunt ſichima.
Forſan iſta ſychem eſt iſta vrbs
ad quam p̄mo applicauit abrahā
veniens de hur chaldeoꝝ. Ge. xij
ſic dicta ibi per anticipationem.
Cum aūt habitaret ibi ſycheꝫ cō
miſit ſtuprū cum Dyna. ꝓpter qđ
fuit ſecuta interfectio ſichimita-
rū. ⁊ depopulatio vrbis Gen̄. 34

Poſtmodũ vero de mãdato dñi
aſcẽdit in bethel. vbi pͥus ſibi ap-
paruerat dñs qñ fugiebat Eſau
Geñ. xxviij. Et tũc vocauit locũ
bethel qui pͥus vocabaꝛ luza ſiue
luza. G Addũt autẽ hebrei.
vt dicit mgr̃ in hiſtoria. hũc eẽ lo
cũ in q̃ poſtea edificatũ eſt tẽplũ.
Jerony. tñ dic̃ q̃ ẽ loc⁹ iuxta beth
lehem. ibiqꝫ iteꝝ apparuit ei dñs
ꝛ mutato noĩe vocauit eũ iſrael.
ꝛ ibi erexit altare lapideũ. fundẽſ
oleũ deſup. ꝛ libãs libamĩa ĩuo-
cauit nomẽ dñi. Pri⁹ tñ abiectis
ydolis dom⁹ ſue ꝛ abſcõdit ſbꝛ
therebinthũ. Geñ. xxxv. Si autẽ
veꝝ ſit qđ dic̃ ioſeph⁹ q̃ Joſeph
fuit vẽdit⁹ añ mortẽ rachel ꝛ añ
q̃ꝫ iacob veniret ad pr̃em ſuum ĩ
Ebron. tũc oꝑtet dicere qđ illud
qđ ſeq̃ꝛ in ca. de morte ꝛ de ſepul
tura rachel ꝛ de aduẽtu iacob ad
yſaac ĩ ebron. totũ dictũ ẽ ꝑ anti-
cipatõem. Deiñ ꝓſeq̃ndo hiſtori
am imaginor q̃ de bethel Jacob
venit in vallẽ ebron. q̃ vallis dc̃a
eſt ſuꝑi⁹ vallis mãbre Geñ. xviij.
Eſt eñ ſꝫ mgr̃m cõuall' manbre
iuxta ebron. q̃ vallis ſic vocata ẽ
a q̃dã hoĩe noĩato mãbre. ſꝫ etiaꝫ
mõ ẽ dc̃a vall' ebrõ. qꝛ erat iuxta
ciuitatẽ ebron. de iſta valle miſit
iacob ioſeph ad frẽs ſuos in ſich
em ꝛ in dothaym. vbi ꝑ eos vẽdi
tus fuit. ꝛ poſtea iacob facta ven
ditiõe ioſeph venit ad pr̃em ſuuꝫ
in ebron ꝛ ĩuenit mr̃em ſuã mor
tuã. ꝛ poſt dies paucos mortu⁹
fuit ipſe yſaac. ꝛ ſepult⁹ in ebron
que alio noĩe vocabaꝛ arbee ſiue
cariatharbe. i. ciuitas q̃tuor. ibi
eñ ſepulti ſũt Adã Abraã yſaac
et Jacob cũ vxoꝛibꝰ ſuis. excepta
rachele. q̃ fuit ſepulta iuxta effra-
ta. hec ẽ beth leẽ. ibi eñ erat ſpelũ
ca duplex quã emit abraã ab E-
phron etheo. ꝛ in ſuꝑiori ſepelie
banꝛ viri. ꝛ in inferiori mulieres.
Geñ. xxiij. Utrũ aũt rachel fuerit
mortua añ yſaac: nõ eſt bñ certũ
His viſis ptꝫ tota lr̃a iſti⁹ ꝑtis
[ Cũqꝫ fratres ei⁹ ĩ paſcẽdis gre
gibꝰ ꝛc̃. ] Sequiꝛ. [ dixit ad cũ iſ
rael ] iã eñ mutatũ erat ſibi nom̃
[ fratres tui paſcũt oues in ſichi
mis ] id ẽ in paſcuis q̃ ſũt iuxta ſi
chem [ veni mittã te ad eos. quo
rñdente. p̃ſto ſum ] ecce prompta
obediẽtia [ Ait ] ſup. iacob [ vade
et vide ſi cuncta ꝓſpera ſint erga
frẽs tuos ꝛ pecora. ꝛ renũcia mi-
hi q̇d agaꝛ ] Bonũ thema qñ pa-
pa mittit legatũ ad aliquã ꝓuin-
ciã vt dicat ſibi. vade ꝛ vide ꝛc̃. ꝛ
iniũgit ſibi tria. ſ. ꝑfectiõeꝫ. vade
inq̇ſitõem. ꝛ vide ſi cũcta ꝓſpera
ſint erga frẽs ꝛ pecora. i. erga p̃la
tos ꝛ ſubditos. relatõem. renun-
cia. inq̇t mihi q̇d agaꝛ ꝛc̃. Sequi
tur [ Miſſus de valle ebron vẽit
in ſychem ] Ecce pia ioſeph beni
uolẽtia. ſtatim eñ execut⁹ ẽ man
datũ ꝓpter pr̃is reuerẽtiã ꝛ fratꝝ
amiciciã [ Inuenitqꝫ eũ vir erran
tẽ in agro. ꝛ interrogauit q̇d q̃re
ret. Et ille reſpõdit. Fratres me-
os q̃ro. Indica mihi vbi paſcant
greges ] bonum verbũ pro lega-

to pape inq̇rente de ep̄is ꝓuīcie
ac dicente cuilibet quē inquirat.
⌊Fratres meos quero⌋ id ē ep̄os
⌊indica mihi vbi paſcāt greges⌋
id eſt in qua doctrina. ſcꝫ catholi
ca vel heretica. ⁊ in qua vita. ſcꝫ
virtuoſa vel vicioſa ſubditos in⸗
formēt. Sequit̄ ⌊Dixitq́ꝫ ei. Re
ceſſerūt de loco iſto. Audiui autē
dicētes eos. Eamus in dothaim
ꝑrexit ḡ ioſeph poſt frēs ſuos. et
inuenit eos in dothaym⌋ ecce io
ſeph ſollicita diligētia. q̄rebat eī
eos de loco in locū donec inuēit.
Puto ꝙ iuerant in dothaym q̄⸗
rentes paſcua meliora. Et eſt do
thaym quoddā territoriū ſatis ꝓ
pe vrbem ſichem. ſic̄ credo. Seq̇
tur⌊Qui cū vidiſſent eū an̄q̄ꝫ ac
cederet ad eos: cogitauerūt eum
occidere. ⁊ mutuo loq̄bant̄. Ec⸗
ce ſomniator venit. venite occida
mus eū ⁊ mittamꝰ⌋ ſup. cadauer
eius ⌊in ciſternā veterē⌋ q̄ ſuꝑple
erat in ſolitudine. ⁊ nō habebat
aq̄m. Ecce fratrū ſeua malicia. q̄
ꝑmo latuit in cogitatōe. q̄ꝛ cogi⸗
tauerūt eū occidere. ſcd̄o patuit ī
locutiōe. q̄ꝛ dixerāt. venite occida⸗
mus eū. tertio appꝑuit in oꝑatiōe
q̄ꝛ vt ꝯſeq̄nter dic̄ hiſtoria. Ip̄m
nudauerūt. ⁊ in ciſternā ꝓiecerūt
⁊ poſtea vēdiderūt. O nephāda
rabies iniq̄ꝝ. ait Criſ. in ſermōe
Nō lꝫ ioſeph viuere. nō lꝫ melio⸗
rē īter malos tutū eſſe. Zelāt enī
humilē ſuꝑbi. māſuetū iniq̄. ꝓbo⸗
bum improbi. mitē tumidi. q̄ꝛ vi
ta bonoꝝ detrimētū eſt peſſimo⸗
rum. vt eis videt̄. H Cōſe⸗
q̄nter tāgit moyſes illud qd̄ ꝑti
net ad fratrū ſceleris denūciatōꝫ
Dixerūt em̄ ⌊dicemꝰ⌋ ſup. pr̄i et
mr̄i ⌊fera peſſima⌋ ſcꝫ leo vel vr⸗
ſus ⌊deuorauit eū. ⁊ tūc appꝑebit
q̇d illi ꝓſint ſomnia ſua⌋ ⁊ ita po
ſtea fecerūt. q̄ꝛ poſtq̄ꝫ eū vēdide⸗
rūt: intinxerūt tunicā eiꝰ ī ſāgui
ne hedi. ꝓpter qd̄ ⁊ pr̄ dixit. Fera
peſſima ⁊c̄. Ultimo tangit moy
ſes qd̄ ꝑtinet ad crimīs alleuia⸗
tionē. ſcelꝰ em̄ coꝝ alleuiatū fuit
nō em̄ tantū cōmiſerūt q̄ntuꝫ co⸗
gitauerūt ⁊ q̄ntū dixerūt. Cogi⸗
tauerūt em̄ eū occidere. ⁊ ita di⸗
xerāt. Sꝫ ꝓcurante ruben q̇ vole
bat eū eripe fuit ꝓiectus in ciſter
nā. ⁊ poſtea procurante iuda ven
ditus fuit. ⁊ ita mortem euaſit.
Quantū aūt ad id qd̄ fecit rubē:
dr̄ h ⌊Audiēs aūt hec ruben nite
bat̄ eū eripe de manibꝫ coꝝ. ⁊ di
cebat eis. Nō īterficiamꝰ animā
eiꝰ. nec effundamꝰ ſanguinē eius
ſꝫ ꝓiicite eū⌋ ſup. viuū ⌊in ciſter⸗
nā hāc veterē q̄ eſt in ſolitudine.
Manuſq́ꝫ vr̄as ſuate innoxias
Hoc aūt dicebat volēs eripe eū
de manibꝫ coꝝ: ⁊ reddere eū pr̄i
ſuo⌋. Dicebat autem eis (ſicut di
cit ipſe Joſephus) ꝙ erat abo⸗
minabile. ſcilicet conſanguine⸗
um perimere. et ꝙ pro iſto facto
pater conſummaretur. ⁊ ꝙ deus
inſpector puniret violantes eius
prouidentiam bonam. Sed mi⸗
rum eſt de ipſo Ruben: ꝙ ita il⸗
li eſſet propitius. qui vt dictum

eſt accuſauerat eū apud pr̄em de
ꝯcubitu cū bala. Dōm ꝙ qꝛ p̄mo
genitus debebat hr̄e curam oīm
vn̄ in h̄ facto timebat plꝰ offende
re pr̄em. Itē qꝛ de alio ſcelere ac⸗
cuſatꝰ erat apud ip̄m et nolebat
mltͥplicare offenſas. Ulteriꝰ q̇a
ātiquioꝛ oīb; audierat qm̄ de⸗
us puniuerat homicidia. ſ. Abel
in chayn. ⁊ chayn in lamech. ⁊ iō
plꝰ timebat. Sꝫ ꝙ ſcriptura re⸗
fert ꝯcubitū Ruben cū bala poſt
moꝛtē rachelis Gen̄. xxxv. ⁊ tam̄
dictū eſt ſupius ꝙ ioſeph vendi⸗
tus fuit an̄ moꝛtē rachelis. et de
hoc ip̄m accuſauit. Dicenduꝫ ꝙ
an̄ moꝛtē rachelis ꝯcubuerat cū
ea. qḋ ſoli ioſeph notū fuit. q̇ apḋ
pr̄em accuſauit eū. Poſt morteꝫ
eiꝰ iteꝝ ꝯcubuerat. ⁊ tūc fuit ma
gis māifeſtū. Cōſeq̄nter textꝰ hi
ſtoꝛie dic̄. q̄ꝫuis eccl'ia nō recitet.
quō nudauerūt eū tunica talari ⁊
polimita. ⁊ miſerūt eū in ciſternā
q̄ nō habebat aq̄m. ⁊ quō abſen⸗
te ruben q̇ iuerat ad ꝓcurāda vel
ad q̄renda melioꝛa paſcua: de cō
ſilio iude vēdiderūt ip̄m yſmahe
litis ſiue madyanitis eūtibus in
egiptū. ⁊ quō ruben qn̄ nō īuenit
ip̄m in puteo ſciſſis veſtib;. dixit
Puer nō cōparet. ⁊ ego q̄ ibo. et
quō ruben recepit ꝯſolatōem qn̄
audiuit ꝙ nō eſſet moꝛtuꝰ. Ipſe
eñ eſt q̇ dixit Gen̄. xlij. Nūquid
nō dixi vobis. nolite peccare ī pu
erū ⁊c̄. vlteriꝰ quō madyanite vē
diderūt phutifari eunucho ⁊ p̄n
cipi milicie Pharaonis. I

Allegoꝛice aūt ioſeph ſiḡt chri
ſtū quē deꝰ pr̄ in ſenectute genu⸗
it. i. in mūdi veſpa ⁊ in etate ſex⸗
ta hoīem fecit. hic a deo pr̄e dile⸗
ctus p̄ oīb;: fuit accreſcēs filiꝰ
qꝛ rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū. ⁊ alpe
cu decoꝛꝰ. qꝛ ſpecioſus foꝛma p̄
filijs hoīm. Hic q̇dem coꝛam iu
deis retulit q̄ fuerūt eis viſa ſom
nia. ex quib; dabat eis ītelligere
ꝙ ip̄oꝝ eſſet rex. ⁊ ꝙ ip̄m tāq̄ꝫ de
um ⁊ dei filiū deberēt adoꝛare. ꝓ
pter qḋ oderant eū. nec poterāt
ei quicq̄ꝫ pacifice loq̇. Hūc autē
maioꝛib; iudeoꝝ ſcꝫ ſcrib ⁊ pha
riſeis ⁊ ſacerdotib; paſcētib; o⸗
ues. i. iudeos ſimplices in ſychē
id eſt in ḡui ⁊ laboꝛioſa obſeruā⸗
tia legis ⁊ traditionū ſuaꝝ. īter⸗
pretat̄ eñ humerꝰ ⁊ laboꝛ. miſit
deus pr̄ de valle ebꝛon. i. de ſinu
ſuo. vbi eſt ſempiterna btītudo.
interp̄tat̄ ei viſio ſempiterna. mi
ſit dico ad vidēdū q̇d agat̄ inter
frēs ⁊ pecoꝛa. i. maioꝛes ⁊ mino
res iudeos. Ad vidēdū dico non
ſpeculatiue. qꝛ oīa ſciebat: ſꝫ expi
mentaliter. Ex his eñ q̄ paſſꝰ eſt
didicit obedientiā ſic̄ dicit apl's
Hebꝛe. v. Miſſus aūt venit in
ſychem. i. ad laboꝛē coꝛpis ⁊ ḡuē
obſeruātiā legis. Circūciſus eñ
fuit. ⁊ ī irl'm ad feſta aſcēdit. Uir
aūt q̇dā. ſ. iohēs baptiſta inuenit
eū errātē. i. errātes q̄rētē ⁊ erranti
bus ſilēm. nō q̇dē in culpa: ſed in
pena. Inuenit eum dico in agro
ſcilꝫ in iudaico populo. q̇ reſpcū
gentilitatis ager dicitur. cuꝫ illa

per deſertū figuref. Et ille reſpō-
dit dicenti. Fratres meos q̄ro ⁊c̄.
ſicut p̄us. Receſſerūt de ſychem
⁊ iuerūt in dothaym. Uere tēpo-
re Johānis qui ante xp̄m vēit re-
ceſſerāt iudei. ⁊ maxime maiores
de ſychem. id eſt de vera obſeruā
tia legis. ⁊ venerāt in dothaym.
id eſt in oēm defectum virtutum
et gratie. Propter q̄d Johānes
vocabat eos genimina viperarū.
Interp̄taf eni dothaym ſufficiēs
defectus. Sed quid. xp̄m volen-
tē eos ab iſta defectōe verbis ⁊ ex
emplis reducere ſtatim cogitaue
runt interficere. ⁊ ſicut cogitaue
runt ita ſmone dixerūt. Expedit
vobis dixit Cayphas: vt vn⁹ mo
riatur homo. Ut aūt poſſent ſe d̄
morte ſua excuſare: fecerūt hoc fi-
eri per gētiles. ſcꝫ Pilatū et mili
tes ſuos. Uñ ⁊ dixerūt. dicemus
q̄ fera peſſima. id eſt pilatus de-
uorauit euꝫ. Ruben aūt. i. Pila-
tus volens eū eripe. di. quid eniꝫ
mali fecit. Nullā cauſam mortꝭ
inuenio in ip̄o. ſꝫ nō valuit. Con
ſilio nāqꝫ Jude p̄ditoris per illū
aliū iudam q̄ītum ad h̄ figurati
venditus fuit triginta argenteis
ſicut etiā Joſeph ſm lr̄am com-
munē. ⁊ fuit venditus hyſmahe-
litis. id eſt iudeis. q̄ magis vide
banf per yſmahel q̄ꝫ per yſaac de
Abraham deſcendiſſe. Et ſic Jo-
ſeph nō fuit mortuus: ſed ei⁹ tu-
nica fuit ſanguine tincta. ita xp̄i
diuinitas nō fuit leſa: ſed ei⁹ tuni
ca. id eſt humanitas ſanguine fu
it rubricata. quā vt vidit de⁹ pa-
ter in aſcenſiōe: dixit. Fera peſſi-
ma ⁊c̄. Et ſic Joſeph fuit in egy-
ptum deductus. ſic ⁊ xp̄s p̄ apo
ſtolos gentilitati p̄dicatus. Et ſi
cut Joſeph in egypto fuit incar-
ceratus ⁊ in vinculis ꝯiectus: ſic
⁊ xp̄s fuit in apoſtolis ⁊ aliꝭs fid e
lib⁹ inter gentes multipliciter af-
flictus. Uñ ſicut Joſeph cū i egy
pto q̄s eſſet fuit agnitus: fuit ho
noratus multipl'r. ⁊ ibi tam egy
ptiorꝫ q̄ꝫ hebreorꝫ dn̄s factus. q̄
bus omnib⁹ alimēta miniſtrauit
ſic ⁊ xp̄s cum fuit inter gentes a-
gnitus dei filius: fuit honoratus
multipl'r. ip̄mqꝫ tam gentiles q̄ꝫ
iudei ex quib⁹ collecta eſt eccleſia
pro dn̄o ꝓfeſſi fuerūt. Et ſic fra-
tres ioſeph in egypto multa per-
peſſi fuerūt ꝓpter crimē cōmiſſū
in ioſeph. in tm̄ vt dicerēt. Meri
to hec patimur ⁊c̄. Et Ruben di
xit. Nunq̄d nō dixi vobis nolite
peccare in puerū. ⁊ ſequitur. En
ſanguis eius exquirif. ſic ⁊ iudei
ꝓpter crimē cōmiſſum in chriſtū
multa paſſi ſunt inter gētiles. vē
diti ſunt per eos. ſic vt dicitur q̄
triginta pro vno denario daban
tur. ⁊ adhuc patiunf. vt plane vi
deaf impletū q̄d ip̄i pilato dixerſt
Sanguis eius ſup nos ⁊ ſup fi-
lios noſtros. xp̄s vero dn̄s om̄i-
bus q̄ītum de ſe eſt ſalutis cibuꝫ
diſpenſat. Patet aūt cōcordia
inter ep̄l'am ⁊ euāgeliū quod inci
pit. Homo quidam p̄rfamilias
plantauit vineā ⁊c̄. ſcribif Mat

thei. xxj. In ep̄l'a em̄ ĩ figura xp̄i d: ioſeph legit̄ quomō fratres ſui inuidebant ei quomō cogitauer̄t eum interficere. ⁊ ſic verbis dixerunt. ⁊ poſtea venditū q̄ʒtū in eis fuit extra terrā ſuam occiderunt In euāgelio vero de eodē chriſto parabolice dicitur. ꝙ ſerui patriſ familias. id eſt iudei q̄ potiꝰ fuerunt ſerui dei q̄ʒ filij. quibꝫ vineā ſuam. i. ſynagogā locauerat. Uinea em̄ dn̄i domus iſrael eſt. dic̄ ꝓpheta. ꝑus afflictis ⁊ interfectiſ in ip̄a vinea multis ſeruis eiꝰ ac filijs fideliſſimis. i. ꝓphetis ⁊ ſanctis hominibꝫ. vltimo ip̄m filiuʒ videlʒ xp̄m naturalē p̄ris ⁊ heredem vniuerſalē extra ꝑncipalem partē vinee. i. extra portā ieruſalem occiderūt. ꝓpter qđ ip̄e deus pater. ſic̄ dicit euāgeliū. iſtos iudeos malos ꝑ romanos male ꝑdidit. ⁊ vineā ſuā. i. eccleſiā ꝑ ſynagogā figuratā alijs tradidit agricolis. i. gentibꝫ ad fidem chriſti ↄuerſis. que meliꝰ reddiderūt deo fructū iuſticie q̄ʒ iudei. Placeat ei ꝙ nos ſic reddamꝰ ei fructū iuſticie: vt tandē fructū gl'ie ꝑcipere mereamur. Qđ nob con cedat. ⁊c̄.

## Sabbato poſt remiſcere

IN diebus illis. Dixit Rebecca filio ſuo Jacob Gen̄. xxvij. R Oſtēſum fuit heri in ioſeph ꝙ veruʒ ē verbū qđ eccl'ia recitauit q̄nta p̄cedēti feria. ſ. bn̄dictus vir q̄ ↄfidit in dn̄o. H ideʒ oſtēdit hodie in Jacob filio yſaac q̄ ↄfidēs in dn̄o diuinā bn̄dictionē meruit q̄ fuit ꝑuatꝰ Eſau ſanguineꝰ ⁊ carnalis. in carne em̄ et ſanguine ⁊ nō in dn̄o ↄfidebat

Ad pleniorē aūt huiꝰ lectōnis euidentiā aliq̄ ſūt p̄mittēda. Primū ē ꝙ yſaac de q̄ hic agit̄ fuit filius Abrahā filij Thare. quē genuit in terra chanaan: cū eſſʒ centū annoꝝ de vxore ſterili ⁊ nonagenaria. ſ. de Saray ſorore Loth et Melche vxorꝫ Nachor. q̄ Saray alio noīe vocata fuit ieſcha filia Aram p̄mogeniti Thare. et fratris Nachor ⁊ Abrahe. Secūdū ē ꝙ iſtū yſaac (ſc̄m mādatum dn̄i ei factū de circūciſiōe) circūcidit abrahā octaua die poſt ſuā ntitateʒ. in q̄ de xp̄o ⁊ hereditate tꝑali ⁊ ſpūali repromiſſio facta erat. Tertiū ꝙ Abrahā obediēs impio dn̄i voluit occidere ⁊ immolare dn̄o yſaac. cū eſſet. 25. annoꝝ. ſʒ poſtmodū diſpēſante domino. poſtq̄ʒ ꝓbauerat ſancti viri obedientiā nō fuit occiſus yſaac: ſʒ fuit ꝓ ip̄o aries imolatꝰ. Quartū eſt ꝙ ille yſaac cū eſſet q̄drage nariꝰ poſt mortē m̄ris ſue duxit vxorē de meſopotamia ſyrie Rebeccā ſororē Laban filiā Bathuelis filij Nachor fratrꝫ Abrahe. et filiā etiā Melche ſororꝫ Saray. Quītū ē ꝙ iſta rebecca an̄q̄ʒ ꝓleʒ cōcipet ſtetit cū viro. xx. ānis. yſaac v̄bo q̄ audiuerat a p̄re ſuo ꝙ in ip̄o erat repmiſſio facta đ xp̄o: ro

gauit dñm ꝓ ea: q̄ ꝑcib⁹ ei⁹ ↄcepit
geminos. vt oſtēderet ꝙ ſctoꝝ ꝑ
cib⁹ iuuat ⁊ ĩplet diũa ꝑdeſtina-
tio. vt dic̄ Grego. in h̄ loco. Sex-
tū ē ꝙ iſti gemelli iā ↄcepti ꝑ di-
uinā volūtatē viciſſim mouebant
⁊ q̄ſi luctabant. cū mulier eſſet iā
vicina partui. qđ fecit dñs vt mō
ſtraret in nōdū natis qđ futuruꝫ
erat in adultis. ꝓmogenitā. ſ. q̄m
vn⁹ habuit ꝑ naturā: alteri ceſſiſ
ſe ꝑ grām. Mōſtrabat etiā ĩ iſta
lucta futura diſſenſio in poſteris
eoꝝ. Dic̄ aūt mgr̄ ĩ hiſtoria ꝙ cre
dit tūc iacob ſctificat⁹ in vtero. ⁊
in h̄ motu fuiſſe ꝑfiguratū. ꝙ nō
eſt ↄſenſus xp̄i ad belial. Septi-
mū ē ꝙ rebecca ꝓpter iſtā luctā ge
mioꝝ ĩ anguſto ſui vteri nollet cō
cepiſſe. ⁊ deſpans de ꝑtu iuit ad
ↄſulēdū dñm. Quo āt iuerit et ꝑ
quē modū ac ꝑ q̄s deū ↄſuluerit:
nō legit. q꞉ nec adhuc aliq̄d de h̄
erat inſtitutū. Forſan iuit dic̄ ma
giſter ad mōtē moria vbi abraaꝫ
altare edificauerat. vł Melchiſe
dech quē hebrei tradūt fuiſſe ſem
filiū noe. Qđ aūt hoꝝ fuerit ne-
ſcit. accepit tñ r̄nſū a dño dicente
ſibi ſic. Due gētes ſūt ĩ vtero tuo
.i. duo frēs ꝑres duaꝝ gētiū iſra
helitaꝝ. ſ. ⁊ ydumeoꝝ. q̄ diuidēt
a ſe inuicē. ⁊ pugn̄būt ĩter ſe. ma-
ioꝛ tñ ſuiet mioꝛi. qđ ñ fuit ĩple-
tū ĩ iſtis ꝑuul. niſi vellem⁹ dice-
re. vt ait mgr̄. ꝙ ſuuit ei ipm ꝑ-
ſeq̄ndo. q꞉ fuit ei exercēde ꝟtutis
materia. ſic̄ ſeruit lima ferro. for-
nax auro. ⁊ flagellū g̃no. ſꝫ fuit ĩ-
pletū ĩ poſterꝫ eoꝝ. nā ydūei fui-
ſſet iſraelitꝫ. vt hr̄. ĩĩ. re. viĩĩ. Octa
uū ē cū yſaac eēt ſexagenari⁹. ⁊ ab
raā adhuc viueret. q̄ ēt poſtea vi-
xit. xv. ānis nati ſūt iſti ꝑuuli ⁊ q̄
egreſſ⁹ ꝓus fuerat đ vtero: fuit ru
fus ⁊ ĩ modū pellꝭ tot⁹ hyſpidus
⁊ ob h̄ dict⁹ ē ſeyr. Hebrei cm̄ di-
cūt ſeirō capillaturā. ꝓprio āt noĩe
vocat⁹ ē eſau. i. fortꝫ. Protin⁹ aūt
alter egrediēſ tenebat plātā fratrꝫ
ſui. q. volēſ eū a ꝑmogeīta retrahe
q̄ ſibi debebat ex diũa ordinatōe.
et ob h̄ vocat⁹ ē iacob. i. ſupplāta
toꝛ. L ix. .ē ꝙ cū creuiſſent pueri
fact⁹ ē eſau venatoꝛ ⁊ agricola. et
iacob paſtoꝛ. q̄ ĩ tabnaculꝭ habi-
tabat. yſaac āt diligebat eſau. tūꝫ
q꞉ de iure ⁊ de facto credebat euꝫ
eē ꝓmogenitū. tū ēt q꞉ đ ſua vena
tiōe freq̄nter cōedebat. Sꝫ mr̄ di
ligebat iacob. tū q꞉ ſimplex erat.
tū q꞉ ſciebat eū de iure ꝓmogeni-
tū. Audiuerat eĩ a dño maioꝛ fui
ei mĩoꝛi. Decimū ē ꝙ q̄dā die cū
iacob pulm̄tū coxiſſꝫ de lēticlꝭs:
⁊ vēiret eſau laſſ⁹ de agro: dixit ei
da mihi de iſta coctōe rufa. q꞉ opĩ
do. i. vehemēter laſſ⁹ ſū. q. d. mul
tū eſurio ⁊ ꝑ laſſitudīe ñ poſſum
ꝑare pulm̄tū. tūc iacob ait. Uēde
mihi ꝓmogeīta tua. i. ius ꝑmogeĩ
ture. Eſau vero ꝑuipēdēs ꝑmogenĩ
ta: credēs moꝛi niſi ſtatĩ cōederet
vēdidit ea. ⁊ ſe ratā vēditōeꝫ hitu
rā iuramēto firmauit. ⁊ q꞉ lēticlꝭa
fulua ē. ⁊ hebraice edom fuluū dr̄
iō ex tūc vocat⁹ fuit edoꝫ. a q̄ p⁹ ca
dēa ē regia ydumea. Undeci. ē ꝙ

omnes ꝑmogeniti vſqꝫ ad aaron
habuerūt quaſdaꝫ dignitates p̄
aliijs filijs. ſcꝫ duplam portionē
in hereditate ⁊ in ferculis ſeu ci-
bis. ⁊ iſta erāt ꝑncipalia ī iſto iu-
re. Ipi etiā offerebāt ſacrificia. et
benedicebāt in ſolennitatibꝫ ⁊ cō
uiuijs. ⁊ habebant veſtē ſpēalem
quaſi ſacerdotalē. qua tm̄ indue
banť in offerēdis ſacrificijs. ⁊ re-
cepturi finalē benedictōeꝫ a pr̄e.
Et iſta erāt ānexa huic iuri. Sꝫ
quid: nunqd peccauit iacob emē
do iſtud ius in quo erat aliqd ſpi
rituale. ſ. offerre ſacrificia ⁊ bene
dicere. Dōm ꝙ emit ꝑncipale in
iſto iure. quod erat tꝑale. ſcꝫ ha-
bere dn̄ium ſuꝑ frēm ⁊ duplā por
tōnē: nō emit aūt annexū qđ erat
ſpūale. ⁊ ita nō peccauit. ſicut nō
peccat iſte qui emit aliquā poſſeſ
ſionē vbi eſt annexū ius pr̄onatꝰ
Sed nunqd multū defraudauit
Eſau ꝓ modico p̄cio ei ſurripiēſ
tantā benedictōem ſiue dignita-
tē. Dōm ꝙ Jacob loqndo ꝓprie
nō emit nouiter iſtud ius: ſꝫ ipm
redemit. Quāuis em̄ Eſau ipm
de facto poſſideret. ſibi tn̄ de iu-
re debebať ex diuina electione. de
quo ipe certificatus erat ex verb
matris. Sed qd ſaltim videť fe-
ciſſe ꝯtra caritatē. Cū em̄ dice. e-
ſau. En morior: debuit ſibi dare
gratis. Rn̄deo nō debebat. id eſt
nō teneba. ex quo de facto habe
bat Eſau de quo poterat ab eo e-
mere pulmentū. ſcꝫ ius ꝑmogeni
ture. ⁊ p̄terea. vt dictū eſt. nō fuit
emptio: ſed iuris redemptio. ⁊ p̄
terea Eſau non dixit. en morior
fame. id eſt neceſſitate nature: ſed
vicio gule. Duodeci. eſt ꝙ yſaac
factus ſenex ⁊ caligans ocul: ſen
tienſqꝫ ſe aꝓpinquare morti:
voluit ꝯfirmare ius ꝑmogenitu
re per ſolennē benedictōem Eſau
quē ſciebat de facto ⁊ credebat đ
iure ꝑmogenitū eſſe. ⁊ dixit ei ꝙ
egredereť ad venationē. ⁊ pararꝫ
ei cibū. vt poſtea benedicerꝫ ei ſo
lenniter anteqꝫ morereť. Rebec-
ca aūt hoc audiēs vocauit Jacob
de quo ſciebat ꝙ erat de iure pri
mogenitus. ⁊ ꝙ ei debebať de iu
re pr̄na benedictio. ⁊ dixit ei il-
lud qđ ꝯtineť in ꝑncipio huiꝰ le-
ctionis. ꝓpter quod factū fuit ꝙ
ſupplantato Eſau: Jacob fuit a
patre benedictꝰ. Cuius qdeꝫ be-
nedictionis ſeriem ꝯtinet lectio
iſta. M Circa quā Moy-
ſes tria tangit. Primo em̄ ponit
antecedētia ad benedictōem. Se
cundo ponit ipam benedictōem
ibi [det tibi deus] Tertio conſe-
quētia ipam benedictōnem. ibi.
[vix yſaac] Antecedentia aūt iſtā
benedictionē fuerūt multa. ſ. Re
becce ꝯſultatio. Jacob excuſatio
Rebecce replicatio. Jacob execu
tio. Ciboꝝ p̄paratio. Indumen
toꝝ appoſitio. Preꝑatoꝝ oblatō
yſaac inquiſitio. Jacob reſpon-
ſio. yſaac ꝑcunctatio. Senis re-
fectio. Et filij deoſculatio. Odo
ris ꝑceptio. Magne laudis exp̄ſ
ſio. Propter ꝑmū ꝑmittit eccl'ia

[In dieb⁹ illis] ſcꝫ qñ yſaac mlꝉ
tũ ſenuerat: ⁊ putabat ſe cito mo
riturũ. tñ poſtea vixit q̄ſi ꝑ. xl. an
nos. ſ. xx. annos q̇bus iacob fu-
it in ſyria. ⁊ aliis duodecim poſt
q̄ꝫ iacob redierat Forſan erat tũc
centũ. xl. annoꝝ. Totũ enĩ ſpaci
um vite ſue fuit centũ. lxxx. ãno-
rũ. Geñ. xxxv. ⁊ qñ vocauerat e-
ſau: qui iã quadragenari⁹ duxe-
rat vxores alienigenas. videlicꝫ
chananeas. q̄ anios offenderant
patris ⁊ mr̄is: dixerat ſibi vt ad
venandũ egrederet̄. ⁊ pararet ſi-
bi pulmentũ. vt ſumpto cibo be
nediceret eũ ſolenniter ⁊ confir
maret ei ius ꝓmogeniture. q̄ꝫuiſ
enim eſſet ꝓpheta: nondũ tñ reue
latũ fuerat ꝙ iacob eēt ꝓmogeni
tus de iure. qȯ tñ matri ſue iam
fuerat reuelatũ. [In diebus in-
quã: illis dixit rebecca filio ſuo
iacob. Audiui patrẽ tuũ loquẽ-
tem cũ eſau fratre tuo ⁊ dicentẽ
ei. Affer mihi de venatione tua]
Erat aũt eſau vir gnarus venã-
di. ⁊ homo agricola. ⁊ pr̄ ideo di
ligebat eũ. q⁊ ſepe de ſua venati
one comedebat. Nota ꝙ ſicut
dicit quoddã capitulũ in decre-
tis. Nuſq̄ꝫ legit̄ ꝙ aliquis vena-
tor fuerit ſanctus. Et ſi obiiciat̄
de ſctȯ euſtachio. Gloſa dicit ꝙ
nȯ fuit ſanctus qñ venator fuit.
Sequit̄. [⁊ fac cibos vt comedã
⁊ benedicã tibi corã dño]. i. bñ-
dicens ſolẽniter ꝯfirmẽ tibi ius
ꝓmogeniture. [anteq̄ꝫ moriar].
Tunc tꝑis ꝓmogenitis q̇ habe-
bant ius ꝓmogeniture ex diuina
ordinatione. ſm quã pri⁹ naſce-
bantur. ꝯfirmabatur idem ꝑ ſo-
lennem benedictionẽ: quã recipi
ebant a patre morituro. [Nũc er
go fili mi acq̇eſce ꝯſiliis meis: et
ꝑgens ad gregeꝫ]. Erat enĩ pa-
ſtor. Geñ. xxv. ⁊ noluit mater vt
ipſa ꝑſonaliter iret: vt eſſet nego
cium magis ſecretũ [Affer mihi
duos hedos optimos vt faciam
eſcas pr̄i tuo q̇bus libenter veſci
tur. Sed nunq̇d ſufficiebat vn⁹
quare inquit duos. Dicendũ ꝙ
ideo duos voluit afferri: vt eſſet
ſufficiens refectio ſenis. vel for-
ſan vt vnus eſſet lixus: ⁊ alter aſ
ſatus. Item q⁊ diues erat ⁊ ĩ pe
coribꝫ habũdabat. Vel dic ꝙ fa
ctum fuit ꝯſilio ſpũſſctĩ ꝓpter fi-
guram. vt edi duo ſignificẽt duo
p̄cepta caritatis vel duos ꝓplˀos
ex q̇bꝫ collecta ẽ eccl'ia. q̄ oĩa mul
tum placent deo. Sequit̄ [quas
cũ intuleris ⁊ comederit benedi
cat tibi priuſq̄ꝫ moriat̄. i. vt bñdi
ctio ꝯfirmet tibi ꝓmogenituraꝫ
que debet̄ tibi ex diuina gr̄a ⁊ e-
lectiȯe. Ecce primũ. ſ. rebecce cȯ-
ſultatio. Deinde ponit̄ ſcðm. ſcꝫ
iacob excuſatio. ibi. [Cui ille re-
ſpondit. Noſti ꝙ eſau frater me
us homo piloſus ſit] Erat eĩ in
modũ pellis totus hyſpid⁹. Ge-
neſis. xxv: [Et ego lenis. Si at-
trectauerit] me pater me⁹. i. tan
gendo me palpauerit. [⁊ ſenſerit
timeo ne puter me ſibi voluiſſe il
ludere: ⁊ inducat ſuꝑ me male-

dictionē ꝑ bñdictōe. Cōseqn
ter ſubiungit̃ tertiū. i. rebecce re-
plicatio. [Ad quē mr̃: In me ſit
ſit illa maledictio fili mi]. Pu-
to ꝙ erat certificata diuinit⁹ ꝙ ꝑ
iſtū modū iacob obtineret bñdi-
ctionē paternā. ⁊ iō audacter di-
xit [in me ſit illa maledictio: tm̄
audi vocē meā: ⁊ ꝑgens affer q̄
dixi] ¶ Subdit̃ q̈rtū. ſ. Ja
cob executio. [abijt ⁊ attulit de-
ditqꝫ mr̄i ſue]. deinde ponit̃ q̄n-
tum. ſ. ciboꝝ ꝑparatio. [parauit il
la cibos ſicut velle nouerat p̄rē
illi⁹]. Forte vnū aſſatū. ⁊ alterū
lixum. Seq̄t̃. Sextū. ſ. indumē-
torū appoſitio. Induit eni corp⁹
iacob veſtib⁹ eſau. collū aūt ⁊ ma
nus edoꝝ texit pellicul̃. vt pilo-
ſus ſit̃ eſau credere. vn̄ d̄r [Et
veſtib⁹ eſau valde bonis q̄s apd̄
ſe hēbat domi] ſupp̄. rebecca [in-
duit eū. Iſte veſtes ſ͂ʒ Jero. erāt
ſacerdotales. q̇b⁹ vſi fuerūt oēs
ꝓmogeniti vſqꝫ ad aaron: certis
dieb⁹: ⁊ certis cauſis. ſ. qn̄ debe-
bant offerre ſacrificia: ⁊ a p̄re ſo-
lenniter bñdici. Iſtas tanq̄ꝫ ſa-
cras ſeruabat rebecca. nō vxores
eſau alienigene: qui ignorabant
cultū dei. [pelliculaſqꝫ hedoꝝ
circūdedit manib⁹] forſan tranſ
formatas in figurā cyrothece [⁊
colli nuda ꝓtexit]. Poſtea ſub-
dit̃ ſeptimū ſcʒ ꝑparatoꝝ oblatio
[deditqꝫ] ſup. rebecca [pulmen
tū] iacob ſup. [⁊ panes q̄s coxe
rat tradidit. Quib⁹ illat] ſup.
corā p̄re. [dixit]. ſ. iacob. [pater
mi] Addit̃ octauū. ſ. yſaac inqui-
ſitio. ſcʒ de ꝑſona filij. ⁊ feſtina ꝑ
paratione cibi. ⁊ ad vtrūqꝫ iacob
rñſio: q̄d eſt nonū. Dicit̃ ḡ [At il
le rñdit. Audio. Quis es tu fili
mi. At ille rñdit. Ego ſum eſau
ꝓmogenit⁹ tuus. feci ſicut ꝑcepi
ſti mihi Surge: ſede] Jacebat eī
in lecto ꝓpter ſenectutē. [⁊ come
de de venatione mea: vt bñdicat
mihi aīa tua] Sed q̄d. Nūquid
fuit mentitus iacob. d. ſe eē eſau
Dicendū ꝙ excuſat̃ iacob ꝓpter
iuſſionē mulieris. Mulier vero
excuſat̃ ꝓpter familiare ꝯſiliū. ſſ.
Vel dicendū ꝙ ſicut xp̄s nō fu
it mentit⁹ dicens de iohe Mat.
xj. Ipſe eſt helyas. q̄r nō loq̄bat̃
de ꝑſona helye de qua dixit idē
iohānes. Nō ſum helyas Joh. j.
ſed tm̄ de officio. Unde ſil̃ erant
vere iſte ꝓpoſitiōes. nō ſum hely-
as. ſup. in ꝑſona. ⁊ ip̄e eſt helyas
ſupple ꝓpter officiū. Ita iacob nō
fuit mentit⁹ qn̄ dixit ſe eſſe eſau.
q̄r nō loq̄bat̃ de ꝑſona eſau: ſʒ de
dignitate ꝓmogeniture. tanq̄ꝫ ſi
diceret. Ego ſum ille cui debet̃ ꝓ
mogenitura ex diuīa electiōe. ⁊ ē
mea emptione. quā tñ eſau poſſi
det de facto. Et ſicut in veteri te
ſtamento angel⁹. d. Ego ſuʒ do-
min⁹ de⁹. nō mentiebat̃. q̄r nō di
xit ſe eſſe ꝑſonā dei: ſed ſoluʒ ge-
rentē vicē dei. Sic ⁊ hic non fuit
mentit⁹: qn̄ dixit. Comede d̄ ve
natione mea. largo ini modo lo-
quendi vocat edos venationeʒ. ⁊
forte cū canib⁹ cepat eos. Sequi

tur.⌊Rurſuſqꝫ yſaac ad filiū ſu-
um. Quō inquit tā cito inueni-
re potuiſti fili mi. Qui reſpōdit
Uolūtas dei fuit vt cito mihi oc
curreret qđ volebā⌋Conſeq̄nter
ſubiūgit decimū.ſ.yſaac ſtudio-
ſa ꝑcunctatio. Fuit enī ꝑſcruta-
tus:⁊ manu palpans:⁊ ꝟbo in-
terrogans. vñ đr.⌊dixitqꝫ yſaac:
Accede huc vt tangā te fili mi. et
ꝓbem verū ſis filiꝰ meꝰ eſau. an
nō⌋Dubitabat enī ꝙ nō eēt eſau
ꝓpter vocē iacob quaꝫ audiebat.
⌊Acceſſit iſte ad patrē:⁊ palpato
eo dixit yſaac. Uox q̇dem vox ia-
cob ē:ſed manꝰ: manꝰ ſūt eſau. ⁊
nō cognouit eū. q2 piloſe manuſ
ſimilitudinem maioris⌋.i.eſau
⌊exp̄ſſerāt⌋In oībus enī alijs ſi
miles erant tanq̄ꝫ gemelli p̄ter-
q̄ꝫ in lenitate ⁊ piloſitate⌊Bene-
dicens ergo illi⌋.i.parans ſe ad
benedictionē.⌊Ait Tu es filius
meꝰ eſau:⌊R̄ndit: ego ſum.

D Sequit᷑ vndecimū.ſ.ſenis
refectio:⁊ filij deoſculatio. vñ di
cit᷑.⌊At ille ſcꝫ yſaac. Affer mihi
de venatiōe tua fili mi vt benedi
cat tibi aīa mea. Quos cū obla-
tos comediſſet: obtulit ei etiaꝫ et
viuum. Quo hauſto: dixit ad eū
Accede ⁊ da mihi oſculum fili
mi⌋in ſignū ꝙ plus te diligo q̄ꝫ
fratrem tuum. ⁊ heredem princi
palem te cōſtituere volo.⌊Et ac-
ceſſit ⁊ oſculatꝰ eſt eum⌋. Sequi
tur duodecimū.ſ.nimij odoꝛ ꝑ-
ceptio: ⁊ magne laudis expꝛeſſio
vñ ait⌊Statiqꝫ vt ſenſit veſtimē
toꝛū eiꝰ fragrantiā: bñdicens ait
Ecce odoꝛ filij mei ſicut odoꝛ a-
gri pleni: cui bñdixit dñs⌋. Sed
vñ venit tantꝰ odoꝛ. Dicendū ꝙ
ille veſtes fuerāt cū ſpeciebꝫ aro-
maticis repoſite. Uel dicēdū ꝙ
ille odoꝛ fuit miraculoſe pꝛodu
ctus. q2 yſaac nō fuit locutus de
odoꝛe aromatico: ſꝫ de odoꝛe a-
gri. ⁊ qm̄ yſaac erat cultoꝛ agro-
ruꝫ. ip̄mqꝫ delectabat odoꝛ agri
pleni. q̇ ſpirat multos odoꝛes. iō
talē odoꝛē foꝛte ꝓduxit deꝰ. Be-
nedixit g̊ yſaac iacob. nō tñ intē-
dens ip̄m bñdicere. ⁊ tñ fuit be-
nedictus. ſicut clericꝰ quē nō in-
tendit ep̄s oꝛdinare: ⁊ tñ oꝛdina
tur. Iſta tñ bñdictio nō fuit yſa-
ac: ſed fuit dei. Uñ yſaac in illa
benedictione fuit ſolū inſtrumē-
tum diuine bonitatis. Sed mi-
rū eſt ꝙ nō cognouit ip̄m. Dicen
dum aūt ꝙ ꝓpter piloſitatem ma
nuum ⁊ fragrantiā veſtiuꝫ. ⁊ q2
in alijs preterq̄ꝫ in voce erat eſau
ſimillimus tāq̄ꝫ gemellus. ideo
non cognouit euꝫ. Et ſi dicas ꝙ
pꝛopheta erat. ⁊ in benedicendo
pꝛophetauit. Dico ꝙ pꝛophetis
non ſemper reuelantur omīa: ſed
quedam eis reuelantur. Unde
reuelatum fuit yſaac illud quod
futurum erat.ſ.benedctio ꝑ euꝫ
⁊ tamen celatum fuit illud quod
erat de pꝛeſenti. ſcilicet ipſum eſ
ſe Jacob. ⁊ quod erat de pꝛeteri-
to. ſcꝫ qđ dixerat ⁊ fecerat r̄becca
Dicēdū etiam ꝙ fuit figura pul
cherrima. ſm̄ Grego. de xp̄o. de

quo ſynagoga multa in futuꝝ ꝓ
dixit magnifica. quẽ tñ in pñſen-
ti poſita nõ agnouit. Eſt etiam
pulcherrima figura de ſacrõ al-
taris. ſicut enĩ omẽs ſenſus yſa-
ac fuerũt decepti in iſto facto. ex-
cepto auditu. qui ꝑcepit vocẽ ia-
cob. Credebat enĩ ipſe ꝑ viſum
apprehendere eſau: ⁊ iacob appꝛ-
hendebat. Item ꝑ iuſtũ ꝑcipere
saporẽ venationis. ⁊ apphendit
saporẽ hedorũ. Itez in tactu pu
tabat palpare man⁹ eſau piloſaſ
⁊ tñ palpabat pelliculas hedoꝝ.
Item odorare fragrantiam veſti
mentoꝝ: ⁊ odorabat fragrãtiã a-
gri pleni. Sic et in ſacrõ altaris
oẽs ſenſus hoĩs deluduntᷣ ꝑter
auditũ fidei. Nam videtᷣ homi-
ni ꝙ videat ꝙ odoret ꝙ tangat
ꝙ guſtet panẽ. ⁊ tñ nõ eſt ibi pa-
nis. Solus aũt audit⁹ fidei: qui
verbũ illud ꝑcipit. hoc eſt enim
corp⁹ meũ. veritatẽ dicit. ¶

Sz adhuc q̃ritur. quare yſa-
ac voluit poſt cibũ benedicere fi-
lium. Non enĩ videtᷣ honeſtũ fu-
iſſe. Dicendũ ꝙ ꝑ iſtã benedicti-
onem ꝯfirmabatᷣ ꝓmogenitura.
que habebat aliq̇d ꝑtinẽs ad cul
tum dei. Nunc aũt cult⁹ dei cre
uit inter homĩes ſucceſſiue. Vñ
abraam quantũ ad hoc bñdixit
yſaac abſq; omni ſolennitate: qñ
dedit yſaac q̄ poſſidebat ⁊ filijs
ꝯcubinarũ largit⁹ eſt munera. ⁊
ſepauit eos ab yſaac filio ſuo Ge
neſ. xxv. Iſaac aũt benedixit fi-
lio ſuo cũ ſolennitate: nõ tñ cum
omĩ honeſtate. q: poſt cibuz. ſicᷣ
habetᷣ hic. Jacob vero benedixit
ioſeph in filijs ſuis cũ ſolennita-
te ⁊ honeſtate. Geñ. xlviij. Eſt ẽt
factũ illud figura pulcra de xp̃o
q̇ poſt cenã magnificam benedi-
xit apl̃is. ip̃oſq; fecit ſacerdotes

Myſtice autez eſau ſignificat
diabolũ: ⁊ iacob xp̃m. Eſau po-
pulũ iudeorum. ⁊ iacob populũ
xp̃ianũ. Eſau hoĩem carnalem ⁊
mundanũ. Jacob autẽ hominẽ
ſpiritualẽ ⁊ ſctm̃. Et qm̃ ſic inter
eſau ⁊ iacob fuit ſemꝑ lucta ⁊ pu
gna ꝯtinuiſſima. Jacob tñ ſꝑ ſup-
plantauit eſau. ſic ſemꝑ eſt pu-
gna inter xp̃m ⁊ diabolum. inter
xp̃ianũ ꝑplm ⁊ iudaicũ. inter ho
minem ſpiritualẽ ⁊ mundanuz:
ſemꝑ tñ xp̃s ſupplantat diabolũ
⁊ xp̃ian⁹ ꝑplm iudaicuz. ſpũalis
homo mundanum. Sciẽduz
autem ꝙ ad hoc ꝙ hõ mereatur
diuinã benedictiõem req̇ritur ꝙ
ad inſtar iacob qui yſaac decepit
taliter viuat vt quodã modo lo
quendi deũ decipiat: vt ſcz ip̃m
nõ agnoſcat eſſe pctõrem: nec di
gnum pena ſicut ante: ſed ſua be
nedictiõe. ad qḋ preexigitᷣ vt ma
tri ſue. i. eccleſie in oĩb; obediat.
ſicut iacob obediuit rebecce. De
bent enĩ homĩes facere que pre-
lati dicunt ⁊ cõſulunt: q̃uis non
ſꝑ facere que faciũt Matt. xxiij.
Vt etiã veſtib; valde bonis: ſ. v-
tutum ſe induãt: ſicut iacob fuit
indutus veſtib; valde bonis. ſcz
virtutũ. Dicitᷣ enĩ cuilibz Ruth

ij. p figurã. Lauare ⁊ vngere ⁊ induere cultiorib⁹ veſtimẽtis. vt etiam p vocẽ vere cõfeſſionis ſe eſſe ſupplantatorẽ diaboli oñdat vt dicat ei deus. Uox quidem vox iacob eſt. i. ſupplãtatoris. Tale vocem vult audire de⁹. vñ dic̄ ſpõſe Cañ. viij. Fac me audire vocẽ tuam. Ut etiã man⁹ ſuas. i. bõa opera ſua pelliculis. id ē humilitate ⁊ aſperitate vere pnĩe coopiat. vt dicat de⁹: manus ſunt Eſau. id ē piloſe ⁊ hyſpide. Johãnes em̄ q fuit humillim⁹ ⁊ abſtinẽtiſſimus fuit veſtitus d pilis camelorum. Mat. iij. Ut ēt cibũ quez mater ſua ſctã eccleſia ꝯficit. i. ſacramẽtũ eucharistie deo p fidẽ ⁊ deuotiõẽ offerat. j. Pe. ij. Monemur offerre deo ſpũales hoſtias acceptabiles deo. Uel ſic. Ut cibum ſuũ corpalez in paupib⁹ p elemoſinam deo tribuat. qui em̄ paſcit eſurientẽ: deũ ī ipo reficit Mat. xxv. Ut ēt p verã pniaz a do oſculum. i. pfectã reconciliationẽ obtineat. vt dicat q yſaac. i. chriſt⁹ oſculat⁹ eſt iacob. i. penitentẽ. Luce. xv. dicit q pr oſculat⁹ eſt filiũ prodigũ reuertentẽ. Unde ēt de⁹ tangendo ipm. i. pbando per flagella: ipm eſſe ſuũ verũ filiũ ī va ipi⁹ patientia rcognoſcat. vt poſſit dicere cũ iob. quẽ manus dñi fortiter tetigit. ⁊ tangendo recognouit. Ipe de⁹ ſcit viã meã. ⁊ probauit me q̄ſi auꝝ. qd p ignẽ tranſit. Job. xxiij. Ut ēt odore ſanctitatis ⁊ bone fame totũ mundũ reſpergat. vt ſic de ipo dicat deus. Ecce odor filij mei: ſic odor agri pleni. ſ. iuſticie fructib⁹. Et ipſemet dicat cũ aplo. ij. ad Corinth. ij. Chriſti bon⁹ odor ſum⁹. Reuera ad illa oĩa ſeqt bñdictio diuina. vnde ſtatim de tali dic̄ de⁹. Bñdixitq3 ei ⁊ erit bñdict⁹.

Conſeqnter ponit ſecunda ps pncipalis pñtis lcõnis. vbi tangitur bñdictio. Circa qd ſciendum pmo q ſic nũc hoies qñ ſunt ppinqui morti ꝯdunt teſtamentũ. diuidũt bona inter filios. ⁊ inſtituunt heredẽ pncipalẽ. Sic tũc tpis p ſolennẽ bñdictiõem q erat loco teſtamẽti: ꝯfirmabant ius primogeniture. ſ. q eſſet pncipalis inter omẽs. Sciendũ ſcdo q forſan h omĩa q iſta ptinet bñdictio dicebant ⁊ alij pres pmogenitis ſuis qñ bñdicebant eos. nõ tñ omino ſic yſaac. qr ipſe dixit optatiue et pdictiue ſicut ppheta. Alij vo ſolũ optatiue. Ulteri⁹ ſciendum q iſta bñdictio ꝯtinet tria. ſcz poſſeſſionis habundantiã. dignitatis progatiuã. omĩs gentis amiciciã. Quantum autez ad poſſeſſionis habundãtiaz dicit optando ⁊ pdicendo [det tibi de⁹] id ē dabit tibi [de rore celi ⁊ de pinguedie terre] i. vtute roris celeſtis ⁊ pinguedinis terre. [habundantiam frumenti vini ⁊ olei] In his fm magiſtꝝ notat oĩs fertilitas terre. in frumento cibus. in vino potus. ⁊ in oleo pulmentum. Nota q h nõ fuit verificatum in pſona

iacob ⁊ filioꝝ ſuoꝝ.q꜡ q̄uis ha
bundarēt in pecoribꝫ.nūq̄ꝫ tñ in
iſtis.ſꝑ enī fuerūt ꝑegrini vł̄ ī ſy
ria.vel in paleſtina vł̄ in egypto.
niſi dicatur ꝙ ꝑmo in ioſeph in
egypto. Fuit tñ verificatū ad lit
terā in poſter꜡ coꝝ.in illꝰ vicꝫ qui
fuerūt poſtea terre chanaan poſ⸗
ſeſſores.ſꝫ ſpūalr̄ fuit verificatū
in xp̄o filio iacob ſm carnē. Ipſe
enī habuit ⁊ hꝫ in domo ſua.i.in
eccłia habūdātiā frumēti.i. ꝯfor
tant꜡ doctrine q̄tū ad ꝑſidētes.
vini pūgent꜡ ⁊ pungēdo ſanātis
pnīe q̄tū ad reuertentes a pctō.
olei.i.lenientis ⁊ ꝯſolant꜡ leticie
q̄tuꝫ ad innocētes.vñ in pš.dr.
A fructu frumēti vini ⁊ olei mul
tiplicati ſunt. Quātū aūt ad ſe⸗
cūdū.ſ.dignitat꜡ ꝑrogatiuaꝫ ad⸗
dit optādo ⁊ ꝑdicēdo.ibi.⌊ Seruiāt
tibi ꝑplī ⌋⁊ optat duplicē digni⸗
tatē.ꝑmā reſpectu exteroꝝ.⁊ ſecū
dā reſpectu ꝑpinqꝝ. Pro prima
dicit⌊ Seruiāt tibi ꝑplī:⁊ adorēt
te tribꝫ ⌋.ſ.diuerſaꝝ nationuꝫ:⁊
tribꝫ eiuſdē. Pro ſcd̄a dic̄⌊ Eſto
dñs fratꝝ tuoꝝ:⁊ incuruent añ
te filij mr̄is tue. Intellige⌊ ſerui
ant⌋.i.ſeruiēt.⁊ ſic de alijs v̄bis

Et nota ꝙ hec nō fuerīt verifi
cata in ꝑſona iacob:nec etiā filio
rū ſuoꝝ:ſꝫ ſolū ī ioſeph:cui ī egy
pto ſeruierūt ꝑplī:⁊ quem adora
uerunt tribꝫ.⁊ q̄ fuit ibi dñs fra⸗
trū ſuoꝝ.⁊ añ quē fuerat incur⸗
uatꝰ bēiamin filiꝰ mr̄is ſue. Fue
rūt etiā verificata ī poſteris eoꝝ
q̄bꝫ ī terra chanaan fuierunt ga
baonite tꝑe Joſue:⁊ multi alij q̄
fuerūt tributarij ſalomōis. Fue
rūt inſuꝑ dñi fratꝝ ſuoꝝ.ſ.ydu⸗
meoꝝ filioꝝ eſau. Fuerūt etiā ve
riꝰ ⁊ ꝑncipaliꝰ verificata ī xp̄o ⁊
in vicario ſuo:cui ī eccłia fuiunt
ꝑplī.ſ.gētiles ⁊ iudei ad fidē ſuā
ꝯuerſi.q̄ etiā ē dñs fratꝝ ſuoꝝ.i.
ep̄oꝝ.q̄s papa vocat fr̄es.vł̄ etiā
oīm fidelium q̄s ⁊ xp̄s ī pš.fr̄es
appellat. Et añ eū incuruent filij
mr̄is ſue.i.xp̄iani q̄ ſūt filij eccle
ſie.q̄ xp̄m ꝑ euāgeliū in cordibꝰ
hoīm gignit. Quātū v̄o ad ter
tiū qd̄ ſibi optat ⁊ ꝑdicit.ſ.omīs
gēt꜡ amiciciā.d.⌊ Qui tibi male⸗
dixerit⌋.i.malū optauerit⌊ ſit il
le maledictꝰ⌋.i.malo pene addi
ctus. Hoc dicit iſte ꝑdicēdo ⁊ di
uine iuſticie cōſentiēdo. Nō enī
optādū eſt alicui malū etiā dia⸗
bolo.ſm Aug꜡.zelo vindicte:ſed
ſoluꝫ iuſticie.⌊ Et qui bñdixerit
tibi ⌋.i.bonū optauerit⌊ benedi⸗
ctionibꝫ ⌋.ſ.fortune ⁊ gr̄e ī pleatꝰ
Patet g̊ ꝙ optat ſibi oīs gentis
amiciciā:ꝑmittendo ⁊ optando
benedictōem benedicenti ſibi.⁊
ecōuerſo maledictionē maledicē
ti ſibi. Nota v̄ba ioſephi.dicit ei
ꝙ yſaac poſtq̄ꝫ cenaſſet ꝯuerſus
eſt ad orōnē ⁊ dei ꝑces. Dñe in⸗
quit oīm ſeculorum ⁊ vniuerſe
ſubē creator depoſco vt hūc filiū
ſerues mihi.⁊ ab omi malo ſiue
paſſione eū cuſtodias.dās ei fe⸗
licem vitam ⁊ bonorū oīm poſe
ſeſſionē.q̄ rūcūq̄ꝫ tibi ꝑbere pote
ſtas ē.fac eum metuendū inimi

cis.amicis ꝗdem honorabilez ⁊
gratioſum. R Deinde ſeq̇⸗
tur tertia pars ṗncipalis.vbi po
nunt̄ ꝯſequentia ad benedictio⸗
nem.Et in generali ſunt duo.
Primū eſt ꝯfirmatio bn̄dictōis
ſpūalis ꝙ̄tum ad iacob. ſcd̄m ē
collatio benedictōis tꝑalis ꝙ̄tū
ad eſau.ibi.[Audit᷒ aūt ſermo⸗
nib⁹ ⁊c̄]. Circa primū tangūt̄ q̄t
tuor.ſ. Aduēt⁹ abſent᷒ filij. Ob
latio venati cibi. Admiratio ſe⸗
nis iam refecti. Approbatio do
ni iā impenſi. Quantū autez
ad primū dicit̄.[Uix yſaac ſmo
nem impleuerat.⁊ egreſſo foras
iacob:venit eſau]. Diuina fuit ꝓ
uidentia ꝙ nō inuenit iacob co⸗
rā patre.q2 forſan interfeciſſet cū
Quantū autē ad ſcd̄m ait [Co⸗
ctoſq3 cibos de venatiōe].puto
ꝙ vxores eſau parauerāt eos.[i
tulit pr̄i.d.Surge pater mi co⸗
mede de venatione filij tui:vt
benedicat mihi aīa tua.Nota ꝙ
ſemꝑ hic nominat̄ aīa. ꝙ̄uis ſit
pars homīs.q2 eſt pars ṗncipa
lior:a qua omīs actio dependet
ſiue ꝓcedit.Quantū ad tertium
ſubdit.[Dixitq3 illi iſaac.Quis
em̄ es tu. Qui rn̄dit: Ego ſum
eſau fili⁹ tuus ṗmogenit⁹]Non
dicebat veritatē. q2 vendiderat
primogenita ſua.⁊ ſm diuinam
electionē alteri debebat̄.Sequit̄
[Expauit yſaac ſtupore vehemē
ti].i.factus in extaſi ⁊ exſanguis
ad modū pauentis.⁊ vltra ꝙ̄ cre
di poteſt. admirans ait. Quis
igit̄ ille eſt qui dudū captaz vena
tionez attulit mihi:⁊ comedi ex
omnib⁹ priuſꝙ̄ tu venires]. Di⸗
cit aūt dudū de eo qđ ſtatim fue⸗
rat.q2 ī extaſi fuerat fact⁹. Quā⸗
tum vero ad quartū ſubiungit̄.
[benedixiq3 ei:⁊ erit benedict⁹]
ꝙ̄uis nō intenderet.[⁊ erit bene
dictus].q.d.intendebā te bene⸗
dicere.ſed auctor ſeculi filiū bn̄⸗
dicendum obtulit:[⁊ erit bene⸗
dictus]. Ecce ꝙ approbat ⁊ con
firmat benedictōem collataz ia⸗
cob.Dicit̄ enī ꝙ in extaſi fuit ſi⸗
bi reuelatū ꝙ iſte quē benedixe⸗
rat erat iacob.⁊ ꝙ ſibi de iure de
bebatur benedictio.alias nō di⸗
xiſſet:[⁊ erit benedictus] Seq̇⸗
tur.[Audit᷒ ⁊c̄.] Ubi tangitur
collatio benedictionis tꝑalis fa⸗
cta eſau.Et tangunt̄ ibi octo.ſci
licet.Conſternatio poſtulantis.
Poſtulatio benedictiōis. Excu
ſatio patris. Accuſatio fratris.
Repetitio poſtulatiōis. Itera⸗
tio excuſationis. Lachrymatio
poſtulantis:⁊ Impenſio benedi
ctionis.Dicitur autem quantū
ad conſternationem eſau poſtu⸗
lantis.[Auditis eſau ſermoni⸗
bus patris irrugijt].id eſt forti⸗
ter in ira rugijt.[clamore mag⸗
gno.⁊ conſternatus].id eſt terri
tus ⁊ mente quaſi deficiens ⁊ ex
animis fact⁹. vnde ex iſtis pat3
ꝙ ſūmā diſplicētiā hūit.⁊ pl⁹ ꝓ
pter tꝑalē dignitatē quā amitte
bat ꝙ̄ ꝓpter ſpūalē. Deide q̄ntū
ad poſtulatiōez bn̄dictōis addit̄

[bn̄dic ⁊ mihi pr̄ mi] Nō dixit
maledic illi q̄ decepit te. ſciebat
enī bonitatē pr̄is ꝙ nullo mō fe⸗
ciſſet. Quantū ad excuſationē
pr̄is ſequit̄ [Qui ait. venit ger⸗
manꝰ tuus fraudulēter] Jā enī
ſibi reuelatuꝫ fuerat ꝙ iacob fuit
ille quē benedixit. [⁊ accepit bn̄⸗
dictionē tuā. tuā dico] ſm̄ opi⸗
nionē meā. ſed ſuā. ſm̄ intētionē
⁊ electionē dei. Ergo videtur ꝙ
fraudē cōmiſit iacob. Dicēduꝫ ꝙ
eſt q̄dā fraus noxie deceptōis. q̄
lis eſt in hypocrit̄ ⁊ doloſis. ⁊ ta
lis nō fuit in iacob. Et eſt q̄dam
fraus pie eruditōis. quā fecit io⸗
ſeph. qn̄ p̄cepit poni cyphū ī ſac⸗
co beniamin Gen̄. xliiij. vt ipſuꝫ
redderet timidiorē ⁊ cautiorē Et
eſt quedā fraus diuīe inſpiratio
nis. qualē fecerūt filij iſrael quā⸗
do mutuauerūt vaſa ab egyptijſ
Exo. xij: ⁊ talis fuit in iacob. Si
cut enī egyptij erāt digni amit⸗
tere vaſa ſua. ita eſau erat dignꝰ
amittere primogenita q̄ de facto
poſſidebat. Eſt etiā fraus myſti⸗
ce ſignificatiōis. qualē forte ꝯmi
ſit laban qn̄ ſuppoſuit iacob lyaꝫ
Gen̄. xxix. Jn hoc enī fuit ſignifi
catū ꝙ fecunditas prefert̄ ſterili⸗
tati bonoꝝ opeꝝ q̄ntumcūqꝫ ſit
pulchritudo in exteriori ꝯuerſati
one. ⁊ iſtā cōmiſit ille iacob. Jn
hoc enī fuit ſignificatū ꝙ minor
ppl̄s q̄ eſt xp̄ianꝰ erat maiori po⸗
pulo. i. iudaico p̄ferēdꝰ. S
Quātū ad accuſatōez frīs ſub
ditur. [At ille ſubiūxit]. ſ. Eſau.
[Juſte vocatū ē nomē eiꝰ iacob.
id ē ſupplātator. [Supplātauit
eī me en altera vice. Primogenita
enī mea ante tulit]. i. ius p̄moge⸗
niture Gen̄. xxv. [⁊ nūc ſc̄do ſur
ripuit bn̄dictōez meā]. i. ꝯfirma
tionē p̄mogeniture q̄ mihi debe
bat̄. Nō dixit veꝝ. q2 nec primo
doloſe ſupplātauit eū. Jpſe eī p̄⸗
mogenita ei vēdiderat. ⁊ iſte tā⸗
q̄ꝫ de iure debita redemit. Nec ſe
cūdo ſurripuit bn̄dictōez illiꝰ: ſꝫ
ſicut ꝓpriā a pr̄e illā accepit. De⸗
inde q̄ꝫtū ad repetitōez poſtulā⸗
tis ipiꝰ eſau ſubiūgit̄. [Rurſum
qꝫ ad prēm. Nūq̇d nō reſeruaſti
ait ⁊ mihi benedictiōez [Subdit
aūt q̄ꝫtū ad iteratiōnē excuſatio⸗
nis [Reſpondit yſaac. Dn̄m tu
um illū ꝯſtitui. ⁊ oēs frēs eiꝰ ſui
tuti illiꝰ ſubiugaui]. i. a deo ꝯſti
tutū ⁊ ſeruituti illiꝰ ſubiugādoſ
ꝓnūciaui. Et de hoc eodem dixit
Gen̄. eodē capitu. yſaac eſau. fra
tri tuo ſeruies. Hoc fuit verifi⸗
catū ī ydumeis filijſ eſau. q̇ fuert̄
ſerui filiorū iacob tp̄e dauid. ſic̄
habet̄. ij. Reg. viij. [Frumēto vi
no ⁊ oleo ſtabiliui eū]. i. p̄ deum
ſtabiliēdū p̄dixi. [Et tibi pꝰ hec
fili mi vltra q̇d faciā]. q. d. Non
videt̄ mihi ꝙ poſſim facere ali⸗
q̇d qḋ tu multū optes. ꝓpter qḋ
q̄ꝫtū ad lachrymationē ſupplicā
tis. Sequit̄. [Cui eſau. Nū vnā
tm̄ bn̄dictōez hēs pr̄. mihi q̄ꝫ ob
ſecro bn̄dicas: Cūqꝫ eiulatu ma
gno fleret: motꝰ yſaac dixit] ſup.
illud qḋ erat vltimū. ſ. bn̄dictōis

impẽſio tpal'.[ In pinguedĩe.in
q̇t.terre ⁊ i roze celi deſup erit bñ
dictio tua ] Ita fuit ad lr̃am. q2
vt dicit mgr̃. ydumea ẽ regio pa-
ſcualis. Nota ↄñtẽ hiſtoriã quã
tñ nõ recitat eccl'ia.ſ.ꝙ yſaac di-
xit eſau.[ Uiues gladio ].i. eris
hõ bel licoſus.[ ⁊ ſuies frĩ tuo ].
id eſt filij tui ſuiẽt alijs frĩb9 tu-
is.[ tp̃ſq3 veniet vt excutias ⁊ ſol
uas iugũ ei9 ð ceruicib9 tuis ] qð
fuit verificatũ tp̃e iorã reg3 iuda
iiij. Reg.viij. Et ꝙ eſau odio ſp
habuit iacob ⁊ minat9 fuit ꝙ oc
ciderct eũ mortuo p̃re. Et cũ hec
nũciata fuerũ trebecce:fec̃ etiã de
ↄſẽſu p̃ris ꝙ iacob exiuit ð terra
⁊ iuit in ſyriã ad laban auuncu-
lũ ſuũ.⁊ ꝙ eſau volẽs placere pa
rentib9 ſuis duxit tertiã vxorẽ.ſ.
melech:filiã hiſmael:filij abraa3
ſororẽ nabaioth. ꝓpter qð nõ pl9
placuit.q2 nolebãt vxores filij s
ſuis:niſi de genere vtriuſq3. Et
q2 iacob egreſſus de berſabee vbi
oĩa ſupradicta facta fuerũt. p̱gẽs
aran:vidit in ſomnis illã ſcala3
magnificã.⁊ audiuit verba dei.
Et ꝙ poſtea cũ venit ad labã du
xit in vxores duas ei9 filias.ſ.ly
am ⁊ rachelẽ.⁊ duas ãcillas ea-
rũ.ſ.balam ⁊ zelpham. Et ꝙ de
lya ſuſcepit ſex filios.ſ.rubẽ: ſy-
meon:leui:iudam:yſachar ⁊ za-
bulon. Et de bala ancilla rache-
lis.ſuſcepit duos.ſ.dan ⁊ nepta
lim. Et de zelpha ancilla lye ſu-
ſcepit duos.ſ.gad ⁊ aſer. Et vlti
mo de rachele ſuſcepit duos.ſc3
ioſeph natũ i ſyria.⁊ bẽiamin in
terra chanaan poſtq̃3 fuerat ð ſy
ria reuerſus. Et ꝙ p9ea ꝓpt̃ famẽ
ðſcẽdit ad ioſeph filiũ ſuũ i egy-
ptũ. vbi ⁊ vixit .xviij.ãnis:⁊ ibi
mortu9 fuit.cũ eſſet.cxlvij. ãno-
rũ.quẽ ioſeph ⁊ alij filij tulerũt i
ebrõ.vbi ſepelier̃t eũ cũ lya ⁊ p̃ri
bus ſuis. ¶ Myſtice mater
eccl'ia iſtar rebecce ſil' ↄcepit plu
res filios ex ſemĩe incorruptibi-
li p̱ vbũ dei.inter q̃s eſt lucta cõ-
tinua.ſic̃ fuit inter iacob ⁊ eſau a
p̃n. vſq3 ad finẽ. Nã q̇dã ſũt bo-
ni ſic̃ iacob.ac p̱ hoc digni bñdi-
ctõne diña.non tm̃ tempali:ſed
etiã ſpũal i.ſ.oẽs illi q̇b9 ↄueniũt
octo ↄditõẽs ſupi9 deſcp̃te. Qui
dã vero ſunt mali inſtar eſau.ac
p̱ hoc indigni bñdictõne ſpũali.
q̃3uis interdũ gaudeãt tp̱al'r.q̇a
de9 vult eos i hac vita p̃miare.ſ.
oẽs illi q̇ ſunt p̱ figurã ſic̃ eſau ru
fi.q2 doloſi.hyſpidi.q2 malicioſi
q̃s nemo p̃t tangere ſine leſione.
q̇ ſunt venatores.q2 ocioſi ⁊ non
vacantes alicui negocio fructuo
ſo.q̇ honorẽ ſuũ ⁊ dignitatẽ ſpi-
ritualẽ vendũt.q2 caſtrimargi ⁊
doloſi.q̇ p̃rem ſuũ xp̃m ⁊ matrẽ
ſuã eccl'ia3 offendũt.q2 imũdi ⁊
luxurioſi.qui ꝓximis ſuis detra
hũt:ipoſq3 vitup̱ant.q2 inuidi ⁊
ↄtumelioſi.ſic̃ eſau mẽdaciter di
cebat de iacob. p̃mogenita mea
añ tulit ⁊c̃.q̇ pap̱ curãtes de bo
nis ſpũalib9 ꝓpter amiſſionẽ tp̱a
liũ imoderate triſtant̃ ⁊ eiulãt tã
q̃3 mũdani ⁊ ambicioſi.q̇ ꝓpter

odium ⁊ inuidiã ꝓximos ſuos
de terra ſua effugant tanq̃ȝ peſti
feri ⁊ ſeditioſi. Ergo ſm ꝯſiliuȝ
apl'i ad Heb. xij. Non ſit inter voſ
aliq̇s fornicator aut ꝓphanus vt
eſau. q̇ ſm glo. ibidem fuit forni
cator. qꝛ ꝯtra voluntatẽ patris ⁊
matr̃ duxit vxores alienigenas
Fuit etiã ꝓphanus. ſ. ꝓcul a tem
plo dei. i. penitꝰ irreligioſus. Fu
it etiã guloſus ⁊ ſeruꝰ ventris q̇
ꝓpter vnã eſcã. i. lenticulã rufam
vendidit ꝑmogenita ſua. Glo. ꝑ
mogẽita h̃ appellat dignitateſ ſa
cerdotij. qꝛ vſq̃ȝ ad aaron oẽs ꝑ-
mogeniti erãt ſacerdotes. ſicut ⁊
ſem primogenitꝰ noe. quẽ hebrei
tradũt fuiſſe melchiſedech. q̇ vi-
xit vſq̃ȝ ad yſaac. ⁊ erat iſta ma-
gna dignitas primogeniture. ſic̃
dicit h̃ glo. q̃ ſupꝛiꝰ tacta fuit Se
quit̃ in apl'o. Scitote q̃m poſtea
cupiens hereditare bñdictiões:
reprobatꝰ eſt deo yſaac ꝯfirman
te bñdictionem quã fecerat Ja-
cob. Et ſubdit Non eñi inuenit
pñie locũ. i. venie. q̃ȝq̃ȝ cũ lachry
mis inq̇ſiſſet eã. nõ q̃ nõ penite-
ret. dicit glo. ſed qꝛ nõ penituit ſi
cut debuit. dicebat eñi. Occidaȝ
fratrem meũ. Ille eñi lachryme
ſue magꝭ fuerũt ex indignatõe ꝯ
frẽm ⁊ ex dolore amiſſi honoris
q̃ȝ ex humilitate veraq̃ȝ peniten-
tia. Cauendũ eſt igit̃ illis q̇ ſunt
eſau ſil'es. ne poſt morteȝ tanq̃ȝ
reprobati ꝑuenĩt diuiña bñdictio-
ne. dicit glo. Tũc eñi pñia quã-
tũcunq̃ȝ lachrymoſa erit oĩno ſi-
ne fructu. Patet ꝯcordia inter il
lam epl'am ⁊ euãgeliũ hodiernũ
qð incipit. Hõ q̇dã hẽbat duos
filios ⁊c̃. ſcribit̃ Luc. xv. Agitur
nanq̃ȝ in epl'a de duobus filijs.
ſcȝ eſau ⁊ iacob. q̃ꝝ maior mino
rẽ odio habuit: ⁊ moleſte tulit qꝛ
pr̃ recepit eũ ad oſculũ. ⁊ ſibi be
nedictões dedit. In euãg. ẽt agit̃
de duob' filijs: q̃rũ ſenior turba
tus fuit. qꝛ pr̃ recepit iuniorẽ ad
oſculũ ⁊ ſibi cõuiuiũ fecit. In q̇-
bus oĩb' notat̃ allegorice inuidia
maioris ꝓpl'i iudaici ꝯ minorẽ. i.
gentileȝ. de q̃ ſũme doluit. qꝛ ad
diuinã amiciciã ⁊ miſc̃diaȝ ac ec
cleſie cõuiuiũ ꝑ magnificũ exce-
ptus fuit. Nos igit̃ imitemur ia
cob vt bñdicamur a dño. ⁊ ſi pec
cando bona ſpũalia ꝯſũpſimus
inſtar illiꝰ ꝓdigi reuertamur ad
pr̃eȝ celeſtẽ ꝑ pñiam: vt nos mi-
ſericorditer recipiat ad ꝯuiuiuȝ
militãtis eccl'ie ꝑ grãȝ ⁊ cõuiuiũ
triũphant̃ ꝑ gl'iam. Amen.

## Dominica Oculi.

# Fratres

Eſtote imitatores
dei ſic̃ filij chariſſi
mi ⁊c̃. ad Eph. v.

U In dieb' ꝑcedẽtib' huiꝰ ſcẽ
q̃ddrageſime monuit nos miſeri-
corditer pia mater eccl'ia de ope
ratione boni: ⁊ de declinatõe ma
li. ſine q̇b' ieiũium nõ põt eẽ me-
ritoriũ: nec efficax ad ſalutẽ Vex
quoniã ſumus ad intelligenduȝ

iſta multū rudes.ꝓter noſtrā ce
citatem ⁊ ignorantiā: multumqꝫ
debiles ⁊ difficiles ad iſta implē
da.ꝓter lāguorē cōcupiſcentie et
quandā inflictā impotentiam.q̄
omia ex peccato ṗmo ꝓueniūt.⁊
idcirco indigemꝰ non tm̄ doctri
na verbi: ſed etiā doctrina exem-
pli.ꝓter quod ip̄a ſctā mater ec
cleſia que nobis ꝓpoſuerat exem
plaria in ſufficientia.ſ.ezechiam
regem: moyſen ⁊ helyam: danie-
lem: heſter: ioſeph ⁊ iacob. Nunc
in iſta tertia dñica ꝓponit nobis
ſpeculū polititiſſimuꝫ ⁊ exemplar
ꝑfectiſſimū oīs ſanctitatꝭ ⁊ iuſti
cie.ſcꝫ dñm ieſum chriſtū. dicēs
nobis iſta ṽba apl'i. Eſtote imi-
tatores dei ⁊c̄. Ipſe enī dominꝰ
ieſus chriſtꝰ ꝙ dixit apl'is Joh.
xiij. Exemplū dedi vobis ⁊c̄. cu-
ius tota vita in terris ꝑ hominē
quē aſſumpſit diſciplina moruꝫ
fuit ſm Augꝭ. in lib. de vera re-
ligi. eſt forma vite. quaꝫ ſp̄ debē
intueri ⁊ exemplar ſctitatꝭ ad qḋ
ſp̄ aſpicere debēꝰ. iuxta illḋ exo.
xxv. Inſpice ⁊ fac ſm exēplar qḋ
tibi in mōte mōſtratū ē. Et vide
ꝙ in iſta ep'la apl's breuiter duo
facit. Primo enī hortatꝛ nos vt
induamꝰ xp̄i ꝯuerſationē. ip̄am
imitādo. d. Eſtote imitatores
Scḋo vt fugiamꝰ ꝯriā ſuggeſti-
onem: ip̄am deteſtādo. ibi. Ne-
mo vos ſeducat ⁊c̄. Adhuc ī pri
ma pte hortatꝛ ṗmo vt xp̄m imi-
temur in oꝑatiōe boni. ſcḋo ī de-
clinatiōe mali. ibi. Fornicatio

Itē circa ṗmū oñdit q̄ttuor.ſ.ꝙ
xp̄s eſt a nob imitādus. ⁊ q̄re ſit
a nob imitandꝰ. ⁊ in q̄ ſit nobis
imitādus. ⁊ ꝑ quē modū ſit a no
bis imitādus. In q̄rū ṗmo tāgit
imitatōis actū. In ſcḋo motiuū
In tertio materiā ſeu obiectū In
q̄rto formā ſeu modum. Dicit ḡ
nobis Frēs ꝙ debetꝭ bona pſe-
qui: ⁊ mala fugere ī q̄bꝫ indigetꝭ
exēplari qḋ ſp̄ intueamini ⁊ intu
endo imitemī. Eſtote imitato-
res dei .i. ieſu xp̄i ꝙ eſt verꝰ deꝰ:
quē tm̄ imitari nō poteſtꝭ in for-
ma dīnitatꝭ: ſꝫ ī forma hūanita-
tis. Et certe ip̄e imitādꝰ ē. qꝛ ip̄e
eſt exēplar ṽaciſſimū oīꝫ bonoꝝ
Propter qḋ dic̄ idē apl's ad Ro
ma. xiij. Induimī dñm ieſū xp̄m
Et ad Eph. iiij. Induite nouuꝫ
hoīeꝫ .i. xp̄m imitemī. Et reuera
debetꝭ ip̄m imitari ſic̄ filij chariſ
ſimi. hec ē eī cā q̄re debetꝭ ip̄ꝫ imi
tari ſic̄ filij chariſſimi .i. ſꝫ glo.
qꝛ eſtꝭ filij eiꝰ l'rmī. qꝛ ſ. eſtꝭ eiꝰ fi
lij ab ip̄o chariſſime dilectī. Vide
mꝰ eī ꝙ filiꝰ quē pr̄ ml'tū diligit
ip̄m prēꝫ imitatꝛ. Vos āt eſtꝭ fil
xp̄i l'rmī. Cari q̄dē ꝓpt' imagineꝫ
creatōis q̄ ꝯſiſtit ī vnitate ſube. ⁊
trīitate potētiaꝝ.ſ. mēorie ītelli-
gentie ⁊ volūtatꝭ. Cariores āt ꝓ
pter imaginē recreatōis q̄ ꝯſiſtit
in vnitate grē ⁊ trinitate ṽtutū.
ſcꝫ fidei: ſpei ⁊ caritatꝭ. cariſſimi
ṽo ꝓpt' imaginē gl'ificatōis: ad
quā final'r obtinendā facti eſtis.
q̄ ꝯſiſtit ī vnitate bītꝰ glie: ⁊ tri-
nitate actuū beatificoꝝ.ſ. viſiōiſ

dilectiõis ⁊ tenſionis. Sic igit̄
hortat̄ nos ad actū imitatiõis.
di. Eſtote imitatores. Et aſſigñt
cauſam ſeu motiuū imitandi. ſ.
q2 ſumꝰ filij chariſſimi. Ulteriꝰ
oſtendit in quo debemꝰ chriſtuꝫ
imitari. tangendo ſupple mate-
riā ⁊ obiectū imitationis d. [Et
ambulate] .i. ꝯuerſamini [in di-
lectione] ſupple vera ⁊ reali. que
cõſiſtit nõ tm̄ in ꝟbis: ſed potiꝰ
in factis. Amor eñ dei nunq̄ꝫ eſt
ocioſus. ait Grego. Operatur enĩ
magna ſi eſt. ſi autẽ opari renuit
amor nõ eſt. Uñ iohẽs in ſua ca
nonica. j. Joh. iij. Nõ diligamꝰ
verbo neq̃ꝫ lingua: ſed ope ⁊ ve-
ritate. Et certe dilectio fraterna
que tantā habet latitudinem vt
etiam extendat ſe ad inimicos. il
lud eſt precipue in quo debemuſ
ipſum imitari: vt etiam ſi neceſſe
fuerit: vt dicit glo. anĩas ꝑ fratri-
bus ponamꝰ ſicut ⁊ xp̄us fecit.
vñ Roma. v. cõmendat deꝰ ſuā
charitatem in nobis. qm̄ cū pec-
catores eſſemꝰ: chriſtus ꝓ nobis
mortuus eſt. ℞ Quarto oſtẽ
dit modū ſeu formā imitatiõis.
vt ſcꝫ diligamꝰ inuicẽ ſic̄ ⁊ chri-
ſtus dilexit nos: vt ſupple. imi-
temur ipm̄ in diligẽdo ⁊ q̄ꝫtū ad
affectū vt ſincere. ⁊ q̄ntuꝫ ad effe-
ctū vt operoſe. ⁊ q̄ntū ad fructū
vt acceptabiliter ⁊ gratioſe dili-
gamus. Uñ dicit [Sicut ⁊ xp̄s
dilexit nos] .ſ. ſincere ⁊ ex corde.
nec ſolū dilexit nos affectu: ſed ⁊
effectu ⁊ ope. vñ [⁊ tradidit] non
abſcondit [ſeipm̄] nõ aliū. [pro
nobis] q̄ꝫuis adhuc ĩimicis. Tra
didit dico [oblationẽ ⁊ hoſtiam.
Oblationẽ q̄ntū ad antecedẽtia
paſſionū. cuiuſmodi fuerũt ſpu-
ta: colaphi ⁊ hmõi. ſꝫ hoſtiā q̄ntū
ad ipam paſſionẽ ⁊ morteꝫ. Jſta
ꝟo hoſtia nõ figuraliter ſic̄ legis
ſacrificia: ſꝫ vere ⁊ realiter fuit et
eſt: deo ſup. gratioſa ⁊ ab eo acce-
pta. [Jn odorẽ ſuauitatis] ac per
hoc obtinens fructū. ſ. hūani ge-
neris liberatõem: ⁊ pctõꝝ recõcili
ationẽ. Alludit ꝟbis legis in q̄ ſe-
pe dr̄ ꝙ debebāt deo offerri ſacri
ficia ĩ odorẽ ſuauitatis. Ubi no
ta ſm̄ ꝙ glo. ĩnuit ꝙ ille carnaleſ
hoſtie legis ñ dicebāt̄ offerri ĩ o-
dorẽ ſuauitatis deo. eo ꝙ ipm̄ de-
lectarẽt rõe opis opati. cuꝫ eẽnt
ꝺ aĩalibꝫ ⁊ ꝺ rebꝫ corpalibꝫ. q̄ꝫuiſ
ꝺlectarẽt rõe opis opantis .i. deuo
tiõis offerẽtis. ſꝫ pncipal'r dicebāt̄
ſuaues deo ⁊ delectabiles. q2 fi-
gurabāt iſtā hoſtiā quā xp̄s de ſe
ipo ꝓ nob̄ obtulit. q̄ rõe ſui ⁊ of-
ferentis. q̇ fuit idẽ qd̄ hoſtia: ſūme
delectauit prẽm. Dicit autẽ glo.
Ex q̄ xp̄s fuit oblatꝰ deo ĩ odorẽ
ſuauitatis. ergo deꝰ pater liben-
ter accepit mortem xp̄i. g̃ nõ pec
cauerũt q̇ eum crucifixerũt. Sꝫ
dicẽdū ꝙ ⁊ mors xp̄i deo placu-
it. q2 volũtate ſua paſſꝰ fuit. ⁊ tñ
actio crucifigentium deo diſpli-
cuit. quia quod iuſtum fuit iniu
ſtiſſime fecerunt. ⁊ in tradendo
chriſtum aliā intentioneꝫ hũe. ũt
q̄ꝫ habuit deꝰ ĩ tradẽdo ipꝫ. Deꝰ

enim pr̄ tradidit xp̄m ex ſumma
beniuolentia. Ro. viij. Propo
filio ſuo nō pepcit de⁹: ſed p nob
omīb⁹ tradidit ip̄m. Xp̄s autem
tradidit ſeip̄m ex ſumma obe-
dientia. Vn̄ Eſa. liij. Tradidit
in mortē aiam ſuaz. Judas vero
tradidit ex ſūma auaricia. Mat
thei. xxvj. dicebat iudas. Quid
vultis mihi dare: ⁊ ego eū vobis
tradā. Sed iudei tradiderūt eū
ex ſumma inuidia: vn̄ ſciebat pi
latus ꝙ p inuidiaz tradidiſſent
eum. Mat. xxvij. Pilat⁹ autem
tradidit eū ex ſumma iniuſticia.
vn̄ dicit̄ Luc. xxiij. ꝙ pilatus ie
ſum flagellatū tradidit volūtati
eoꝝ. Q, ergo de⁹ pr̄ fecit ex ſum
ma beniuolentia. ⁊ xp̄s ex ſūma
obedientia. alij fecerūt vl̄ ex aua-
ricia vl̄ ex inuidia vel ex iniuſti-
cia. ꝓpter qd̄ bene dr̄ actio diſpli
cuit: ſed paſſio grata fuit.

Deinde ſcd̄o hortat̄ vt imite-
mur xp̄m in declinatiōe mali. d.
Fornicatio aūt ⁊c̄. ⁊ hoc facit tri-
pliciter. Primo quidem culpas
maiores ꝓhibendo. ſcd̄o culpas
minores fortiter diſſuadēdo. ibi
[aut turpitudo ⁊c̄. tertio culpis
maioribus penaz detm̄inādo. ibi.
[Hoc aūt ſcitote]. Jn p̄ma pa-
te adhuc facit tria. Primo enim
tangit triplex genus grauis cul
pe. Scd̄o monet perfecte fugere.
ibi: [nec nominet̄.] tertio aſſig-
nat motiuum fuge. ibi [Sic de-
cet ſanctos. Dicit ergo ſic ſe con
tinuans, imitemini xp̄m in dile

ctione ex qua ꝓcedit om̄is opera
tio boni. ⁊ nō ſolū in hoc: ſed etiā
in fuga mali. vnde [fornicatio]
id eſt ſimplex luxuria: q̄ eſt cū ſo
lutis. de qua dicit apl's. j. Coꝝ.
vj. Fugite fornicatiōem. ⁊ Oſee
iiij. dicit̄ ꝙ fornicatio ⁊ ebrietas
auferūt cor [autē ⁊ oīs im̄ūdicia
. i. q̄cunq; luxuria: ſiue ſit ſʒ na-
turam: ſicut ſunt adulterium:
ſtuprum: inceſtus: ſiue ꝯtra na-
turā. ſicut ſunt ſodoma ⁊ molli-
cies ⁊ coitus cū iumētis. ⁊ vni-
uerſaliter q̄cunq; vſus illicit⁹ il
loruz membroꝝ. q̄ oīo ſunt abij
cienda Jaco. j. Abijcientes oēm
immundiciā [aut auaricia]. id ē
īmoderata cupiditas habēdi. de
qua dr̄ Eccī. x. ꝙ auaro nihil eſt
ſceleſtius. [nec nominet̄ in vob]
q̄ſi d. taliter viuatis. vt nec q̄ntū
ad iſta ſuſpicio habeat̄ de vobis
p quā reddamini notabiles: ſʒ po-
tius curā hēat̄. de bono noīe Ec
cle. xlj. ergo docet iſta ꝑfecte fuge
re. nō ſolū q̄ʒtū ad actū: ſʒ ēt q̄ntū
ad ſuſpitionē. [ſicut decet ſcōs]
q̄ debent eſſe mundi ⁊ ſine carna
li ⁊ terreno amore. Sanct⁹ enim
idem eſt qd̄ ſincer⁹: vl̄ ſine terra:
ſeu ſine carne. Et nō ſolū iſta q̄
ſunt valde grauia debet̄ fugere
ſed etiā alia minora. que tamen
ad iſta grauia inducūt. vnde ait:
[Aut turpitudo] ſupple nec no-
minet̄ in vobis. Turpitudo vt
dicit quedā glo. eſt in oſcul' ⁊ am
plexib⁹ mulieꝝ. [aut ſtultiloqui
um]. ſ. in blādis v̄bis ⁊ ſollicita

rījs mulierū. Eſa. xxxij. Fatu⁹ fa
tua loquet̃. [Aut ſcurrilitas [ſup
ple. in ꝟbis iocoſis: ⁊ ad riſuꝫ ꝓ
uocantibꝫ. [Scurrilitas] dico.
[q̄ ad rem]. i. ad realē vtilitatem
[nō ꝑtinet] licet aliqñ valeat ad
recreatōem. vñ Jero. Stultilo
quiū nulli⁹ vtilitatꝭ eſt. qꝛ nihil
hꝫ ſapīe. Scurrilitas ꝟo qñqꝫ a
ſapiēte cū vrbanitate ꝓfert̃. [Sꝫ
magis grā꜡ actio] ſup. noīet̃ i vo
bis. Ephe. v. Grās agentes deo
ſpꝑ oībꝫ. j. Theſ. vlti. Jn oībus
grās agite. Sic igit̃ monet cul
pas oēs tam maiores ꝙꝫ miores.
ꝑfctē fugere. d. de q̄libꝫ. nec noīet̃
in vobis. Notandū aūt ꝙ for
nicatio ſm̄ Jſido. x. etymo. dꝛ. A
fornicibꝫ. eo ꝙ loca iſta in q̇bus
mulieres publice ꝓſternebāt̃: for
nices dicebant̃. Et ſm̄ eundē ibi
dem. Auaricia dꝛ auri auiditas.
Et auar⁹ idē eſt qꝺ auri auidus.
⁊ q̇ nunqꝫ opibꝫ explet̃. ⁊ quanto
plus hꝫ: tāto plus cupit. Et dicit̃
ab aueo aues. qꝺ eſt idē qꝺ cupio
Jtem notandū ꝙ in his tribꝫ ḡ
uibus que ꝓhibet: ꝓhibet in ſum
ma oīa pctā mortalia. ꝓhibendo
enī fornicationē ⁊ oēm imūdiciā
ꝓhibet oīa pctā q̇bꝫ hō peccat in
ſeipm̄: ſꝫ ꝓhibendo auariciam. q̄
nō ſolū eſt leſio ꝓximi: ſed etiaꝫ q
dā idolatria reſpectu dei. vt ſta
tim dicet̃. ꝓhibet oīa pctā q̇bꝫ hō
i deū ⁊ ꝓxim peccat. Seq̇t̃.
[Hoc autē ſcitote]. Hic culpis
maiorib⁹ penā determiat. et tria
facit. pmo enī tangit ſui dicti cer
titudinē. ſcd̓o actus demeritorꝫ
turpitudinē. tertio damni futuri
magnitudinē. Quantū ad p
mū: ſic ſe ↄtinuans dicit. Jſta q̄
dicta ſunt: ſūt grauia. nec nomi
nent̃ in vob. qꝛ maximā penam
merent̃ [Scitote autēꝫ]. i. ſcire
debetis: ⁊ ſcire vos oꝑtet [intel
ligentes] ſupple ſcripturas diui
nas. in q̇b⁹ omīs veritas q̄ntum
ad cauenda ⁊ q̄ntū ad agēda ↄti
netur. hoc ſupp̄. qꝺ ſequit̃. Et eſt
ſcd̓m. ſ. [ꝙ omīs fornicator]. id
eſt luxurioſus cū muliere ſoluta
[aut immūdus] q̄cūqꝫ alio mo
do luxurioſus. [aut auar⁹]. id ē
vſurpās res alienas: ⁊ nimis di
ligens ꝓprias [qꝺ]. ſ. eē auarū [ē
idolorū ſeruit⁹. qꝛ ſicut idolatra
cultū deo debitū impendit ido
lo. ita auar⁹ auro ⁊ argento. Se
quit̃ ſup̄. magnū damnū. ⁊ h̄ eſt
tertiū. vñ ⁊ ſubdit. [Nō hꝫ here
ditatem in regno chriſti ⁊ dei].
id eſt in regno celorū: qꝺ ē regnū
dei patris ⁊ filij ſui. in q̄ hō inte
rior reficiet̃ viſione ac ac dilecti
one diuinitatis et homo exteri
or viſione ac dilectione humani
tatis ieſu chriſti. [Nō habebit]
dico talis hō [hereditatē i regno
chriſti] qꝛ nimis vult habere he
reditatē in regno mundi. Patet
ex his certitudo dicti apoſtolici
⁊ turpitudo act⁹ flagicioſi: ⁊ ma
gnitudo dāni futuri. Notādū
primo ex iſta lr̄a apl̓i: ꝙ fornica
tio ſimplex eſt pctm̄ mortale. qꝛ
vt dicit apl̓s. fundans ſe in ſcri

pturis.d.hoc ſcitote intelligen/
tes ꝙ oīs fornicatoꝛ nō hʒ here/
ditatem ꝛc̃. Priuat̃ ergo forni/
catoꝛ hereditate regni. qđ nullo
modo eſſet niſi fornicatio eēt pec
catū moꝛtale. Q, aūt hoc veruꝫ
ſit:pōt ꝓbari ex multis ſcripturꝭ
diuinis in q̇bus apl'ꝰ ſe fundat.
Pꝛimo quidē.qꝛ deus fecit mu
lierem in adiutoꝛiū viri. Gen̄.ij.
In adiutoꝛium q̇dem q̄ntuꝫ ad
pꝛolis generationeꝫ.ſm glo.ſed
fornicatoꝛ nō querit pꝛolem:ſed
tm̄ delectatiōem.ergo ꝛc̃. Secū
do qꝛ ſm pꝛimā nature inſtituti
onem hō nō debet ꝯiungi mulie
ri carnaliter niſi ſit vxoꝛ. Gen̄.ij.
dixit adam. Relinquet hō prēm
ꝛ matrem.ꝛ adherebit vxoꝛi ſue
Tertio qꝛ in hoc pꝛecepto Non
mechaberis.qđ ſcribit̃ Exo.xx.
non ſolū ꝓhibet̃ adulteriū:ſꝫ eti/
am fornicatio:ſtupꝛū ꝛ inceſtus
ac pctm̄ ꝯtra naturā. Qđ ptꝫ in
ſpeciali de fornicatiōe ꝑ verbum
chꝛiſti:dicētis Mat.v. Qui vi/
derit mulierē ad ꝯcupiſcendā eā
iam mechat⁹ eſt eā in coꝛde ſuo.
Abſolute dicit mulierē. nō vxo/
rem.hoc intelligens de quacūqꝫ
muliere. Quarto quia Job di/
cit:ꝙ cogitare de virgine:id ē cō/
ſentire in actū malū cū virgine ē
iniq̇tas maxima. Job.xxxj. Cer
tum eſt aūt ꝙ defloꝛatio virgi/
nis que ſponſum nō habꝫ:forni/
catio quedā eſt:licꝫ maioꝛ q̄ꝫ cū
muliere ſoluta ꝛ coꝛrupta Quin
to qꝛ coitus cū muliere nō excu/
ſat̃ a pctō niſi ꝓpter bona matri/
monij.q̇ ſunt fides:ꝓles ꝛ ſacra
mentum: Nunc aūt fornicatoꝛ
nō ſeruat fornicarie fidē.nec ecō
uerſo.nec actus fornicari⁹ abſit.
eſt ſacrm̄ ꝯiunctionis xp̄i ꝛ eccle
ſie.ſicut actus mr̄imonialis. vt
dicit apl'ꝰ ad Eph.v. Iteꝫ forni
catoꝛ nō querit bonuꝫ pꝛolis.q̇a
nec pꝛolē deſiderat.ꝛ ſi ſequat̃ ꝓ
les ex copula:nō educat eam. q̇a
ignoꝛat an ſit ſua.vn̄ ex fornica/
tione ſequit̃ maximū dānū ꝓlis.
ꝓpter qđ filij fornicationū ſūt cō/
muniter male moꝛigerati. Sex/
to qꝛ Ariſto. in politicꝭ vitupe/
rat policiā platōis:q̇ voluit oīa
eſſe cōmūia etiā mulieres. Spe/
cialiter aūt q̄ntū ad mulieres vi/
tuperat eā.ꝓpter hoc qꝛ hoc eſſet
maximū ꝑiudiciū ꝓlis. Igit̃ foꝛ
nicatio ſimplex ꝛ ſi nō eſt ꝯ̄ mo/
dū nature.qꝛ fuat vſuꝫ natura/
lē:eſt tn̄ ꝯ̄ oꝛdinē nature.qꝛ vio/
lat oꝛdinē ꝑmit⁹ inſtitutum. Et
iſta ſnīa apl'i eſt ꝯ̄ grecos:ſciſma
ticos:q̇ dicūt ſimplicē fornicati/
onē nō eſſe pctm̄ moꝛtale. Et cer
te ſi ſimplex fornicatio eſſet lici/
ta:nunq̄ꝫ deus pꝛohibuiſſet in le
ge ꝙ ſibi nihil de mercede ꝓſti/
ſtibuli offerretur. Hoc autem ꝓ
hibetur Deutero. xxiij.ergo ꝛc̃.

B Notandum ſecūdo ꝙ a/
uaricia dicitur idoloꝛum ſerui/
tus.quia ſicut idola tra cultum
deo debitum impendit idolo.
ita auarus nummo. Impendit
enim auarus nūmo dinā dicicā

magis eni diligit nūmū q̄z deū.
ꝓpter qd dr. Ecci. x. Nihil iniqui
us q̄z amare pecuniā. Impēdit
etiā ſibi diuinā obedientiā. Citi
us enim currit ꝑ nūmo q̄z ꝑ deo.
Uñ Eccs. x. Pecunie obediunt
omīa. Impendit inſup diuinaz
ꝯfidenciā. plus eni ꝯfidit in nū
mo q̄z in deo. vñ in Ps. dicit de
auaris: q ꝯfidunt in ꝟtute ſua: ꝛ
in multitudine diuitiaꝝ ſuaruz
gloriant. Impendit etiā ſibi di-
uinā reuerentiā, magis eni fuit
auar⁹ nūmo q̄z deo. ꝛ ꝓpter vnū
obulum offendit deū. ꝯtēnit ei⁹
mandatū: ꝛ ledit ꝓximum: ac ne
gligit ipm. cum tñ dicat chriſt⁹
Mat. vj. Nō poteſtis deo ſerui-
re ꝛ māmone. De auaricia dicit
Chryſoſtom⁹ ſup Mattheū. q
oculos ꝛ aures hebetat homis: ꝛ
hoies crudeliores fera facit. Nō
naturā: nō amiciciā nec ſocieta-
tē aliquā excogitare ꝯcedit. Hec
milia bella induxit. ſanguine vi
as ꝛ villas ꝛ ciuitates luctibus
implet. Sequit. [Nemo vos ſe-
ducat] Ubi hortat ꝛ monet nos
reſpuere noxiā ſuggeſtionē: ꝓꝛ i
am deteſtando. Et tria facit. pri
mo monet vt caueam⁹ decepto-
ris laqueū. ſcdo vt habeam⁹ ca-
uendi moduz ꝯgruum. tertio vt
incedam⁹ ꝑ ſctē vie ſtudiū. ſcdm
ibi [Nolite ergo]. tertiuz ibi. [vt
filij lucis]. In pma pte tāgit
deceptionis actū ꝛ moduz. acto-
rem ꝛ piculum. d. Sic ſe conti-
nuando, ita dixi: Eſtote imitato
res dei ꝛ ambulate in dilectōne.
ꝛ culpe omes tā graues q̄z leues
nec noientur in vobis. Et nō ſo
lū volo q i iſtis acqeſcat qſ mihi
ſed etiā q nō recipiat ꝯria ſugge
rentes. vñ ait. [Nemo] .i. null⁹
homo ſiue iude⁹ ſiue gentil: ſub
ditus vel plat⁹: ideota vel phus.
[vos ſeducat] .i. a veritate quaz
audiſtis a nobis. ſ. q debet chri
ſtum imitari. ꝛ cetera ſupi⁹ poſi
ta vos ſeorſum in ꝯtrariā opinio
nē ducat. ꝛ hoc [inanib⁹ verbis]
id eſt inutilib⁹: ꝛ omi fructu va-
cuis. Uerba eni alia nō pñt ho-
minē ducere extra veritatē. Ideo
dico. Nemo vos ſeducat. qꝛ val
de periculoſuz eſt recipe ſeducto
res. ꝛ opari illa q ſupi⁹ ſunt per
nos ꝓhibita. [ꝓpter hec eni] id ē
ꝓpter verba inania a ſeductorib⁹
recepta. vl ꝓpter hec q ſunt ſupe-
rius ꝓhibita [venit ira dei] .i. ef
fectus diine iuſticie. q ē vindicta
ſeu pena eterna. ꝛ interdū tēpo-
ralis. Alio eni mō nō pōt intelli-
gi ira dei niſi q dicat ira ei⁹ effe-
ctus diuine iuſticie. Paſſio eni
ire in deo formalr cadere nō pōt
Uenit dico in pctōres aliqs fili
os diaboli. ſ. [filios diffidētie].
de qrum ſalute diffidim⁹. ꝛ qui
de ſalute ꝓpria diffidebāt. Sile
habet. ſ. ij. ca. Seqt [Nolite er-
go ꝛc]. vbi docet modū ꝯgruuz
cauendi deceptores. ꝛ ponit tri-
plicē cautelā. Prima eſt peſtiferi
ꝯſortij deteſtatio. Scda ē ſtatus
pteriti recordatio. Tertia ē pñtz

doni ꝯſideratio. Propter ꝓmuz
ſic ſe ꝯtinuans: dicit. venit. dixi
ira dei ⁊c̃. quia verba ſeductoꝝ
inania receperunt [ Nolite ergo fie-
ri participes eoꝝ ] ſcȝ eis ꝯſenti
endo. vel opa imitando. quoꝝ cõ
ſortium deteſtari debetiſ oĩno. qꝛ
ſi ſitis eorum ꝑticipes in culpa:
eritis et in pena Romañ. j. Qui
talia agũt ſunt digni morte. ⁊ nõ
ſolum qui faciunt: ſed etiã ꝗ con
ſentiunt facientibꝫ. Quantũ aũt
ad ſecundũ addit. ſic ſe ꝯtinuanſ
Nõ debetis eoꝝ eſſe participes:
ſed recordamini de ſtatu preteri-
to in quo aliqñ fuiſtis. ſ. añ ꝯuer
ſionẽ ad fidem. dicebat Paulus
Epheſijs. vel de ſtatu pnĩe dicit
eccl'ia penitentibꝫ [ Eratis enim
aliqñ tenebre ] id ẽ tenebroſi per
ignorantiã ⁊ malã vitã. eratiſ em̃
ſine luce fidei ⁊ ſapĩe in intellectu
et ſine calore caritatis in affectu.
ſine vigore ꝓbitatis in effectu. et
ſine colore honeſtatis in cõuictu
Peccatores em̃ ſunt ille tenebre ꝑ
figurã quas deus a luce diuiſit:
et appellauit noctem Geñ. j. ergo re
cordantes ſtatꝰ p̃teriti ad quẽ nul
lo mõ debetis reuerti nõ expedit
vobis ſeductoribꝫ aſſentire.

B Quantũ ad tertiũ ſubdit
[ Nunc autem lux in dño ] qſi di-
ceret ſtatus veſter p̃teritꝰ fuit mi
ſerrimus. ꝓpter quod nõ debetis
eũ repetere. fuiſtis em̃ tenebre. ſȝ
ſtatus veſter p̃ſens eſt nobiliſſi-
mus. quẽ nõ debetis dimittere ſe
ductoribꝫ acq̃eſcendo. vñ addit.

[ Nunc aũt lux in dño ]. i. facti e-
ſtis lucidi per donum grẽ que il
luſtrat intellectũ fide. inflãmat
affectũ caritate. eſt em̃ lux vehi-
culũ caloris. vigorat effectũ ꝓbi
tate. lux em̃ efficit hoĩem ſtrẽnu
um quẽ tenebre faciebant pigruȝ
colorat conuictuȝ honeſtate. ſine
luce em̃ colores non apparent. ergo
nẽ cum eſtis in gratia: eſtis lux.
Math. v. Uos eſtis lux mũdi.
Et. j. Joh. ij. Tenebre trãſierũt.
et lumen verum iã lucet. Signã
ter autem addit. ĩ dño. Tenebre
in nobis. lux autem ĩ dño. ait au-
guſtinus. Quia quod ſancti ha-
bent lucis ⁊ claritatis nõ habẽt
ex ſe: ſed ex dño. Ipe em̃ eſt lux ve
ra ⁊c̃. Joh. ꝓmo. Sequitur [ vt filij
lucis ⁊c̃. ] Ubi vltimo monet ꝙ
incedamus ꝑfecte vie ſtadiũ. Et
ꝓmo ponit ſuam monitõem. Se
cundo deſcribit ſanctã ꝯuerſatio
nẽ. ibi. [ Fructꝰ ] Dicit ergo. Ex-
quo eſtis lux in dño. ergo vt filij
lucis ] id eſt diuine gratie ⁊ ſapiẽ
tie [ Ambulate ] ſcilȝ de bono in
melius. ⁊ ſup. cauendo offendicu
la. quia ꝗ ambulat in die non of-
fendit. quia lucem mundi videt.
Johan. xj. ⁊ Prouerb. iiij. Juſto
rum ſemita quaſi lux ſplẽdens ꝓ
cedit ⁊c̃. Et certe debetis ſic am-
bulare ꝓpter ſummã decentiaȝ. q̃
eſt in ſanctitate vite. [ Fructꝰ em̃
lucis ] id eſt curſus vite ſc̃tẽ fru
ctuoſus [ eſt in omni bonitate ]
ſupple reſpectu dei. [ et iuſticia ]
ſupple reſpectu ꝓximi [ et verita-

M m

te ]id eſt ſanctitate vera. ſcilꝫ re-
ſpectu ſui. vel [bonitate ]cordiū
[iuſticia ]opeꝝ ꝛ [veritate] ver-
borum. Et hec omnia ſunt. vt cō
cludit eccl'ia [in chriſto ieſu dn̄o
noſtro ]id eſt in virtute et exēplo
ieſu chriſti domini nr̄i. Sic igit̄
hortat̄ nos ad incedendū per vi-
am iuſticie. di. vt filij lucis. et de-
ſcribit nob̄ ſummā ꝑfectionē con
uerſatiōis ſancte. dicēdo. Fructꝰ
eni̅ lucis ꝛc. Parꝫ ꝯcordia in
ter iſtā epl'am ꝛ euangeliū qđ ſcri
bit̄ Luce. xj. ꝛ incipit. Erat ieſus
eijciens demoniū ꝛc. Apl'us eni̅
in epl'a dicit nobis ꝙ ſimus imi
tatores xp̄i. illiuſ. ſ. cui dixit mar
cella ancilla Marthe in fine euā
gelij. Beatꝰ venter q̄ te portauit
ꝛc. Oſtendit aūt nobis euangeli
um ꝙ debemus xp̄m imitari in
quinqꝫ. Primo in expulſione de
monioꝝ. vt vicꝫ faciamus qđ in
nobis eſt. vt a nobis ꝛ ab alijs ex
pellant̄. Erat. inq̄t. Jeſus eijciēs
demoniū. Demones eni̅ ſunt p̄n
cipaliter illi ſeductores qui nob̄
illa mala ſuggerūt que per apl'm
in epl'a ꝓhibentur. Scđo in tol-
leratōe temptatoꝝ ꝛ ꝑſecutoꝝ in
ſtar chriſti. q̄ vt dr̄ in euangelio
Judeos qui temptabāt ip̄m. di-
cebantqꝫ eum in beelzebub eijce-
re demonia pacientiſſime tollera
uit. Tertio in ꝯfutatōe maligno
rū iſtar xp̄i q̄ iudeos ip̄ꝫ blaſphe
mantes: nō virtute potētie: ſꝫ rō-
nibꝫ confutauit. Quarto in rep̄-
henſione ſuperborum inſtar xp̄i
qui iudeos de ſeip̄is p̄ſumentes
occulte rep̄hendit. dicēs. ꝙ in ip
ſis reintrabat immūdus ſpiritꝰ
ꝛ ꝙ ip̄a nouiſſima hoīb꜄ peiora
ꝓpter ſuperbiam fiebāt. Quinto
in laudatoꝝ correctiōe inſtar xp̄i
qui illam mulierē ip̄m multum
laudantē. correxit. dicēs. q̄nimo.
beati qui audiunt verbuꝫ dei ꝛc.
Quam q̄deꝫ btītudinē nō perci-
piunt niſi illi qui ambulant vt fi
lij lucis. ꝛc. Ambulemus igit̄ vt
filij lucis vt optatum terminum
qui eſt beatitudo glorie attinge-
re valeamus. Amen.

## ¶ Feria ſecunda poſt Oculi

In diebus
illis. Naaman p̄nceps
milicie ꝛc. iiij. Regum
v. C Heſterna die monuit
nos eccl'ia per apl'm vt in oꝑati-
one bonoꝝ ꝛ declinatione malo-
rū imitemur exemplar oīm bono
rum. ſcꝫ dn̄m nr̄m ieſum chriſtū
Verū quia ip̄e fuit agnꝰ ſine ma
cula: nos āt oī die ſordes ꝛ macu
las ꝯbimꝰ impellēte nos fomite
cōcupiſcētie. ideo xp̄o Jeſu aliqua
liter ꝯformari non poſſumꝰ: niſi
nos cōtinue lauacro penitētie ex-
piemus. ꝓpter qđ in iſta ſecunda
feria hortat̄ nos pia mater eccl'ia
vt inſtar naaman leproſi qui ad
iuſſum heliſei lauit ſe in iordane
ſepties. ꝛ ſic a lepra eſt mundatꝰ
Sic ꝛ nos quos lepra ſpūal' vi-
cioꝝ ſepe occupat frequēter. ſm

iuſſum Jeſu xp̄i accedam⁹ ad lauacrum penitētie. in quo a lepra mundati poſſimus eſſe aliq̄ modo ꝯformes exemplari pfectiſſime ſanctitatis. Circa iſtā lectionē ſic ꝓcedamus. Primo em̄ ponamus ſenſum hiſtoricū ſiue lr̄alem. Scd̄o allegoricum ꝛ ſpūalē Tertio tropologicum ꝛ moraleʒ Quantū vero ad pmū q̄ttuor tāguntur. ſcʒ. Infirmitatis ſtatus ibi. Naaman. Scd̄o medicandi modus. ibi. Porro de ſyria. Tertio medicine virtus. ibi. Deſcendit ꝛ lauit. Quarto ſanati mun⁹ et curatiōis fruct⁹. ibi. Reuerſus qʒ ad virum dei. Circa pmū aūt ſciēdū ꝙ ſyria eſt quedā nobilis regio paleſtine ꝯtigua. cui⁹ metropolis eſt Damaſcus. Scd̄o ſciēdum ꝙ ille rex de quo hic agitur fuit Benedab. qui mlt̄a bella habuit cum regibꝫ iſrael. Prio quidem cum achab. qui bis debellauit eum. ꝛ ſecūda vice fuit cuʒ eo federat⁹. de quo fuit dn̄s q̄plurimū indignatus. iij. Regum. xx. Adhuc tertio pugnauit Achab ꝯ Benedab in ramoth galaad. vbi Achab īterfectus fuit. iij. Reguʒ xxij. Scd̄o pugnauit benedab cū Joram filio achab. ꝛ victus fuit iiij. Regū. vj. ꝛ. vij. Quē poſtea Azahel. qui ei in regnū ſucceſſit ſicut dic̄ io eph⁹ ſtrāgulauit. Iteʒ Tertio notandū ꝙ ille naaman qui dicit͛ hic pnceps militie. Forſan erat dapifer ꝛ pnceps coquorū. tūc em̄ tres dapiferi erāt maiores ī domibꝫ ꝛ curijs regū. vn̄de phutifare t̄r̄. ꝙ erat dapifer ꝛ pnceps coquoꝝ pharaonis. ꝛ de nabuſardan pncipe militie Nabuchodonoſor aliq̄n legit͛ ꝙ erat pnceps coquoꝝ. Dicit͛ ergo ſic. pmittente ecclīa [In diebꝫ illis] ſup. q̄n regnabat ſup iſrl' iorā filius achab. ꝛ ſup iudā iorā fili⁹ ioſaphat. ꝛ in ſyria benedab. ꝛ quādo heliſe⁹ ꝓphetabat in iſrl' p⁹ raptū ꝛ aſcēſum Helye. [Naaman princeps militie regis aſſyrioꝝ erat vir magnus apud dominuʒ ſuum. et honoratus. Per illum enim dedit dominus ſalutem ſyrie] Forſan ſapientia ſua prouidit Syrie de tritico contra famē grauiſſimam que fuit temporibus illis. Vel forſan per illum ꝑ cuius valorem et prudentiam ſyri debellauerunt aliquos hoſtes ſuos. [Erat autem vir fortis et diues: ſed leproſus] Poteſt autem dici ꝙ [erat vir magn⁹] mētali ſapientia [honoratus] ſeculari excellentia et populari reuerentia [Fortis] perſonali audacia et militari induſtria [diues] temporali opulentia [ſed leproſus] corporali miſeria. que omnia precedentia quaſi penit⁹ annullauit. Tangitur ergo hic duplex ſtat⁹ iſti⁹. ſcʒ excellētia prāt͛ et miſeria infirmitatis. Cōſequēter ponit͛ medicādi modus. cum additur [Porro de ſyria ꝛc̄] vbi circa modum medicandi hūc infirmum introducunt͛ ſepteʒ. ſcʒ.

Malignãtiſ turpe flagiciũ. Pu-
elle ſeruientis teſtimoniũ. Regiſ
blaſphemãtis imperiũ. Regis
formidãtis ſuſpiriũ. Prophete
ꝑnoſcentis vaticiniũ. Hois in-
dignãtis ſuſurriũ. Exercitus co
mitantis ꝯſilium: Quantũ ḡ ad
ꝑmũ dicit ⌊ Porro de ſyria egreſ
ſi fuerãt latrunculi. ⁊ captiuã du-
xerunt de terra iſrael puellã par-
uulam. que erat in obſequio vxo
ris naamã. Quantũ ad ſecundũ
addit. ⌊ Que ait ad dñam ſuam.
Utinã fuiſſet dñs me⁹ ⌋ ſup. naa
mã ⌊ ad ꝓpheta ⌋ .ſ. heliſeũ. q tũc ꝑ
excellentiã ꝓpheta dicebat ⌊ qui ē
in ſamaria ⌋ que ſup. erat metro
polis in regno iſrael. ⁊ nũc vocat
ſebaſten ⌊ ꝑfecto curaſſet euʒ a le
pra quã hʒ ⌋ Audiuerat em̃ puel-
le ꝙ heliſe⁹ inſtar helye nõ ſolum
p̄dicebat futura: verũ etiam opa
bat miracl'a D Quãtũ ēt ad
tertiũ ſubditur ⌊ Ingreſſus ē ita
ꝗʒ naamã ad dñm ſuũ ⌋ ſcʒ bene-
dab regē ſyrie ⌊ ⁊ nunciauit ei di.
Sic ⁊ ſic locuta eſt puella de ter
ra iſrael ⌋ Supponit eñ ꝙ vxor
dixerat viro verba puelle ⌊ dixit-
qʒ ei rex ſyrie. Uade mittã ⌋ ſup.
ꝑ te ⌊ litteras ad regē iſrl'. Qui
cũ ꝓfectus eſſet. ⁊ tuliſſet ſecũ de
cem talēta argenti. ⁊ ſex milia au
reos. ⁊ decē mutatoria veſtimen
toꝝ ⌋ que ſup. oĩa volebat dare ꝓ
precio ⁊ ſalario curatiõis ⌊ Detu
lit etiã lr̃as ad regē iſrl' ĩ hec ꝟba
⌊ Cum acceꝑis eplam hãc: ſcito
ꝙ miſerim ad te naaman ſeruuʒ
meum: vt cures euʒ a lepra ſua ⌋
Ecce blaſphemia ⁊ ſuꝑbia regis
ſyrie. Scribebat em̃ regi iſrabel
ſicut ſeruo ſuo. ⁊ habēti grãm ſa
nitatũ. Notandũ ꝙ iſte rex iſra-
el fuit Joram filius Achab ⁊ ie
ʒabelis ⁊ frater ochoſye. qui ante
ipm̃ ꝑ aliq̈t ãnos regnauerat. et
mortuus fuerat ſine filio. Frater
etiã erat athalie vxoris ioraʒ re-
gis iuda. ⁊ filiȷ̃ ioſaphat. quē po
ſtea ſimul cũ Ochiſya rege iuda
nepote ſuo interfecit iehu. qui ei
ſucceſſit in regno iſrael. Uide hi
ſtoriã. iiiȷ̃. Regum. Quantũ aũt
ad quartũ ſequit. ⌊ Cum qʒ legiſ-
ſet rex iſrael litteras: ſcidit veſti-
menta ſua. ⁊ ait. Nunq̇d de⁹ ſum
vt occidere poſſim et viuificare.
qꝛ iſte miſit ad me vt curem ho-
minē a lepra ſua. Animaduertite ⁊
videte quot occaſiones querit ad
uerſum me. ⌋ vt videlʒ illḋ qḋ pe-
tit faciaʒ. qḋ tñ nõ credit me poſ
ſe. ⁊ ſi nõ feceriʒ moueat ꝯtra me
bellum. Sequit quantũ ad qui-
tum ⌊ Quod cũ audiſſet heliſeus
ſcidiſſe ſcʒ regē veſtimēta ſua: mi
ſit ad eum dicens. Cur ſcidiſti ve
ſtimenta tua. veniat ad me ⌋ .ſ. na
amã vt curet ⌊ et ⌋ ſ. curat⁹. ⌊ ſciat
ꝓphetaʒ eſſe in iſrael ⌋ ꝓphetã ſup
ple qui nõ ſolũ futura p̄dicit ⁊ di
ſtantia cognoſcit: verũ etiã et mi
racula facit. Notandum ille heli
ſeus fuit fili⁹ ſaphat de abelpha.
⁊ fuit natus in galgalis. in cui⁹
ortu (ſcḋm magiſtrum in hiſtoria)
vna ex vitulis aureis acute mu-

gᷓt. Quod cum narratũ eſſet ſa
cerdoti in ieruſalẽ: diuino nutu
ait. Propheta natus eſt in iſrael
qui deſtruet ydola fuſilia deorũ.
Hũc arantem vocauit helias de
mãdato dñi. miſſo ſuꝑ eũ pallio
ſuo. iij. Regũ. xix. Qui ſtatim ꝓ/
phetauit. vt ait ioſephus. Super
iſtũ aũt reqeuit duplex ſpũs helye
id ẽ hñit ſpm̃ ad duo ſicͨ helias. ſ.
ad ꝑdicendũ futura. ⁊ ad facien/
dũ miracl'a. Uel dr̃ ſpũs duplex
id ẽ duplicatus ſm aliqͦs. q2 qua
ſi duplo plura miracl'a fecit qꝫ he
lyas. Ipe pallio helye iordanẽ di
uiſit. Ipe maledictõe ſua illos q̄
draginta duos pueros interfecit
Ipe etiã aq̄s iericho miſſo ſale ſa
nas fecit. De his vide. iiij. Re. ij
Inſuꝑ oleũ mulieris ſine additi
one augmentauit. Ipe etiã ſuna
mitẽ ſecundari fecit. Ipſe filium
eius mortuũ ſuſcitauit. Ipe col/
loqntidas. i. ſilueſtres cucurbi/
tas miſſa farina dulcorauit. Et
de paucis panibꝫ multos homi
nes ſatiauit. U de de his. 4. Re
gum. 4. Ipe nihilominꝰ leproſũ
ſanauit. Et Giezi ſanũ leproſum
fecit Ulteriꝰ ipo iubẽte ferꝝ ſuꝑ a
quas natauit. Ipoqꝫ orãte deus
oculos pueri aꝑeruit vt videret
montem plenum curribꝫ ⁊ equis
. i. exercitus angeloꝝ qui venerãt
in auxiliũ eius. ac ſeruos regis ſi
rie cecitate et auriſia ꝑcuſſit. iiij.
Regũ. vj. Ipſe etiã nõ ſolũ viuꝰ
ſuſcitauit mortuũ ſicut helyas:
ſed etiã mortuꝰ. ſicut legit̃. 4. Re
gum. ij. De iſto homine mortuo
qui ſtatim reuixit cũ oſſa tetigit
heliſei. quod ñ legit̃ de helya. He
liſeus etiã nõ ſolũ ꝓuidebat futu
ra ſicut helias: ſꝫ etiã ꝑſẽtial'r vi
debat multũ diſtãtia. ſicͨ vidit il/
lud quod fecit Gieſi cũ naaman
ſyro. Sequit̃. ] Uenit ergo naa/
mã cũ equis ⁊ curribꝫ ⁊ ſtetit ad
oſtiuꝫ domꝰ helyſei. Miſitqꝫ he
liſeus ad eum nunciũ. dicẽs. Ua
de ⁊ lauare ſepties in iordane. et
recipiet ſanitatem caro tua. atqꝫ
mundaberis E Quantum
vero ad ſextũ ſubdit̃. [ Iratus na
aman recedebat dicẽs. Putabã
ꝙ egrederet̃ ad me. ⁊ ſtãs inuoca
ret nomẽ dñi dei ſui ⁊ tãgeret ma
nu ſua locuꝫ lepre. ⁊ curaret me.
Nunqͩd nõ meliores ſũt albana
et farfar fluuij damaſci omĩbꝫ a/
qͦs iſrl' vt lauer in eis ⁊ munder ]
quaſi diceret meliores. Quantũ
ad ſeptimũ ſubiungit̃ [ Cũqꝫ ꝟ/
tiſſet ſe vt abiret indignãs ] ſuꝑ.
verſus ſyriam [ acceſſerũt ad euꝫ
ſerui ſui ⁊ locuti ſunt ei. Pater ⁊
ſi rem grandẽ dixiſſet tibi ꝓphe/
ta: certe facere debueras quanto
magis ] ſuꝑ. hoc leue debes face/
re qͩa nũc dixit tibi: lauare ⁊ mun
daberis ] Conſeqͩnter ponitur
alia pars ꝑncipalis vbi põit̃ me
dicine virtus [ Deſcendit ergo et
lauit in iordane ſepties iuxta ſer
monẽ viri dei. ⁊ reſtituta eſt ei ca
ro ſua ſicut pueri paruuli ] id eſt
facta eſt ſana ⁊ ſine omnis lepre
macl'a [ et mundatus eſt ] Notã

tandum ꝙ in iordane nõ erat ali
qua virtus abſoluta ſanatiua le
pre. ſicut nec in alijs fluuijs. ſed
virtꝰ diuina aſſiſtens aque ſana
uit illum. vt nõ ſolum cognoſce-
ret in iſrael: ſed etiã inter gentes
vnde ſtatim ſequit curati munꝰ
et curationis fructus. Munus
enĩ fidelis ꝯfeſſionis obtulit me
dico ſuo et curatori pncipali quẽ
agnouit eſſe verum deum. qꝛ nõ
ſolum curatus fuit ab infirmita
te corporis: ſed etiam ab infirmi
tate mentis. vñ dicit. Reuerſuſ-
qꝫ ad virum dei cũ vniuerſo co-
mitatu ſuo venit ⁊ ſtetit corã eo.
et ait. Vere ſcio quia nõ eſt deus
ĩ vniuerſa terra: niſi tm̃ dñs deꝰ
iſrael. Q, ãt ipe ſic crederet cor-
de ſicut ꝯfeſſus eſt ore: ptꝫ per il-
lud quod ſubdit in eodẽ capi. ꝗa
portauit ſecum de terra iſrael o-
nus duorum burdonũ vt ex ea al
tare faceret in quo ſacrificaret do
vero. Obtulit vero ꝓphete multa
munera ꝑcioſa. que tamen ꝓphe-
ta oĩno reſpuit. nolens vẽdere ꝓ
precio tempali ſpũale beneficiuꝫ
Giezi aũt puer heliſei eam grati-
am vendere voluit: ꝓpter quod le
pra naamã ei adheſit et ſemini e-
ius vſqꝫ in ſempiternũ. qđ nõ eſt
intelligendũ ſm magiſtrũ de fi-
lijs ſuis carnalibꝫ. quia hoc non
legit. ſꝫ de ſuis imitatoribꝫ. id eſt
de omnibꝫ qui vendũt ſpũalem
gratiã. quibꝫ ſemp adheret lepra
nõ quidẽ corpalis: ſed ſpiritual.
ſcꝫ peccati mortalis. Et nota lo-
quendo ꝓprie venditores ſpũali-
um dicuntur gyeſite ab iſto gye-
ſi ⁊ emptores dicuntur ſymonia
ci a ſymone mago. de quo Actuũ
viij. licet indifferẽter tam iſti ꝗꝫ
illi ſymoniaci appellent. F
Allegorice. Rex iſte ſyrie ſignat
diabolum. Interptat enĩ ſyria
ſublimis vel humecta. per ꝗ deſi
gnant duo pncipalia vicia. ſ. ſup
bia ⁊ luxuria. quibꝫ pncipalr dia
bolus in hominibꝫ dominat. Le
pra aũt ſignat originale peccatũ
et eſt morbꝫ infectiuus ⁊ heredi-
tarius. Naaman vero ſignat gẽ
tilem populũ. cui ante xpm non
fuerat ꝓuiſum de remedio cõtra
originale peccatũ. nec per fidem
parentũ. nec per circũciſionis ſa
cramentũ. Hic reſpectu populi
iudaici fuit magnꝰ in numero et
honoratus in mũdo. ſemp enim
habuit monarchiã. Fortis viri-
bus et diues terrenis opibus.
que oĩa attribuebat ydolis in ꝗ-
bus colebat diabolꝰ. Et iõ dicit
hic ꝙ erat honoratus apud do-
minũ ſuũ. i. diabolũ. Hic ꝗꝫtum
cunqꝫ magnus ⁊ ꝗꝫtũcunqꝫ pul-
cher exterius. interptat enĩ naa-
man pulcherrimꝰ: erat tñ lepro-
ſus. id eſt originali peccato infe-
ctus. et erat pnceps militie. quia
in ſolo gentili populo fuerũt mili
tes, qui ſeruierunt diabolo cõtra
deum. Vxor iſtius erat gẽtilitas
Latrunculi egreſſi de ſyria. i. de
regione diaboli deſignãt motus
inuidie ⁊ iracundie quibꝫ exati-

runt iudei ꝯtra xp̄m ⁊ apl'os ei⁹
Puella aūt de terra iſrael quam
iſti latrūculi poſuerunt in ſuitio
vxoris naaman: deſignat p̄edi-
cationē apl'icam quā iſti latrun-
culi. id eſt inuidia ⁊ iracūdia iu-
deoꝝ trāſtulerūt a iudeis ad gē-
tiles. ⁊ fuit poſita diuinit⁹ in ob
ſequiū gentilitatꝭ. vt ꝑ ipam cō-
uerteret ad fidem xp̄i. Un̄ dixit
Petrus iudeis in actib⁹ Act. 13.
Quia vos indignos reddidiſtis
verbo vite. ecce ꝯuertimur ad gē-
tes. Heliſeus aūt ſignat dn̄m ie
ſum xp̄m. Interp̄tat̄ eīn de⁹ me-
us ſaluator. Nō quid dixit pu-
ella iſta. i. p̄edicatio apl'ica vxori
naamā. i. gētiliū cui ſuiebat. Ec
ce. vtinā dominus me⁹. i. gentiliſ
ꝓplus fuiſſet. ſup. per fidem ⁊ de-
uotionē ad ꝓphetam qui eſt in iſ-
rael. id eſt ad xp̄m. ꝑfecto curaꝫ
euꝫ a lepra quā habet. i. ab origi
nali peccato ſiue culpa. Rex aūt
ſyrie. i. diabolus miſus fuit impe
dire curationē iſtam mittens gē
tiles n̄ ad xp̄m: ſed ad regem iſrl'
. i. ad doctores ſiue rectores do-
ctrie terrene. quoſdā ad p̄hos. q̄ſ
dam ad manicheū. quoſdā ad ar
rium. ⁊ quoſdam ad machome-
tū. Nō obſtante tn̄ hoc. venit na-
amam. i. gentilis populus ad ꝓ
phetam. id eſt ad xp̄m. ⁊ ipo iubē
te deſcendit ⁊ lauit ſe ſepties in
iordane. id eſt ad purgatōem pec
catoꝝ omnium ſubmiſit ſe ſacra
mento baptiſmatis, quod in ior
dane iniciū habuit, ⁊ ſic mun-
datus fuit. Mundatus aūt gen
tium populus nō ingratus me-
dico: ſed in ipſo ſolum recognſcēs
diuinitatē dixit. Uere ſcio q2 nō
ē deus niſi tm̄ dn̄s de⁹ iſrael. id
eſt ieſus xp̄s ¶ Moralr̄ āt
rex ſyrie ſignat diabolū. lepra ve
ro q̄ocunq3 pctm̄ mortale. Naa
man aūt quēcūq3 pctōrem mor-
tali pctō infectum. Hic eſt ma-
gnus ⁊ honoratus nō apud deū
ſed apud dominū ſuum. i. diabo
lum qui facit eum ſepe magnuꝫ
prudentia. honoratum popula-
ri reuerentia. fortem corꝑali po-
tentia. ⁊ diuitem tempali opulē-
tia. Qui quāuis ſm nomen ſuū
ſit pulcerrim⁹ coram mūdo: eſt
tamen ſꝑ leproſus corā deo Mi
lites autem qui ei ad peccata ſer
uiunt ſunt timor male humiliās
et amor male inflammans. Iſti
enim tenent eum in ſeruitute dia
boli ⁊ in bello ſpūali contra deuꝫ
Uxor illius eſt carnalis ꝯcupiſcē
tia. de qua quaſi generat peccata
omnia. Puella de terra iſrael ſi-
gnat eius animā. que apta nata ē
videre deuꝫ Latrunculi vero de
ſyria ſignant motus ſuperbie ⁊ ī-
uidie qui latenter rapiunt ani-
mam ipius hominis. ipſamq3
conſtituunt in ſeruitio vxoris ip
ſius Naaman. id eſt carnalis cō
cupiſcentie. Propter occultam
enim ſuperbiam deducitur ho-
mo ſepe ad manifeſtam luxuri-
am. Sed quid dicit iſta pu-

ella captiua viliſſime dñe ancilla Ecce vtinam dominus meus .i. peccator ipſe iuiſſet. ſcʒ per dolorem ⁊ ɔtritionē ad ꝓphetam. id eſt ad xp̄m. ⁊ curaret eū a lepra. id eſt a peccato. Et certe illaʒ curationē nititur impedire diabolꝰ mittens peccatores ad aliq̄s alios q̄ʒ ad xp̄um. vtpote ad hereticos ſeu ad pſeudo xp̄ianos. illi tñ qui ad xp̄m veniunt vtiqʒ curantur. Ipſo eñ iubente deſcendunt per humilitatē veram ⁊ lauant ſe in iordane ſepties. id eſt ad purgationē peccatoꝝ omniū ſbmittunt ſe ſacramento pnīe. qḋ p iordanē intelligiť. Interp̄tať eñ riuus iudicij. Penitētia aūt eſt riuus. quia hominē lauat. ⁊ riuus iudicij. quia per ipſam hō ſe iudicat. ⁊ iudicio eccl'ie ſe ſubmittit. et ſic pfecte mundať. q2 nō ſūt in mundo iſto aliqui fluuij ita medicinales ɔtra morbū pctī vt ē vera penitētia poſt baptiſmū. Peccator aūt mundatꝰ ⁊ factꝰ verꝰ penitens ɔfitetur. virtutē ⁊ miſericordiā ſui medici dicenſ. Vere ſcio quia nō eſt deus in vniuerſa terra: niſi dñs ieſus xp̄s. Ex his que dicta ſunt ſupius in expoſitione allegorica. Patet cōcordia inter iſtā epl'am ⁊ euangeliū quod ſcribiť Luce. iiij. ⁊ incipit. Dixerunt phariſei ad ieſuʒ. Hic eñ naaman leproſus qui venit p curatione ſua ad heliſeum. cui illuſerant pueri de iſrael. dicentes Aſcende calue. iiij. Regū. ij. ſignificabat gentilē populū qui pro ſanatōe ſpūali venit ad xp̄m. Eūdem etiā figurabat illa vidua ſareptana. que gentilis erat ſicͭ naaman. ad quā fuit miſſus helyas. iij. Regū. xvij. Chriſtus vēit ad gentes per doctrinā ap̄licam. et gentes venerunt ad ipm p fideʒ veram. Qꝫ autē in iſtis duobus factis hec figurata fuerūt: pʒ per euangeliū ſm intentionē chriſti. qui dicebat iudeis qui ipm non paſcebant: ſed perſequebanť. nec ipm audire volebant: ſed potius ei illudebant. Nō eſtis inquit digni q̄ faciam inter vos ſigna: ſʒ potius inter gentiles. ſicut helyas ſolum fuit miſſus ad viduaʒ ſareptanā. cum tñ tunc multe eſſent vidue in iſrael. ⁊ ſolus naaman leproſꝰ venit ad heliſeū. cuʒ tñ tē multi eſſent leproſi in iſrael Sic ad me venient gentes. ⁊ amplius venient. ⁊ tamē vos repellitis me. ⁊ amplius repelleťs me Nos igiť exemplo huius veniamus ad xp̄m: vt a lepra pctī mūdari valeamus. Quod nobis cōcedat ⁊c.

## Feria tertia poſt Oculi

IN diebus illis. Mulier quedam clamabat ⁊c. iiij. Re. 4

H Peccatū mortale nō ſoluʒ eſt anime immūdicia: verū etiam plaga dura. Ideo pctōr nō ſoluʒ indiget ɔtra ipm ſpūali lotiōe vt

expieť: ſed etiā ſpūali vnctione vt
cureť. ꝓpter qđ eccľia poſtq̄ȝ mo-
nuit nos heſterna die per heliſeū
in figura naaman lepꝛoſi vt acce
damus ad lauacrū penitētie pꝛo
expiatiōe immūdicie. hodie mo-
net nos per eundē in figura mu-
lieris vidue vt acquiram⁹ oleum
gratie pꝛo curatiōe plage. Circa
iſtā lectionē ſic ꝓcedamus. Pꝛio
em̄ ponem⁹ ſenſum litteralem. ꝛ
poſt ſenſum ſpūalem. Circa pꝛi
mū tria tanguntť. que circa illud
miracľm quod ꝓpheta fecit ī oleo
ſunt vidēda. Pꝛimū eſt. q̇d mo-
uit ꝓpheram ad faciendū miracu
lum. Scđo qualiter fecit mira-
culū. Tertio quid ſecutū fuit mi
raculū. Tanguntť ergo hic tria. ſ.
Neceſſitas mouēs. cū diciť Lmu
lier⅃ Claritas euidens. cum ſub
dit LCui dixit heliſe⁹⅃ Utilitas
ſequens. cū ſubdit Lvenit aūt il-
la⅃ Pꝛimo igiť tangitur neceſſi-
tas mouēs. ſ. ad faciendū mira-
culū. que fuit pauptas mulieris
vidue. cui⁹ duo filij debebāt ſer-
ui fieri pꝛo quodā debito qđ non
poterat ſoluere creditoꝛi. Diciť
ergo ꝑmittente eccľia LIn dieb⁹
illis⅃ regnantibꝫ in iudea Ioſa-
phat ꝛ in iſrael ioꝛam filio achab
et in ſyria benedab ac heliſeo in
regno iſrael poſt raptū helie pꝛe-
dicente futura ꝛ opante miracľa
LMulier quedā de vxoꝛibꝫ pꝛo-
phetaꝝ⅃ Fuerat em̄ vxoꝛ vni⁹ ꝓ-
phete. quem tñ Ieremias ſcꝑtoꝛ
libꝛi nō nominat Lclamabat ad
heliſeum dicēs. Seruus tu⁹ vir
meus moꝛtuus eſt. ꝛ tu noſti. q̇a
ſeruus tuus fuit timēs deū⅃ q̇a
ꝓfecto nō fuiſſet familiaris ꝓphe-
te niſi timereȝ deū. Nō em̄ fuerat
ſeruus ꝓphete naturalis. nec em
pticius. nec ꝯductiuus. nec iure
belli acq̇ſitus: ſed ex quadā humi
litate reuerentie. Sequiť LEt ec
ce creditoꝛ⅃ qui ſup. abſq̄ȝ pigne-
re crediderat ſibi vel filio ſuo ali
quā ſummā pecunie. taľ em̄ ꝓpꝛie
diciť creditoꝛ qui mutuat ſolum
ꝯfidēs in fide debitoꝛis Lvenit⅃
ſup. ad domū meā Lvt tollat du-
os filios meos ad ſeruienduȝ ſi-
bi⅃ ſup. quia nō poſſum⁹ ei ſolue
re qđ debem⁹. Notandū ꝙ iſti ꝓ
phete de quibꝫ hic agiť: foꝛſā erāt
de illis religioſis quos inſtituit
ſamuel ad laudandū deū. qui eti
am aliqñ ꝓphetabant ꝛ futura ꝑ-
dicebant. ſic̄ dicit mgr̄ ſuper illo
ver. j. Regū. x. Habebis obuiuȝ
cuneū. i. ꝯuentū ꝓphetaꝝ. Uñ in
ſcripturis ſacris ꝓpheta aliqñ dꝛ
ꝑdicatoꝛ futuroꝝ. ſic̄ Eſayas. de
quo Eccī. xlviij. ꝙ ſpū magno vi
dit vltima. Aliqñ inſpectoꝛ occľ
toꝝ ꝛ remotoꝝ. ſicut Helize⁹. de
quo diciť. iiij. Regū. v. ꝙ vidit ꝓ
ſentialiter illa que fecit Gyeſi. mľ
tum tñ diſtans ab eo. Aliqñ con
cētoꝛ eloquioꝝ. ſicut hic. ꝛ. j. Re.
vbi ſupꝛa. Num ꝛ ſaul inter pꝛo
phetas. Aliquādo expoſitoꝛ mi-
ſterioꝝ. vnde pꝛedicatoꝛ quilibꝫ
et ſcripture ſacre expoſitoꝛ: ꝓphe-
ta dicitur. iuxta illđ ꝑma ad Co-

rinth. xiiij. Qui ꝓphetat: eccleſiã
dei edificat. Vel dic ſm hebreos
ꝙ vir illius mulieris fuit Abdi-
as tercius quõdam quinquagena-
rius Ochozye. de quo. iiij. Regũ
pmo. qui ſpm ꝓphetie meruit ꝓ-
pter alimoniã ꝓphetarũ. propter
quã debitũ ꝯxerat et vxorẽ oppſ-
ſam dimiſerat ere alieno. Hec ma
giſter in hiſtoria. Sequitur ſecũ
da pars vbi ponitur claritas mira
culi. Et tanguntur hic quattuor. ſcilꝫ
Prophete queſtio. Mulieris re
ſponſio. Prophete iniunctio. Mu
lieris executio. I Quantuꝫ
ad pmum dicitur [ Cui dixit hely-
ſeus. Quid vis vt faciaꝫ tibi Dic
mihi: quid habes in domo tua.
At illa reſpondit. Non habeo an
cilla tua quicꝗ in domo mea ni
ſi parum olei quo vngar ] Unge
bant enĩ ſe tunc tempis homies
cõtra eſtum et terre calorem nimi
um vt refrigerarẽtur [ Cui ait. Va
de et pete mutuo ab omĩbꝫ vici-
nis tuis vaſa vacua nõ pauca ] di
xit [ mutuo ] nõ quidem furto vel
rapina [ et ingredere ] ſup. in do-
mũ tuã [ et claude oſtiũ tuũ cum
intrinſecus fueris tu et filij tui. et
mitte inde ] id eſt infunde de tuo
paruo oleo [ in omĩa vaſa hec ] .ſ.
que tibi fuerit mutuata [ et cum
plena fuerit tolles ] ſup. ꝓ tua vti
litate. et debiti tui ſolutõne [ Iuit
itaqꝫ mulier et clauſit oſtiũ ſup ſe
et ſup filios ſuos. Illi offerebãt
vaſa et illa fũdebat ] .i. portionẽ
aliquã ſeu guttaꝫ de oleo ſuo mo
dico in vas quodlibet ponebat. et
ſup. ꝓphete meritis ac virtute di-
uina cõpatiẽti paupertati vidue
et ꝓphetã ſuũ clarificante: tm̃ cre
ſcebat oleũ donec vas quodlibet
implebatur. Sequitur [ cum plena
fuiſſent ] ſup. omnia vaſa mutua
ta [ dixit ad filiũ ſuum. Affer mi
hi adhuc vas. At ille reſpõdit. nõ
habeo. ſtetitqꝫ oleũ ] id ẽ nõ creuit
amplius. qꝛ nõ fuit receptaculũ.
Notaꝗ miracula que ſũt opa con
tra curſum nature ſolitũ ſolum-
mõ opatur vis diuina. attribuuntur
tñ ſanctis. quia ipi merẽtur vt fi
ant. Nota etiã ꝙ illud miraculũ
voluit deus facere in oleo. tuꝫ quia
mulier nihil aliud in domo ſua
habebat. tum qꝛ voluit ꝙ diſcipu
lus eſſet magiſtro ſuo. ſcilꝫ helye
ſimilis. qui etiam fecerat miracu
lũ in oleo. iij. Reguꝫ. xvij. Tum
etiam quia cum feciſſet miracu-
lum in aqua. iiij. Regum. ij. et fa
cturus eſſet miraculum in pane.
iiij. Regum. iiij. voluitꝗ faceret
in oleo. Hec enĩ tria requirebã-
tur ad vitam homĩs in veteri te-
ſtamento. et cetera vide ſingula.
In his etiam tribꝫ fecerat mira-
cula helyas. vt patꝫ ſupra. Non
enĩ legitur in veteri teſtamento mi-
raculum factum in vino. cum ta
mẽ in ipo fecerit pmũ chriſtus in no
uo teſtamento. tum etiã quia nõ
ſolum voluit deus oſtendere vir
tutem ſuam in veteri teſtamẽto
in pductione alicuius de nihilo:
imo etiam in augmẽtatione vni
us rei abſqꝫ additione alterius.
K Sequitur tertia pars vbi tã

giť vtilitas miracl'uꝫ ꝯñs. vñ di
citur ⌊ Uenit illa ⁊ indicauit ho⸗
mini dei ⌋ Ecce ꝙ heliſeus nõ ſo
lum dicebať ꝓpheta dei ꝓpter cla⸗
ritatẽ ſapiẽtie: ſed etiam hõ dei ⁊
vir dei. infra eodeꝫ. ꝓpter ſanctita
tẽ vite ⌊ Et ille vade inqͭt ⁊ vẽde
oleum ⌊ id eſt partem olei ⌊ ⁊ ⌋ .ſ.
ð predicto ⌊ redde creditori tuo ⌋
ſup. quod ei debetur ⌊ Tu autem
et filij tui viuite de reliquo ⌋ ſup.
ip̃m cõmutando: vel in vſus ve⸗
ſtros expendendo. Sp̃ual'r autẽ
dicendum ꝙ iſta mulier ſig̃t ec⸗
cleſiam. Ip̃a nanqꝫ eſt illa muli⸗
er de qua dicitur Prouerb. xxxj.
Mulierẽ fortem quiſ inueni. ⁊c.
Et infra eodem. Mulier timẽs
deum ip̃a laudabitur. Heliſeus
aũt hic ſignat deum patrẽ vel de
um trinitateꝫ. Inter p̃tať em̃ de⸗
us meus. ⁊ ip̃e eſt deus deorum
vt in ps̃. Uir autem iſtius muli
eris ſignat xp̃m hoĩem. Ip̃e eniꝫ
ſm ꝙ homo fuit ꝓpheta clarita⸗
te ſapientie. ille quidem ꝓpheta ð
quo dixerat moyſes Deute. xviij.
Prophetã ſuſcitabit vobis deuſ
de ſrĩb9 vr̃is. Et ille de q̃ dixeṙt
illi homines Luc. vij. Propheta
magn9 ſurrexit in nobis. Fuit eti
am ſm ꝙ homo ſeruus heliſei. id
ẽ dei ĩferioritate nature. Dei em̃
filius cũ aſſũpſit humanitatẽ. aſ
ſumpſit formã ſerui. Philip̃. ij.
Eſt em̃ iſte ſeru9 de quo dixit de
us Eſaye. lij. Ecce intelliget ſer⸗
uus meus exaltabitur et eleua⸗
bitur ⁊ ſublimis erit valde. Ipſe
em̃ ſm ꝙ homo eſt vir. id eſt ſpõ
ſus eccleſie ꝯformitate nature. ⁊
coploſitate gratie. Nam ip̃e ſm
ꝙ homo eſt ꝯformis eccleſie in
natura. et eſt caput eiuſdẽ. ſic ple
num gratia ꝙ redundat in totuꝫ
corpuſ miſticũ. quod eſt eccleſia
ip̃amqꝫ ſp̃ualiter fecũdat Eſt nã
qꝫ ille vir de quo diciť Prouerb.
vltimo reſpectu eccleſie. Confi⸗
dit in ea. id eccl'ia. cor viri ſui. id
eſt chriſti. Et infra eodẽ. Nobil'
ĩ portis. i. in locꝭ iudiciarijs. vir
ei9. id eſt xp̃s. quãdo ſederit cũ ſe
natoribꝫ terre. i. cum apoſtolis.
Ip̃e em̃ inter omnes nobilior ap
parebit. Ip̃e etiã ſm ꝙ homo fu
it timẽs deum: humilitate et ſub
iectione filialis reuerẽtie. De ip
ſo nempe dictũ fuerat illud Eſa
ye. xj. Replebit eum ſp̃us timorꝭ
domini. Ip̃e inſuper ſm ꝙ hõ fu
it mortuus acerbitate pene. ⁊ ſic
dimiſit eccleſiam viduam ⁊ ſue
corporalis p̃ſentie ſolatio ðſtitu
tam. Nam ip̃e diť Apoc̃. p̃mo. c.
Sum viuus et fui mortuus. Fi
lij autem huius mulieris quos
de iſto viro ſuſcepit ſunt omnes
iuſti in vtroqꝫ ſexu. Ita ꝙ prim9
ſignat innocentes. ſecundus pe
nitentes. vel primus ſignat con⸗
tinentes. ſecundus nubentes vł
primus actiuos. ſecundos con⸗
templatiuos. vel primus maio⸗
res prelatos. ſecundus vero mi⸗
nores. qui q̃uis ſint ſponſi ec⸗
cleſie inquantum ipſi ſunt prela
ti; ſunt tamen filij inq̃tũ xp̃iani.

Iſti ſunt illi filij dei. de quibus dicitᷣ Joh.pmo. Qui nõ ex ſan-guinibꝫ ⁊c̃.ſeqᷓᷣ.ſ ex deo nati ſũt Nõ em̃ generatio iſtoꝝ filioꝝ in q̃ꝫtum hm̃oi eſt humana: ſed di-uina.nõ carnalis: ſed ſpũalʼ. Cre-ditoꝛ aũt hꝰ mlʼierꝫ qui conatᷣ fi-lios eius ſeruos ſuos facere: ẽ ip-ſe mundus. qui credit ecclʼie bõa ſua tempalia.ſcꝫ cibum potum ⁊ veſtitum.quibꝫ ip̃a coꝛpalʼr eget Propter iſta vero bona tempa-lia conatᷣ mundus filios ſuos.ſ. eccleſie ſeruituti ſue subijcere. vt ſic ei ſeruiãt q᷑ de deo nõ curent. ſic ſollicitentᷣ ꝓ mũdanis q᷑ om-nia celeſtia ſpnant. Sꝫ q̇d.mlʼier iſta clamat ad heliſeũ.i. ecclʼia af-fectuoſe rogat deum. dicẽs. Sic tranſeamꝰ ꝑ bona tꝑalia vt non amittamꝰ eterna. Et iteruꝫ. Fac nos ꝓ amoꝛe tuo ꝓſpera mũdi de-ſpicere.⁊ celeſti ſemꝑ ꝯſolatione gaudere. Deus aũt loquẽs ei ad coꝛ dic̃ ſibi Quid vis vt faciã tibi quid habes in domo tua. At illa. Non habeo.inq̇t ancilla tua niſi parũ olei quo vngar. Ubi nota q᷑ domꝰ huiꝰ mulieris.i.militã-tis eccleſie eſt ip̃a materialʼ eccĩa. in qua om̃es filij ecclʼie audiunt diuina.⁊ offerũt ſacrificia.⁊ con-fitentᷣ peccata.⁊ ꝑcipiunt ſacram̃-ta. Iſtud aũt parũ olei quod eſt ĩ iſta domo ꝑ vnctiõe mulieris ſi-gnat ſacr̃alem gratiã:que vt plu-rimũ in materiali ecclʼia miſtratᷣ. Hec ad modũ olei purgat inte-rionẽ viſum,curat ſpũalẽ moꝛbũ lenit doloꝛẽ aduerſitatũ.⁊ refrige-rat caloꝛẽ cupiditatũ.ac ꝑ hec le-tificat animã ⁊ ꝯſolatᷣ. Propter quod dicitᷣ xp̃o ⁊ ecclʼie in pſ̃. vn-xit te deus deus tuuſ oleo leticie Et certe iſtud oleũ gratie qꝺ ẽ in p̃ſenti ecclʼia:licet in ſe magnum ſit.⁊ ad magna valet. modicum tñ eſt reſpectu olei triumphãtis ecclʼie.qꝺ erit gr̃a ꝯſũmata.

¶ Sed quid vltra dicit deꝰ mulieri.i.ecclʼie. Certe q᷑ petat a vicinis ſuis vaſa multa ⁊ vacua et q᷑ intret domũ ſuã cũ filijs ſu-is.⁊ clauſo oſtio ip̃i vaſa offerãt et ip̃a infundat oleũ donec ĩpleã-tur. Ubi notandũ q᷑ om̃es vicini iſtius mulierꝫ ſũt om̃es ſecte in-fideliũ. vtpote. paganoꝝ.hereti-coꝝ.⁊ ſciſmaticoꝝ. Sũt etiã ſui vicini oẽs xp̃iani qui ſũt in pctõ moꝛtali. Et vere iſti ſũt vicini ec-cleſie.qꝛ ſunt ei ꝯfoꝛmes in natu-ra.⁊ habẽt naturalẽ aptitudinẽ vt ei ꝯfoꝛmetᷣ in gr̃a. Iſtaꝝ vi-cinarũ vaſa ſunt earũ coꝛda. que vtiqꝫ multa ſunt.ſed ſtultoꝛũ in-finitus eſt numerus. Eccẽs pꝛio Et vacua ſunt.ſcꝫ oleo gr̃e.figu-rantᷣ enim per vaſa ſtultarum v-ginum que non ſumpſerunt ole-um ſecum. Matth.xxv. Quid g̃ debet facere mulier iſta.id ẽ eccle-ſia. Certe debet petere ab om̃ibꝫ vicinis.id eſt ab omnibus pecca-toꝛibꝫ ſiue ſint chꝛiſtiani ſiue in-fideles vaſa.id eſt ipſoꝛum coꝛda vt in ip̃is ponat ſacramentalem gratiam. vt tandẽ per glʼiam ĩple

antur. Hec aũt vaſa debet pete-
re eccl'ia per doctrinã fidelẽ ⁊ ſan
ctam p̄dicatõem. exemplarẽ vitã.
et ꝟtuoſam oꝑationẽ. Sic eĩm pe
tiuit vaſa in p̄ncipio per apl'os et
alios ſanctos viros. ⁊ inuẽit mł'
ta. que ſacramẽtali gr̃a ſupꝑfudit
Sed quid vlteriꝰ. mulier debet
intrare cũ filijs ſuis. id eſt iuſtis
ꝑſonis ſupꝑius deſcriptis. domũ
ſuã. i. materialẽ eccleſiã. ⁊ clauſo
oſtio. i. facta ꝓhibitiõe ne aliquis
infidelis vel excõmunicatus ⁊ ꝑ
ſniãm eiectus introeat. Eſt eniꝫ
oſtium huius domꝰ fides vera ⁊
auctoritas apl'ica. Debet etiam
claudi oſtiũ. id eſt fieri iſta ꝓhi-
bitio. quia mali hoĩes ⁊ ꝑfidi ip
ſam mulierẽ eiuſqꝫ filios in ſuis
actibꝰ impedirent. Quid vlteriꝰ
filij eccleſie debent offerre vaſa. i.
peccatoꝝ corda. Tunc aũt ea of
ferunt: cum ꝓ ipſis deuotas p̄ces
in materiali eccleſia fundũt. Sꝫ
mulier dꝫ effundere oleũ in vaſa
id eſt ſacr̃alem gr̃am in aĩabꝰ ho
minũ. Qđ q̇dem facit nõ princi
paliter. qꝛ hoc ſolius dei eſt. ſed
miſterial'r. quãdo ſcꝫ per ſacerdo
tes ſuos miniſtrat ſacramẽta. Sꝫ
quid vlterius. qñ iſtud oleũ ĩ va
ſis eſt poſitum ꝑ eccl'ie miniſte-
riũ: per bonũ vſum eius augmẽ-
tatur diuinitꝰ donec venit ad ple
nitudinẽ. i. donec ip̄a vaſa ꝑ glo
riam impleant̃. qꝛ ſm Augu. ca-
ritas meret̃ augeri: vt aucta me-
reat̃ ⁊ perfici. Vaſa aũt oĩa per
eccleſiam petita ⁊ ꝑ filios oblata
et per eius miſteriũ oleo ſupꝑfuſa
nõ implebunt̃ vſqꝫ ad diẽ iudicij
et tũc ſtabit oleũ. qꝛ gratia ampli
us nõ creſcet. ſtatus eĩm merendi
tunc deficiet. Vñ ſi tunc dicat ec
cleſia filijs ſuis. Affer mihi ad-
huc vas. Rñdere poterit. Non
habeo. qꝛ tunc oẽs electi iſto oleo
erunt pleni. ſtabitqꝫ tunc oleum.
Et nunc qꝛ filij eccleſie ſũt negli
gentes ad offerendũ iſta vaſa: id-
circo etiã nunc ſtat oleũ. i. nõ eſt
tanta copia gratie quanta fuit in
p̄ncipio qñ p̄mi fideles fuerunt
ſumme ſolliciti de petẽdo. de offe
rendo. ⁊ de ꝑfundẽdo vaſa. Tũc
nãqꝫ oleũ creſcebat: nũc aũt ſtat:
imo decreſcit. Sꝫ quomõ ſoluet̃
creditori. Certe in die iudicij qñ
erunt plena vaſa: optime ſatiſfa-
ciet mũdo. qꝛ oleũ gratie tunc re
dundabit in hũana corꝑa q̄ quo
dãmodo mundo credidit. Naꝫ
tunc fulgida. ſubtilia. agilia. ⁊ i
paſſibilia fient. Redundabit eti
am tũc in alia mũdana corꝑa. qꝛ
fulgebit luna ſicut ſol. ⁊ ſol ſeptu
plũ q̄ꝫ nunc fulgeat. Eſaye. xxx. c.
Ignis etiã ꝯflagratõnis efficiet
elemẽta puriora. Sic igit̃ ſatiſ fi-
et creditori de iſto oleo. Mulier
aũt et filij viuent de reliq̄. ſcilꝫ ꝑ
intellectũ deum clare videntes. et
per affectum ip̄o ꝑfectiſſime fru
endo. ⁊ h̄ ꝑpetuo ⁊ ſine fine. Poſ
ſet etiam dici ꝙ iſta mulier ſigni
ficet animã. Filij eiꝰ ſignãt intel-
lectum et voluntatem. domꝰ au
tem ſua eſt militans eccleſia. Ce

terã nõ mutant᷑. Patet autem concordia inter iſtam epl'am ꝛ euangelium quod ſcribit᷑ Math. xviij. Reſpiciens Jeſus diſcipulos ſuos ꝛc̄. Jn iſta eñ lectõe agitur de oleo. quod figurat caritatem. ꝛ diuinã gratiam. Caritas autem ſe oſtendit reſpectu proximi in exhibitione beneficiorum. maxime ſpũaliũ. inter que vnum de ꝑncipalibꝫ eſt correctio fraterna. benigna ꝛ ſecreta. de qua xp̃s dicit in ꝑncipio euãgelij. Si peccauerit in te frater tuus ꝛc̄. Jnter que etiã vnũ de ꝑncipalibꝫ eſt remiſſio offenſe. de qua agit᷑ ĩ fine eiuſdem euãgelij. cũ dixit Jeſus petro. Dimitte ei. nõ dico tibi ſepties: ſed vſqꝫ ſeptuagies ſeptieſ id eſt ſemꝑ. Nec mirũ ſi hoĩes ex caritate ſe corripiunt mutuo et remittunt ſibi offenſas. quia et deus ex caritate ſumma ſoluit in celo ſoluta in terris per homineſ et exaudit bonas eorum volũtates in medio eorum exiſtẽs. ſicut euangelium dicit. Placeat igit᷑ ſibi ꝙ nos in terris ſolutos ſoluat in celis. Amen.

## Feria quarta poſt Oculi

Hec dicit dominꝰ deꝰ. Honora prẽ tuum ꝛ matrẽ tuã. Exodi. xx. M. Ut ꝯformemur ꝑfectius xp̃o exemplari bonorum oĩm veraciſſimo. iuxta ſalubrem ſuaſionem quã fecit nobis ap̃lus in ꝑſona matris eccleſie. Jn hac dñica immediate ꝑterita. dicẽs. Eſtote imitatores dei ꝛc̄. Monuit nos eadem pia mater eccl'ia ſecunda ꝛ tertia feria nũc ꝑcedẽtibꝫ lauari frequentius lauachro penitẽtie ꝯtra peccati immundiciã. ꝛ vngi oleo gratie ꝯtra peccati plagam. Uerũtamẽ qꝛ ſm Ambroſiũ: peccatũ eſt dictũ vl' factũ vel ꝯcupitum qḋ eſt cõtra legem dei. Jõ in iſta quarta feria mõet nos ad obſeruãtiã ꝑceptoꝝ moralium diuine legis. que ꝓhibẽt omne pctm̃ qḋ cõmitti poteſt cõtra deum ꝛ ꝓximũ. ſiue ore. ſiue oꝑe. ſiue corde. ac etiaꝫ ꝑcipiunt omne illud ad qḋ obligatus eſt: de neceſſitate ſalutis omnis hõ. vt ipm̃ exhibeat deo ꝛ ꝓximo corde. oꝑe. ꝛ ſermõe. Poſtqꝫ igitur monuit nos expiari criminibus hic monet nos exerceri in bonis oꝑibꝫ. quibꝫ ꝑcepta legis moralia obſeruant᷑. Nõ eñ ſufficit mala nõ agere niſi quis ſtudeat bonis oꝑibꝫ inſudare. ſic̄ dicit Gregorius in omelia. Dicit ergo premittendo ad maiorẽ ſui dicti firmitatẽ ꝛ vt xp̃iãi ꝑl'i reddant᷑ l' efficiant᷑ ꝓmptiores ad obſeruantiã ſequentium [Hec dicit dominus deus] ſup. q̃ ſunt valde autentica ꝛ vtilia. quia vt dicit᷑ Eccleſiaſti. xxiiij. Hec omnia libꝫ vite. et teſtamentum altiſſimi. ꝛ agnitio veritatis [dicit] ſupple ille cuius dictum ſemꝑ eſt verum poſſe ſũmũ. velle optimũ. qꝛ ipẽ

eſt dominus deus [Hec] inquit
[dicit dominus deuſ] Ad cui
dentiam autē iſtius lectiōis ſunt
aliqua p̄mittenda. Primū eſt ꝙ
filiȷ̄ iſrael fecerunt duodecim mā
ſiōes ab exitu egipti vſq; ad mō
tem ſynay. ita ꝙ illa quā fecerunt
in ſolitudine ſynay: fuit duodeci
ma. quā cū facerent quinquage⸗
ſimo die a phaſe celebrato ī egy⸗
pto ⁊ q̄rto die mēſis tertȷ̄. id ē iu
niȷ̄ fuit eis data lex. audiēte toto
populo. Data q̄dē verbo ex ore
dei quā moyſes p̄ter decalogum
in ſcripto poſuit. Poſtmodū ve
ro duodecimo die eiuſdē menſis:
eundē decalogū deus ip̄e in tabu
lis lapideis exarauit. Secundū
eſt ꝙ triplex dicit̄ lex. ſ. lex nature
moyſi ⁊ euangeliȷ̄. Prima ē hūa
ne menti imp̄ſſa naturalr̄. ſic dic̄
apl'us Romā. ȷ̄ȷ̄. Scōa fuit exara
ta in lapide ⁊ ī codice lr̄al'r. Ter
tia fuit ſcripta ⁊ q̄tidie ſcribitur
in cordib⁹ fideliū. Tertiū eſt ꝙ ſi
cut lex euāgeliȷ̄ ꝯtinet̄ ī lege moy
ſi. implicite eñ eſt in ea ſicut ro⸗
ta in medio rote. ſic vtraq; ꝯtinet̄
implicite in lege naturali. Vnd̄
oīa que ſunt in lege moyſi ⁊ in
lege euangeliȷ̄ ſunt vel explican⸗
tia vel determinantia legē natu⸗
ralem. vel adminiculantia ad ei⁹
obſuātiā pleniorē. Quartū ē ꝙ le
gi naturalis eſt vnū primuȝ pre
ceptum. ſcilicȝ bonum eſſe dili⸗
gendum. hoc eniȝ dictat oīm ho⸗
mini iudicium ſeu iudicatoriuȝ
naturale. Iſtud autem quia mul
tum eſt generale: explicatione in
diguit. ſm ꝙ duplex eſt bonum.
ſcilicȝ increatum. quod eſt deus
et bonum creatum. quod eſt pro
ximus. ꝓpter quod fuit explicatū
per duo precepta dilectōnis. dei
ſcilȝ et proximi. que p̄mo fuerunt
poſita in lege Moyſi: Et Deute
ro. vj. dicitur. Diliges dominuȝ
deum ⁊c̄. Et Leuitici. xix. Dili⸗
ges amicum tuum. id eſt proxi⸗
mū tuum. ſicut teip̄m. Exp̄ſſius
au. ē ponunt̄ in euangelio Mat
thei. xxȷ̄ȷ̄. cap̄. vbi ſub noīe ꝓximi
expreſſe monemur etiā inimicuȝ
diligere. ſicut patet Math. vj. c.
¶ Adhuc quia p̄mū de dile⸗
ctōe dei erat multū generale: ex⸗
plicatione indiguit. ſm q̄d deus
d̄bet diligi ſic: vt ſue maieſtati ex
hibeat̄ debita reuerētia. vt ſue ve
ritati nō inferat̄ iniuria indebita
et vt ſue bonitati p̄paret̄ habita⸗
tio ſctā. Et iſta explicatio fit per
tria precepta decalogi. que dicū
tur precepta prime tabule. De q̄⸗
bus Exodi vbi ſupra. Preceptū
etiam de dilectōne proximi mul
tum erat generale: īdeoq; explicati
one indiguit. ſm quod quilibet
debet facere proximo quod vel⸗
let ſibi per eum fieri. et non de⸗
bet ſibi facere quod nollet ſibi fi⸗
eri. Et iſta explicatio fit per duo
precepta. quorum primum po⸗
nitur Thobie quarto cap̄. et eſt
negatiuum. videlicet. quod ab a⸗
lio oderis tibi fieri: vide ne tu al
teri facias. Aliud aūt ē affirmatm̄

et ponit̃ Luce.vj.put vult̃ vt fa
ciant vobis homines:⁊ vos eadẽ
facite illis.ait ſaluator. Adhuc e
tiam iſta ſunt generalia.qꝛ q̃uis
omni ꝑrimo teneamur honorem
⁊ beneficiũ:plus tamẽ quibuſdã
q̃ꝫ alijs.puta parentibꝫ Jtẽ qꝛ mł
tis modis infert̃ iniuria ꝑrimo.
ſcꝫ corde.ore.⁊ ope. Opere etiaꝫ
multis modis.qꝛ vel in ꝑſona ꝓ
pria.vel in ꝑſona ꝯiuncta.vel in
tꝑali ſubſtantia.iõ hec omnia ex
plicata fuerunt. Fit vero iſta ex/
plicatio per ſeptem p̃cepta deca/
logi.que in iſta lectiõe ponuntur
et dicunt̃ p̃cepta ſecunde tabule.
Cetera vero om̃ia que ꝯtinentur
in lege Moyſi vel etiã euãgelij:
ſunt quedam determinatiões p̃/
ceptoꝝ huius explicantiũ legem
naturalẽ.vt erant cerimonie.⁊ ſa
cramenta in lege Moyſi.⁊ ſicut
ſunt articuli fidei ⁊ ſacramẽta in
lege euãgelij. Determinat em̃ q̃/
liter quãdo ⁊ vbi debet exhiberi
deo reuerẽtia.⁊ impendi ꝑrimo
beneficia. Uel ſunt quedã admi
niculantia ad p̃dictoꝝ plenioreꝫ
obſeruantiã.ſicut ſunt in vtraqꝫ
lege iudicia ⁊ ꝯſilia:exhortatiões
cõminatiões.⁊ ꝓmiſſiões. Quin
tũ eſt ꝙ p̃cepta explicantia legem
naturalẽ que dicunt̃ moralia.qꝛ
immediate ſe habẽt ad ipam:idõ
ſemꝑ manent.⁊ ſũt eadẽ apd̾ oẽs
et ab initio humani generis obli
garunt omnẽ hoiẽm.⁊ obligabũt
ſemꝑ. Uñ nõ fuerũt euacuata ꝑ
legem euangelicã:ſed adimple/
ta ⁊ declarata.ſic pꝫ Math.v.vj
et.vij. Nõ aũt ſic eſt de p̃ceptis de
terminantibꝫ ⁊ adminiculãtibꝫ.
qꝛ nõ ſic ſe habẽt imediate ad le/
gem naturalẽ. Uñ cum tꝑe gra/
tie fuerit neceſſaria ꝑfectior d̾ter
minatio et efficacior adminicula
tio:aduenĩẽte aũt qđ ꝑfectuꝫ eſt:
debet euacuari qđ impꝑfectum eſt
Jõ ꝑ legem euãgelicã fuerũt illa
omnia q̃ erant in lege veteri:eua
cuata.⁊ in alia magis vtilia cõ/
mutata. Sextũ eſt ꝙ ſcr̃iptura de
calogi in duabꝫ tabulis.d̾ quibꝫ
habet̃ Exodi.xxiiij.dupł̃r intelli
git̃. Uno mõ ſ̃m ſenſum lr̃alem
Alio mõ ſ̃m ſenſum ſpũalẽ. Se/
cundũ autem ꝓmũ ſenſum ſic di
xit ioſephus q̇ fuit hiſtoriog̃phꝰ
ꝙ q̇nqꝫ fuerunt in vna tabula.et
quinqꝫ in alia.ſic em̃ fuit ad lr̃aꝫ
⁊ ſ̃m v̾itatẽ q̃libet tabula duas
habebat ſuꝑficies:⁊ in qualibet
ſuꝑficie fuer̃t ſcripta duo ⁊ dimi
diũ.⁊ ſic in q̃ttuor fuerũt ſcripta
decem. Scđm aũt ſenſum ſpũa/
lem adhuc poteſt conſiderari il/
la ſcriptura dupł̃r.ſ.materiał̃r ⁊
formaliter. Uñ Origines ꝯſide
rans p̃cepta materiał̃r dixit q̃ttu
or eſſe in vna tabula.⁊ ſex in alia.
Diſtinxit em̃ ꝓmũ p̃ceptũ prime
tabule in duo.ꝓpter multas nega
tiones q̃ ſunt in ꝓmo.ſ. Non ha
beb deos ⁊c.⁊ nõ facies tibi ſcul/
ptile ⁊c. Precepta vero de nõ cõ
cupiſcendo dixit eſſe vnũ.eo ꝙ ñ
ẽ ibi ſ̃m materiã niſi negatio vna
Auguſti.aũt ꝯſiderans ratões

formales: dixit precepta ꝑme ta-
bule eſſe tria. ſecunde tabule vero
ſeptē. Quāuis eni in ꝑmo prece-
pto prime tabule ſint multe ne-
gationes. nō eſt tñ in eis niſi vna
formalis rō ꝓhibitionis. Prohi-
beť enim ibi expreſſe idolatria. ⁊
implicite precipiť latria. Itē ꝗ̄ꝫ
uis vbi ꝓhibeť ꝯcupiſcentia non
ſit ſm materiā niſi vna negatio.
q̄ꝛ tñ alia eſt rō ꝯcupiſcendi vxo
rem ꝓximi quantū ad ꝯcubituꝫ.
⁊ alia ꝯcupiſcendi vxorē ⁊ domū
eius ancillā vel filiā q̄̄tū ad poſ
ſeſſionem ⁊ famulatū. ꝓpter hoc ē
ibi alia ⁊ alia formalis rō ꝓhibi
tionis. ac ꝑ hoc aliud ⁊ aliud p̄-
ceptum. Igiť ſm ſenſum lr̄alem
verū dixit Joſephus. ſm aūt ſen
ſum ſpūalem melius dixit Au-
guſtinus ꝗ̄ꝫ Orige. Dixit nāqꝫ Aug⁹.
illa eē p̄cepta prime tabule q̄ or-
dinant hoīem reſpectu dei. ⁊ illa
tm̄ ſunt tria. ꝯſiderando forma-
les rōnes. Illa aūt dixit eſſe ſcđe
tabule q̄ ordināt hoīem reſpectu
ꝓximi. ⁊ illa ꝯſiderādo formali-
ter ſolū ſunt ſeptē. ❡ Septi
mū eſt ꝙ inter iſta p̄cepta ſunt q̄
dam affirmatiua ⁊ quedā nega-
tiua: ⁊ eſt differentia inter ipa. q̄ꝛ
negatiua obligāt ſꝑ ⁊ vbiqꝫ. Af-
firmatiua aūt nō niſi ꝓ loco ⁊ tē-
pore. Octauū eſt ꝙ inter iſta q̄-
dam ſunt q̄ cohibēt manū ⁊ ani-
mū. ſicut ꝑma octo. Quedā au-
tē q̄ cohibent ſolū animū. ſic vl-
tima duo. Vñ quod đr ꝙ lex co
hibꝫ manū nō anim: intelligi đꝫ

tm̄ quo ad taxationē pene tꝑalis
Lex em̄ nunq̄ꝫ determiauit pe-
nam tꝑalem pctō cordis: ſed ſo-
lū pctō oꝑis ⁊ ſermonis. Nō ta-
men debet intelligi q̇cq̇d Joſe-
phus ⁊ iudei ſenſerint q̇n concu
piſcētia vxoris ⁊ rei aliene ſit pec
catū mortale: ⁊ puniendū a deo
pena ſempiterna. Nonū ē de ſuf
ficientia iſtoꝝ p̄ceptoꝝ. q̄ ſic pa-
tet. Ordināt em̄ nos iſta p̄cepta
reſpectu dei: reſpectu ꝓximi ⁊ re-
ſpectu nr̄i. Reſpectu aūt dei or-
dinant nos ꝑma tria. q̄ dicuntur
ꝑme tabule. Obligamur em̄ di-
uine maieſtati (q̄ appropriať pa-
tri) diuinā reuerētiā. ⁊ in hoc or-
dinamur ꝑ primū preceptū. Nō
habebit̄ deos alienos ⁊c̄. vt non
irrogem⁹ diuine veritati (que ap
propriať filio) iniuriam. ⁊ in hoc
ordinamur ad ſcđm. Non aſſu-
mes nomen dei tui in vanuꝫ ⁊c̄.
vt p̄parem⁹ diuine bonitati (que
appropriať ſpūiſctō) habitatōem
ſctām. ⁊ in hoc ordinamur ꝑ ter-
tiū. Memēto vt ſabbata ſanctifi
ces ⁊c̄. Per primū ordinať op⁹.
ꝑ ſcđm ſermo. ꝑ tertiū animus.
Quiqꝫ aūt ſcđe tabule ordinant
nos reſpectu ꝓximi. cui debem⁹
honorē ⁊ beneficentiā. ⁊ q̄ntum
ad hoc ordinat nos primū prece
ptū. Honora pr̄em tuū ⁊c̄. Et re
ſpectu ei⁹ debem⁹ vitare oēm in
iuriā: tā oꝑis q̄ꝫ ſermonis. Ope
ris aūt tripl'r. ſcꝫ. ne iniuriemur
ei in ꝑſona ꝓpria. ⁊ q̄ntuꝫ ad hoc
đr. Nō occides. Nec in perſona

coniuncta.τ quantū ad hoc ad-
ditur. Non mechaberis. Nec in
temporali ſubſtātia.τ quantum
ad hoc ſubdit᷑: Non furtum faci
es. Quantū vero ad iniuriā ſer-
monis ſubiungit᷑: Nō loq̄ris cō
tra proximū tuū falſuꝫ teſtimo-
nium. Duo autē vltima ꝑ que ꝓ
hibetur peccatū cordis:qđ nō cō
iungitur exteriori actui.τ ſi ordi
nent nos reſpectu ꝓximi.qꝛ tū ꝑ
ſolum peccatū cordis nō leditur
ꝓximus:ſed ſolū ipſe ↄcupiſcēs.
ideo poteſt dici ꝓprie ꝙ iſta ordi
nant hoīeꝫ reſpectu ſui.ꝙ nō de-
bet ↄcupiſcere mulierē alienā ad
concubitū.qđ dicit primū prece
ptum.nec rem alienā:ad poſſeſſi
onem.qđ dicit ſcđm preceptum.
Decimū eſt ꝙ q̄uis p̄cepta p̄me
tabule ponant᷑ explicite ſup ver-
ba p̄ntis lectionis Exo.xx. Ec-
cleſia tamen ipſa hodie explicite
nō recitat.Et dico explicite.quia
implicite tangit vt patebit.Qua
re autem explicite ea non reci-
tat.poteſt eē duplex ratio. Pri-
ma eſt.quia homīes ſunt magis
proni ad offendendū proximum
q̄ deum.ꝓcipue chriſtiani q̄ om
nes ſunt fideles. Secūda quia ī
dilectione proximi includit᷑ dile
ctio dei.qꝛ ex charitate diligitur
ꝓximus ꝓpter deū.vn̄ ſufficiens
reputauit eccleſia recitare illa p̄-
cepta ꝑ que homo reſpectu ꝓxi-
mi ordinat᷑. Scđo de p̄ceptis or
dinantibꝫ ipſuꝫ reſpectu dei.ibi.
[Dixitq3 preterea dn̄s ad moy-
ſen]. Alteri⁹ in p̄ma p̄te duo fa-
cit. Primo deſcribit ea q̄ expli-
cauerūt p̄pl'o leḡ ꝑtinētiā Scđo
illa q̄ ꝓuocauerūt ppl'm ad legis
obſuantiā.ibi.[Cunct⁹ aūt po-
pul⁹] Adhuc in p̄ma p̄te primo
ponit p̄cepta ordinātia hoīem re
ſpectu ꝓximi. ſcđo reſpectu ſui.
ibi.[Nō ↄcupiſces] Itē in p̄ia
p̄te ponit p̄cepta ordinātia actū.
ſcđo p̄ceptū qđ ordīat v̄buꝫ.ibi.
[Nō loq̄ris τc. Adhuc in prima
p̄te ordinādo actū reſpectu ꝓxi-
mi duo facit.p̄mo enī p̄cipit ex-
hibitionem bn̄ficij.d.[Honora
patrē].ſcđo ꝓhibet illationē ma-
leficij.τ hoc tā in pſona ꝓpria q̄
ī ↄiuncta q̄ etiaꝫ ī tp̄ali ſuba.ibi
[Nō occides] ꝑ Dicit ḡ q̄n
tū ad p̄mū [Honora p̄rem tuuꝫ
τ mrē tuā τc]. Ad cui⁹ euidētiā
notandū ꝙ in verbo honora ſm
glo. nō ſolū precipit᷑ exhibitio re
uerētie:ſꝫ ēt p̄ncipal᷑r īpēſio bn̄fi
cētie Itē nota ꝙ q̄uis ꝑ iſtđ p̄ce
ptuꝫ p̄ncipal᷑r obligemur ad ho-
norandū vtroq3 mō p̄ntes q̄ nos
carnaliter genuerūt.qꝛ ꝑcutiens
p̄rem τ matrē:aut eis maledicēs
ſm legē debebat interfici. Exo.
xxi.imo etiā fili⁹ inobediēs τ cō
tumax patri τ matri debebat la-
pidari.Deutero.xxi.qđ q̄dē pre-
ceptū q̄ntum ad parentes carna
les repetit apl's.Epheſ.vj.d.Fi
lij obedite parentibꝫ veſtris. Et
obligamur etiā ſm glo.ad hono
randuꝫ parentes ſp̄uales. imo τ
omnē ꝓximū cui ſm ſtatū ſuum
debemus honorē τ beneficium.
q̄uis ſolū exprimant᷑ hic pater τ

mater: quib⁊ amplius obliga-
mur. Notandū etiā ꝙ rationa-
biliter premiū qḋ hic ponitur re
ſpondet merito. Juſtuꝫ enī eſt vt
habeat longā vitam corporaleꝫ
qui honorat reuerentiā exhiben-
do: ⁊ neceſſaria ſubminiſtrando
illis qui homiem in corpali vita
genuerūt ⁊ eſſe ſibi dederūt. que
quidem ꝓmiſſio nō ponit̃ ī alijs
preceptis. Ulterius notandū ꝙ
non ſolū hic ꝓmittit̃ longeuitas
corporalis ſiue tēporalis. ſic iu-
dei carnales intelligebāt. ſꝫ etiaꝫ
principalius longeuitas eterna-
lis. que nō eſt in terra morientiū
ſicut prima: ſed in terra viuentiū
que erit viſio beata. Sequitur.
[ Non occides ] Ubi ꝓhibet illa
tionem maleficij reſpectu ꝑſone
proximi. reſpectu cui⁹ ꝑncipa'lis
illatio iniurie ē interfectō Jſtud
autem ſic exponi debet [ Non oc
cides ] ſcꝫ hominē innocentem.
Occiſio enim ſoli⁹ homīs (non
pecudum ſicut dixerūt heretici.
hic ꝓhibet̃ ) ⁊ homīs innocen-
tis non malefici. q² dicit̃ Exodi
xxij. Maleficos non patieris vi
uere. Quod quidē nō ꝑtinet ad
quācūqꝫ ꝑſonam ſed ad iudiceꝫ
ſolum: vnde quecūqꝫ alia ꝑſona
interficeret etiā noxium faceret
ꝯtra h̄ preceptū. Uel aliter. [ Nō
occides ]. ſcꝫ nec voluntate: nec
ṽbo. nec manu: nec beneficij ſub
tractione. [ Non occides ] dico
voluntate. ſcꝫ mortem ꝓximi de
ſiderando. vel interfectori cōſen
tiendo: nec verbo ſcꝫ interfectio-
nem precipiendo vel ꝯſulendo.
vel factum approbando: nec ma
nu violentiā cum ferro vel lapi-
de vel baculo vel quocunqꝫ alio
modo inferēdo. nec beneficij ſub
tractione. q² dicit Ambro. Pa-
ſce fame morientē. ſcꝫ dādo ei pa
nem tuū: ⁊ nō rapiendo ꝓprium.
ꝙ ſi nō pauiſti: occidiſti. Idē in-
tellige de potu: veſte ⁊ oībus ne
ceſſarijs hūane vite. Penā homi
cide volūtarij: q̄ ē interfectio. ha-
bes Exo. xxj. Notandū auteꝫ
ſm̄ ꝙ xp̄s exponit Mat. v. Nō
ſolū hic ꝓhibet̃ occiſio: ſed etiaꝫ
ira in animo: et q̄ ſe manifeſtat
verbo vl' ſigno. Uñ dicit. Audi
ſtis q² dictū eſt antiq̇s. Non oc
cides ⁊c̄. Ego autē dico vob̄ ⁊c̄.
[ Nō mechaberis ] Hic ꝓhibet̃ il
latio maleficij ī ꝑſona ꝯiuncta ꝓ
ximo: q̄ eſt vxor. Q Ubi no
tandū ꝙ q̄ꝫuis h̄ exp̄ſſe ꝓhibeat̃
adulteriū. Mechia eī grece ideꝫ
eſt qḋ adulterium latīe. Tñ ſm̄
glo. ⁊ ſm̄ oēs doctores ꝓhibetur
oīs vſus mēbroꝝ genitaliū. exce
pto federe mr̄imōiali. ſiue ſit for
nicatio ſimplex: ſiue adulteriuꝫ:
ſiue ſtuprū: ſiue inceſt⁹: ſiue pec-
catū ꝯtra naturam. qḋ ſufficien-
ter innuit ſaluator Mat. v. cum
dicit. Qui viderit mulierem ad
concupiſcendum eam: iam me-
chatus eſt eā in corde ſuo. Ecce
ꝙ vocat mechiam nō ſoluꝫ cum
vxore aliena: ſꝫ cū q̄libet mlīere
q̄ nō eſt vxor. Dicit enī mulіereꝫ

non vxorē. Penā aūt mechi ꝛ me
che.i.adulteri ꝛ adultere:q̄ erat
moꝛs vel lapidatio:habes Deu
tero.xxij. Sed penā defloratoꝛ
ꝟginis q̄ ſponſum hꝫ cū violen/
tia:ꝛ inceſtuoſi ꝛ peccantis ꝯ na/
turam:que erat moꝛs: inuenies
in Exodo. ꝛ Deuterono. Foꝛni
catoꝛi āt ſimplici lex nō determi
nauit talē penā. Sequit̄. [Nō
furtū facies] Ubi ꝓhibet̄ illatio
maleficij in tꝑali ſuba ꝓximi. Et
ſciendū ꝙ hic ꝓhibet̄ nō ſolū fur
tum ꝓꝓꝛie dictū:ſed etiā rapina:
vſura:ſacrilegiū:ſymonia:ꝛ bꝛe/
uiter oīs vſurpatio illicita rei a/
liene.ſm glo. Pena furis ſm le/
gem nō erat moꝛs:ſed reſtitutio
in q̄drupliū. Exo.xxij. vel niſi eēt
furtū homīs. Exo.xxj. vel niſi eſ
ſet furtū ſub anathemate ꝓhibi/
tum. Exēplū de achoꝛ Joſue.vij
Sequit̄. [Nō loq̄ris ꝯ ꝓximum
tuū falſuꝫ teſtimoniū] Ubi ꝓhi
betur illatio maleficij ꝓximo per
verbū. Ubi ſciendū ꝙ h̄ ꝓhibet̄
om̄e ꝑiuriū ꝛ mendaciū ꝑnicio/
ſum inq̄ꝫtū vergit in nocumētū
coꝛꝑale pꝛoximi. Et dico inq̄ꝫtū
vergit in nocumentū coꝛꝑale ꝓ/
ximi.qꝛ ꝑiuriū inquantū vergit
in manifeſtā iniuriā dei ꝛ men/
daciū qđ vergit in nocumentuꝫ
ſpūale pꝛoximi.cuiuſmodi ē mē/
daciū in doctrina fidei vel moꝝ.
ꝓhibet̄ in ſcđo p̄cepto p̄me tabu
le.ſcꝫ [Nō aſſumes ꝛc̄.] Pena au
tē falſi teſtis teſtificātis ad moꝛ/
tem ꝓximi erat lapidatio. Deute
ro.xix.que fuit inflicta illis ipu/
dicis p̄ſbyteris:q̄ falſuꝫ teſtimo
niū dixerūt ꝯtra ſuſannā. Seq̄t̄.
[Non ꝯcupiſces domum ꝓximi
tui:nō vxoꝛē:nō ſeruū:nō ancillā
nō bouē:nō aſinum:nec oīa q̄ il/
lius ſunt] Ubi ꝓhibent̄ iſta que
hoīem deoꝛdināt reſpectu ſui.cu
iuſmodi eſt duplex ꝯcupiſcentia
que ſolū manens in coꝛde ꝯcupi
ſcentis ꝛ in actū exterioꝛē nō pꝛo
grediens nō ledit ꝓximū:ſꝫ ſoluꝫ
polluit ipm̄ ꝯcupiſcentē. Et ſūt
hic foꝛmaliter due ꝓhibitiōes.q̄/
rū vna ꝓhibet ꝯcupiſcentiā non
ſolū vxoꝛis ꝓximi ſed etiā ancil/
le vel filie.imo ꝛ cuiuſcūqꝫ mu/
lieris q̄ nō eſt vxoꝛ ꝓꝓꝛia ad ꝯcū/
bendū. Alia eſt ꝓhibitio cuiuſcū
qꝫ rei aliene ad poſſidendū. Hu
ic aūt ſcđe ꝓhibitioni lex vt dictū
eſt:nō determiauit penā tꝑalem
Saluatoꝛ tn̄ dicit Matth.v.ꝙ
ꝯcupiſcens mulierē meret̄ penaꝫ
mechie.ꝛ ſi nō tꝑalem:tn̄ eternā.
R [Cunctꝰ aūt ꝓꝑl'us ꝛc̄.]
Ubi oſtendit moyſes illa q̄ ꝓuo
cauerunt ꝓꝑl'm ad legis obſeruā
tiam.q̄ fuerūt iſta q̄ vidit ꝛ audi
uit ppl's in latiōe legiſ. Uiderūt
nāqꝫ lāpades ꝛ fulgura. Audie
runt aūt voces ꝛ tonitrua.per q̄
multū territi fuerūt ꝛ pꝛouocati
ad obſeruantiā legis. Acceperūt
em̄ ſpm̄ ſeruituti in timoꝛe. Ro
man.viij. Et facit hic quattuoꝛ.
Pꝛimo em̄ tangit appꝛehēſionē
ſigni.ſcđo trepidationē ꝑpl'i.ter/
tio ꝯſolationē deſcēdētis.quarto

reuerſionē ſui. Dicit igiꝛ ꝗ̄ztū ad
p̄mū [ Cūctus aūt ppl's videbat
voces ] .i. audiebat. Uiſus enim
qꝛ inter oēs ſenſus p̄ncipalioꝛ ē
oīb alijs ſenſib deſeruit. [ Et lā
pades ] ſup̄. videbat .i. diſcurren
tia fulgura [ ſonitūq; buccine ].
ſup̄. audiebat ad lr̄am. p̄ter toni
trua q̄ fiebant ī nube denſa ope-
riente montē. angeli formabant
voces q̄b lex ꝓmulgabaꝛ: ꝛ ſoni
tū q̄ſi buccine vehementi⁹ ꝑſtre-
pentis. montēq; fumigantē. Ex
odi. xix. dꝛ ꝙ dn̄s deſcēdebat ſu-
pra montē in igne. ꝓpter qḋ totuſ
mons fumigabat. De iſtis autē
ꝗ̄ztū ad ſenſuz lr̄alē ꝛ ſpūalem di
ctū eſt ſupra feria q̄rta q̄ ttuor tē-
poꝝ in p̄ma lectiōe. Quantū ad
ſcḋm addiꝛ [ ꝛ ꝑterriti ac pauo-
re ꝯcuſſi ſteterūt ꝓcul ] .ſ. añ ter-
minos poſitos ꝑ moyſen ad ra-
dices mōtis. [ dicētes moyſi. lo-
quere tu nobis ꝛ audiem⁹. nō lo
quaꝛ nobis dn̄s: ne forte moria-
mur ] Locutio nanq; moyſi erat
eis magꝭ ꝓportionabilꝛ q̄z illa lo
cutio dei. vñ ꝓpter īproportōem
vocis credentes ſe nō poſſe ſuſti
nere eā: timuerūt mori. Quātuz
ad tertiū ſubdiꝛ. [ Dixitq; moy-
ſes ad ppl'm ] .ſup̄. aucte diuina.
[ Nolite timere ]. Ecce conſola
tio ꝛ ꝯfirmatio ppl'i trepidātis.
[ vt eñ ꝓbaret vos venit deus ].
Ecce angelū illum vocat deū: q̄
formādo voces loq̄baꝛ. dic aūt
ipz deū. q̄zuis eēt creatura. qꝛ lo
q̄baꝛ vice dei ꝛ ī ei⁹ ꝑſona. [ ꝛ vt
terroꝛ illi⁹ eēt ī vob: ꝛ ñ peccare
tis ] .ſup̄. trāſgrediendo legē: ſed
eam ſeruaretꝭ. ꝛ ſi nō amore: ſal-
tem tñ timore. q̄ inducit carita-
tem ſicut ſeta filū. Sed q̄re venit
deus vt ꝓbaret eos. nunq̄d ſine
deſcenſu cognoſcebat eoꝝ cor-
da. Dicendū ꝙ ſic. Nec ad h̄ de-
ſcendit vt eos cognoſceret: ſed vt
ipſos cog̃ſcere faceret ſeipos a
ſeipſis. vñ ex iſto deſcēſu cogno
uerunt ſe eē infimos. ꝛ ꝙ reſpe
ctu dei q̄ſi nihil erant. Quid eſt
aūt ꝙ dicit: vt terroꝛ illi⁹ eſſet in
vobis. ꝛ nō peccaretis. Nūquid
q̄s ſeruare legē poſſet abſq; timo
re ſine pctō. cū timoꝛ nō ſit in ca-
ritate. Dicendū eſt ꝙ q̄ ſeruat le
gem ſiue timore ſiue amore: non
incurrit pctm̄ ꝓpter inobſeruan-
tiā. ꝛ ſic intelligiꝛ hic cū diciꝛ. vt
nō peccaretis. Poteſt tñ incurre
re pctm̄ ꝓpter modū obſeruandi
ſcz ſi ſolo timore ꝛ nō ex caritate
impleat ſubām legis. Quantuz
ad quartū ſubiūgitur. [ Steterit-
q; ppl's alonge. moyſes autez ac
ceſſit ad caliginē ] .i. ad nubē illā
denſiſſimā. que q̄zuis eſſet ſplen
dida. vt innuiꝛ Exo. xxiiij. ꝓpter
tamē magnā denſitatē ꝛ fumum
aſcendentē de monte diciꝛ fuiſſe
caliginoſa. Exo. xix. [ in qua erat
deus ] .id eſt angelus loquēs in
ꝑſona dī. Seq̄tur. [ Dixit domi-
nus ad moyſen. vbi tangit aliq̄
de p̄ceptis ordinantib reſpectu
dei. Et ſciendū ꝙ primo de⁹ de-
dit p̄cepta tria ordinātia hoīem

reſpectu dei.ſicut apparet Exo.
xx. Poſtmodū aūt dedit p̄cepta
ordinantia hoīem reſpectu pxi-
mi ꝛ reſpectu ſui.de qb dictum
eſt ſtatim. Et qꝛ ordinatio reſpe
ctu dei p̄ncipalior ē in nobis.ꝗꝫ
reſpectu pximi vel noſtri.iō ad-
huc replicat de preceptis illis.ſ.
preceptum quo idolatria phi-
bet. Et facit duo. Prīo ei ponit
precepti obligationē.ꝛ ſcđo pre-
cepti determiatōnē.ibi. Altare d
terra ꝛc. ¶ [Dixit preterea
dn̄s ad moyſen. hec dices filijs
iſrl.vos vidiſtis ].i. audiuiſtis.
Dicit ei Aug⁹.iiij.ꝯfeſ. ꝙ viſus
p omni ſenſu ſumit [ꝙ de celo ].i.
d loco ſublimi:vtpote de aere [lo
cut⁹ ſim vobis. Nō facietꝭ deos
argenteos ] vt ſcꝫ ſil mecuꝫ eos
adoretis. Dn̄m eni deū tuū ſolū
adorabis.i.adorare debes: ꝛ illi
ſoli ſeruire. [Nec deos aureos fa
cietis vobis ] Iſto p̄cepto p̄cipit
latria.q ſoli deo debet.ꝛ phibet
idolatria:ꝛ oīs exhibitio cultus
diuini cuiuſqꝫ creature: ſiue ſit
res ſpa ꝛ naturał:ſiue ſit res ſcul
pta ꝛ artificialis. Iſtud aūt p̄ce-
ptū cū pena trāſgreſſoris ponit
in Exo.codē ca.ſupra dicēte do-
mino. Non adorabis deos alie-
nos ꝛc. Non facies tibi ſculptile
ꝛc. Et nō adorab ea neqꝫ coles.
Addit aūt ſpecialiter in iſto p̄ce-
pto pena vſqꝫ ad tertiā ꝛ q̄rtā ge
nerationē:qꝛ hui⁹ trāſgreſſio eſt
grauior inter oēs:intantū ꝙ ipa
ſola inter oēs anthonomatice dꝛ

petm̄. Cōtra illud p̄ceptū faciūt
omēs idolatre:phytones:diuini:
augures:ſortilegi:nigromantici
ꝛ inuocatores demonū.qꝛ illud
qđ eſt ſoli deo debitū impendūt
creature. Sūt autē h ſupplenda
duo p̄cepta pme tabule.q̄rū vnū
eſt. Nō aſſumes nomē dei tui in
vanū. Cui⁹ ſenſus lr̄alis tał eſt.
Nō iurabis p nomē dei falſe:do
loſe vel ſupflue.i.nō adduces ve
ritatē primā in teſtimoniū alicu
ius falſi crediti:vel opinati. vel
dubij:vel veri non neceſſarij. Cō
tra iſtud preceptū ſm iſtā expo-
ſitionem faciūt oēs piuri.inqꝫtū
piuriū eſt iniuria ſūme veritatꝭ.
ꝛ omēs mēdaces.qui veritatē ne
gant et qđ falſum eſt ſcienter:ve
rū eſſe affirmāt. Tales eni ma-
gnā iniuriā faciūt ſumme verita
ti.a qua oīs veritas deriuatur.ꝛ
omēs illi q abſqꝫ neceſſitate ꝛ vti
litate affirmant aliqd vł negant
p deum vel p nomen eius. quod
eſt valde periculoſuꝫ maxime vi
ris pfectis. Sed ſenſus ſpūalis
huius precepti eſt ſm glo. Nō aſ
ſumes ꝛc.i.nō credes dei filiuꝫ.
qui nomen dicit pr̄is eſſe.in va-
num aliquid.i.eſſe creaturaꝫ.qđ
Arrius affirmauit. Et ſic ei non
aſſumes.i.nō ſerues aliqđ falſuꝫ
vel indignū de ſumma veritate.
Contra hoc preceptū ſm hanc
expoſitionē: eſt omnis hereſis ꝛ
omne mendaciū in doctrina fi-
dei vel morū. Scđm preceptuꝫ
eſt. Memento vt diem ſabbati

ſanctifices. id eſt ſicut ſanctuꝫ ⁊
feriatū habeas abſtinendo ī ipſo
ab om̄i ſeruili opere. i. ab om̄i eo
quod cultū dei ⁊ quietē mentis
impedit. q̇bus illa die om̄is ho-
mo intēdere debet. tali enim die
requieuit dn̄s a ſuis operibꝰ ⁊ vt
dꝛ Geneſ. ij. quare ⁊ nos q̇eſcere
opoꝛtet ¶ Sciēdū ꝙ in illo pꝛe-
cepto erant duo. ſ. abſtinere a ſ-
uili opere ⁊ intendere diuīo cul-
tui. et hoc erat de iure naturali.
Jus em̄ naturale dictat ꝙ ad mi
nus vna die hebdomade hō inſi
ſtat diuino cultui ⁊ diuine laudi
Unde q̄ꝫtū ad hoc nihil eſt ꝑ le-
gem nouā īmutatū. Aliud erat
determinatio tp̄is. ſ. ꝙ fieret va-
catio talis ſeptimo die. ⁊ hoc fu
it cerimoniale ⁊ figuratiuum. fi-
gurabat enim quietem chꝛiſti in
ſepulchꝛo futuram in ſeptima
die. ⁊ quietem ſanctoꝛum in ter-
re puluere futuram in ſeptima e-
tate. ⁊ q̄ꝫtum ad hoc preceptum
euacuatum eſt: ⁊ tranſlatum in
diem dominicam. que eſt dies ꝓ
ma ⁊ octaua diuerſis reſpectibꝰ
Et hoc quidem rationabiliter.
tum quia etiam ipſa die fuit mū
dus conditus. tum quia tali die
reſurrexit chꝛiſtus. tum quia ipā
die miſit ſpiritūſanctuꝫ apoſto-
lis. tum etiam quia ipſa die fue-
runt facte ſctō iohanni ille ſecre
tiſſime reuelationes. Unde apo
calip. pꝛimo dicit. Fui in ſpiritu
in dominica die. Pꝛemittit̄ aūt
huic pꝛecepto: Memento ſpecia
liter quod nō eſt ī alijs. quia ob-
ſeruantia huius pꝛecepti eſt q̄ſi
cā obſeruātie alioꝛuꝫ. ⁊ vbi iſtud
negligit̄: om̄ia alia negliguntur.
ꝓpter quod deus voluit ꝙ ſpecia
liter impꝛimeret̄ memoꝛie noſtre
¶ Sequit̄. [Altare de ter-
ra ⁊c̄]. vbi ponit p̄cepti determi
nationem. Jſtud em̄ pꝛeceptum
ſtatim poſitū quo pꝛecipit̄ latria
⁊ ꝓhibet̄ idolatria determīat q̄ꝫ-
tum ad duo. ſ. q̄ꝫtū ad locuꝫ ⁊ ad
ſacrificium. Quātū aūt ad locuꝫ
dicit. [de terra altare facietis mi
hi] Non em̄ vbiqꝫ colendꝰ erat
deus: ſed in altari terreo. nec alta
re terreum erat vbiqꝫ locanduꝫ:
ſed in determinatis locis. ſ. ꝑmo
ante tabernaculū. ⁊ poſtea an̄ tē
plū. Nec ꝑ q̄cunqꝫ q̄ poſſent of-
ferri deo erat ip̄e colendus: ſed ꝑ
determīata. ſic̄ in Leuit̄. ꝯtinet̄.
Dicit g̊. [Altare de terra facietis
mihi] Hoc āt p̄cepit deꝰ anteq̄ꝫ
iuberꝫ fieri altar̄ poꝛtatile. d̄ q̄ dꝛ
Exo. xxvij. qḋ erat de lignis ſe-
thim optis ere. vl̄ foꝛte ſic̄ dicunt
aliq̇. illud altare qḋ poſtea iuſſit
fieri ſic erat terreū: ꝙ q̄ꝫuis parie
tes eēnt erei ⁊ lignei: ꝯcauitas tn̄
tota replebat̄: ⁊ ī area ſupioꝛi cre
mabant̄ holocauſta. Juſſit autē
deꝰ vt altare fieret de terra. ⁊ ſi d̄
lapidibus deberet fieri: ꝙ fieret
de lapidibꝰ non ſectis: nec inſtru
mento ferreo factis. Et hoc pꝛi-
mo ad vitandum idolatriaꝫ: ad
quam iſte populus erat multuꝫ
pꝛonus ⁊ inclinatꝰ. Unde quia

erra ñ ē bñ figurabilꝰ nec lapideſ
ſine ferro.iō voluit ꝙ ī pñtia ꝓpli
talia eēnt altaria. Et dico ī pñtia
ppli.qꝛ altare incēſi qđ fuit de li
gnis ſethim.ꝛ deſup aurū:fuit in
tra tabernaculū vbi ſoli ītrabāt
ſacerdotes.Exo.xxx.Scđo ꝓ-
pter figurā. Altare eī ſignificat
xp̄m:cuiꝰ corpꝰ fuit terreum ſm
naturā:ſed lapideū ꝓ grāꝫ.qꝛ in
corruptū.ꝛ ꝓpꝰ h̄ ēt illđ vtrūqꝫ al
tare fuit đ lignis ſethī Exo.xxxv
ij.ꝛ.xxxviij Quātū ad obſeqū ad
dit.Lꝛ offeretꝭ ſup illud holocau
ſta ꝛ pacifica.oues vr̄as ꝛ boues
in oī loco in q̄ mēoria fuerit noīs
mei.Jq̄ fuit p̄mo in deſerto añ ta-
bernaculū: vbicūqꝫ erigebatur.
ꝛ poſtea in hierl̄m añ tēplū. Al-
tare eñi ſacrificioꝝ ſp erat exteriꝰ
ſub diuo Aliud āt.ſ.icēſi fuit ſp l̄
intra tabernaculū vel intra tēplū
vbi nō erat acceſſus hoīm.ne ꝓ-
pter fulgorē auri acciperent ſim
plices materiā errandi.Ergo in
veteri ſynagoga ſp fuit altare in
ꝯſpectu hoīm vel terreū vel lapi-
deū.nō politū inſtrumēto ferreo
qꝛ noluit deꝰ vt dicit mgr̄ vt al-
tare ſuū inſtrumēto q̄ ſanguis ef
fundiť:tangereť: inde ſumptū fu
it in primitiua eccl̄ia ꝙ altaria fi
ebant de terra.q̄uis aliqñ fierēt
lignea:vt poſſent portari. Jlla āt
que ſunt lapidea ſolū de vno la-
pide debēt fieri abſqꝫ aliq̄ ſectio-
ne. Notandū aūt ſicut habeť ex
leuitico illa q̄ offerebanť deo. aut
erant de materia ſicca.vtpote de
ſimila:pane ꝛ thure.ꝛ dicebātur
ꝓprie oblatiōes. Aut erāt de ma-
teria liquida:vt de vino ꝛ oleo.ꝛ
dicebanť libamina. Aut erāt de
aīalibꝰ.ꝛ dicebanť ſacrificia.que
qñ cremabanť totaliter: tūc dice
banť holocauſta.ab holon grece
quod eſt totū latine.ꝛ cauma qđ
eſt incendiū.q̄ſi totum incēſum.
Jſta oīa offerebanť deo ꝓ diuer-
ſis cauſis:ꝛ diuerſis ꝑſonis. ſic
habeť in Leuitico. Qñ aūt offe-
rebanť ꝓ pace habita vel haben-
da vel cū deo vel cū homībꝰ:pa-
cifica vocabanť. Moraliter cor
noſtrū eſt altare dei:qđ debꝫ eſſe
de terra.i.debet hr̄e ꝯditiōes ter
re. Terra enī inter elemēta ha-
bet infimitatē:ſoliditatē: frigidi
tatem:fecunditatē. Jta cor hūa-
num ſi debet eſſe altare dei:opor
tet ꝙ ſit infimū ꝯtra ſupbiaꝫ.ſo
lidum ꝯtra incōſtantiā.frigiduꝫ
ꝯtra ꝯcupiſcentiā.ꝛ fecūdū.ſup-
ple bonis operibꝰ ꝯtra inſolen-
tiam. Patet ꝯcordia inter iſtā
epl̄am ꝛ euangelium:qđ incipit
Acceſſerūt ad ieſum ab hieroſo-
lymis ꝛc̄.Mat.xv. Epl̄a enim
ꝓ maiori ꝑte explicat nobis mā
data decalogi:quoꝝ quedā or-
dinant reſpectu đi.q̄dā reſpectu
ꝓxi.q̄daꝫ reſpectu ſui.ꝯ q̄ facie-
bant ſcribe ꝛ pharîſei.q̄ ſm ꝙ in
nuit euangeliū nō erant ordina-
ti reſpectu dei.qꝛ ꝑ malas tradi-
tiones ſeruiebant ei.nec reſpectu
ꝓximi.qꝛ ſubtrahebant quod de
bebant ſibi, Debebant enī patri

ꝛ matri ex p̄cepto dei honoꝛē ꝛ be
neficentiā. qđ ipſi cōmutabāt in
mun⁹ votiuū qđ offerebant deo.
ac ſic euacuantes p̄ceptū ꝓ ꝯſili-
um. Dicebant ei pr̄i carnali coꝛ-
ban. i. mun⁹ votiuū qđ ex me eſt
ſup̄. oblatum pr̄i ſummo: tibi ꝓ
derit. q. d. abſit. Nec etiaꝫ reſpe-
ctu ſui. qꝛ lauabant ſolū exterius
calices ꝛ coꝛpa. ꝛ ſ̄m ꝙ inuit ſal
uatoꝛ in euāgelio. non coꝛda ſed
man⁹ lauabant. cū tñ illa ſola q̄
đ coꝛde exeunt: hēant hoīem inq̄
nare. Coꝛ igit̄ nr̄m qđ dꝫ eē alta
re dei ſic expiare debē⁹ vt in ip̄o
di[illegible]ne cogitatiōes nr̄as ꝛ affecti-
ones offerre valeam⁹ ꝛc̄.

## Feria q̄nta poſt Oculi.

**IN diebus** illis. Factū eſt v̄bū dn̄i ad me ꝛc̄. Jere. vij. V

Heſterna die ꝓpoſuit nob̄ ec-
cleſia p̄cepta moꝛalia q̄ nos opoꝛ
tet ſi volum⁹ ad vitā ingredi ob
ſeruare. Verū qꝛ ſerui libentius
ꝛ diligenti⁹ exequunt̄ q̄ ſunt in-
iuncta ꝑ dn̄m qñ ſunt certi đ ma
gno commodo aſſequēdo ſi ob-
ſeruēt. vł̄ magnū icōmodū ſi cō-
temnāt. ideo eadē mater ſctā ec-
cleſia de ſalute filioꝝ ūme ſolli-
cita certificat nos hodie pn̄ti le
ctōe ꝙ aſſeq̄mur mḡnū cōmodū
ſi volum⁹ implere diuinā volū
tatem. In duab⁹ aūt ſequētibus
certificat nos de aſſequēdo ſūmū
incōmodū ſi fuerim⁹ ꝯtēptoꝛes

In pn̄ti igit̄ lectiōe certificat ꝓ-
pheta Jere. in ꝑſona eccl'ie: imo
de⁹ ip̄e ꝑ ꝓpham ſue leg̃ obſerua
toꝛes ꝙ ꝯſequunt̄ magnū cōmo
dū nō ſolum in alio ſecl'o qđ erit
omīs boni ꝑfecta poſſeſſio. ſꝫ in
hoc ſecl'o qđ eſt dīna aſſiſtētia et
ꝓtectio. De⁹ em̄ cū illis ꝑ gr̄am
habitat: ip̄is aſſiſtit: ip̄oſq; ꝓte-
git: a malis erigit: ꝛ ī bonis per-
ficit q̄ ſunt ſue legis obſ̄uatoꝛes
veri. Vñ ipſe dicit ꝑ hūc ꝓpham
in pn̄ti lectiōe. Bonas facite vias
vr̄as ꝛ ſtudia vr̄a: ꝛ habitabo vo
biſcū in loco iſto. Et ſciënduꝫ ꝙ
de⁹ hic in iſta lectiōe ꝑ ꝓphaꝫ q̄t-
tuoꝛ facit. Primo ei exhoꝛtat̄ ſue
legis p̄dicatoꝛē. ibi. [Sta ī poꝛ-
ta] ſc̄do ꝯſolat̄ ſue leg̃ obſerua-
toꝛē. ibi. [Audire v̄buꝫ dn̄i.] ter
tio exp̄robꝛat ſue leg̃ violatoꝛē.
ibi.. [nolite ꝯfidere]. quarto re-
plicat obſeruant̃ mercedē. ꝛ ex-
plicat ſue legis tenoꝛē. ibi. [qm̄
ſi bn̄dixerit̃ ꝛc̄. ]. Propter pꝛi-
mū dꝛ p̄mittēre eccl'ia [In dieb⁹
illis]. ſ. qñ Jeremias ꝓphetabat
ī terra iuda. q̇ cepit ꝓphetare tre-
decimo āno reg̃ ioſie. ꝛ cōtinua-
uit ꝓphetiā ſuā ꝑ. xl. ānos vſq; ad
euerſionē vꝛbis ꝛ āpli⁹ toto illo
tp̄e q̄ fuit in egypto vbi fuit a cō
tribulib⁹ ſuis interfectus. Pro-
phetauit aūt iminētib⁹ tranſmi-
gratiōe ꝛ captiuitate iude ꝛ bēia-
min q̄s p̄dixit. p̄dixit etiā moꝛā
captiuitatis ppl'i in babylone ac
reditū eiuſdē p⁹. lxx. annoſ. ſic dꝛ
Jere. xxv. [In dieb⁹ dico ill' Fa

ctum eſt verbũ dñi ].i.ꝑ internã
inſpiratõnẽ impꝛeſſa fuit mẽti mee
diuiña reuelatio de futurꝭ q̃ ſunt
materia ſermõis ſequẽtis. Reue
latio dico [ ad me ].ſ.ĩ auribꝫ coꝛ
dis.d.[ ſta in poꝛta domꝰ dñi ]ſe
pe dꝛ in illo Jere.ꝙ Jeremias
etiã cũ adhuc eſſet puer: de mane
conſurgens ſtabat in poꝛta do
mus dñi. vt ſup̃. oẽm multitu⸗
dinẽ venientẽ ad tẽplũ cõiter hoꝛ
taret.[ Et p̃dica ꝟbũ iſtud ]ſup̃.
qḋ ſequit[ ꝛ dic ]. Notãdũ ꝙ iſta
eadẽ ꝟba dicunt cuilibꝫ p̃dicato
ri eccl'iaſtico. vñ ex h̃ tractũ eſt ꝙ
p̃dicatoꝛes ſtãtes nõ ſedẽtes nec
in vicis nec ĩ plateis vbi tractãt
negocia mũdi: ſꝫ ĩ eccl'ijs. vbi agit
de ſalute aĩaꝝ: p̃dicãt verbũ dei.
Propter h̃m addit [ Audite ver
bũ dñi omĩs iuda ] Ubi poſtq̃ꝫ
hoꝛtatꝰ eſt legꝭ ſue p̃dicatoꝛẽ ad
ꝓponendũ cõiter ꝟbũ dei: ꝯſolat
eiuſdẽ legꝭ obſeruatoꝛẽ: ꝓmitten
do ei ſuã aſſiſtentiã ꝛ ꝓtectionẽ.
vñ dic̃ p̃dicatoꝛi ꝙ ſic dicat [ Au
dite ].nõ ſolũ auditu exterioꝛi: ſꝫ
potiꝰ interioꝛi [ ꝟbũ dñi ] nõ poe
te: nõ phĩ: non alteriꝰ inutilis ſer
monis [ oĩs iuda ]. Ad l'ram ſic
dicebat Jeremias q̃ p̃dicabat il
lis q̃ erant iudei h̃m carnẽ. ſꝫ p̃⸗
dicatoꝛ eccl'iaſticus dꝫ dicere [ oĩſ
iuda ] nõ l'ra ſed ſpũ.i.oĩs xp̃ia⸗
ne. verbũ enĩ dei dꝫ miſtrari p̃n
cipal'r fidelibꝫ. nõ infidelibus. ne
ponãt margarite añ poꝛcos. ꝛ oĩ
bꝫ fidelibꝫ. qꝛ ñ eſt ꝑſonarũ acce⸗
ptio apud deũ.[ Et q̃ ingredimĩ

ꝑ poꝛtas has vt adoꝛetꝭ dñm. ]
Multi enĩ veniebãt ad tẽplum:
nõ ſolũ de tribu iuda: ſꝫ ꝛ de tri⸗
bu beniamin ꝛ alijs tribubꝫ iſrl'
q̃ fugerãt ad iudeos cũ.x.tribus
trãſferrent in aſſyrios. ꝛ oĩbꝫ p̃di
cabat in loco ꝛ in tp̃e q̃bꝫ minus
indeuoti erãt. Nõ etiã debẽt at⸗
tendere p̃dicatoꝛes eccl'iaſtici
x Sequit materia p̃dicatiõis
[ Bonas facite vias vr̃as et ſtu⸗
dia vr̃a ]. Ecce ꝟtuoſa monitio.
vie enĩ hoĩm ſunt ip̃oꝝ exterio⸗
res opatiões. ꝑ q̃s va dunt vl' ad
celũ vl' ad infernũ. Studia autẽ
hoĩm ſunt ip̃oꝝ interioꝛes cogi
tatiões: affectões ꝛ intẽtões. ꝑ q̃s
ſe applicãt ad aliq̃d bonũ vel ma
lũ. Eſt enĩ ſtudiũ intẽta aĩ appli
catio. Hec aũt oĩa fiunt bona cũ
fiũt legi diuĩe ꝯfoꝛmia. cũ eliciũ
tur ſup̃. h̃m.x. regulas iuꝛꝭ diui⸗
ni. q̃ dicunt.x.p̃cepta. Quid ḡ di
cit in iſta monitiõe Ecce [ bonas
facite vias vr̃as ꝛ ſtudia vr̃a ].i.
ꝯfoꝛmate opatões vr̃as: cogita⸗
tiões: affectões ꝛ intentiões legi
diuĩe. ita ꝙ nulla ſit repugnãtia
inter ip̃a. Sequit.[ Et habitabo
vobiſcũ in loco iſto ] Ecce grati
oſa ꝓmiſſio quã facit dñs obſer⸗
uatoꝛibꝫ ſue legꝭ. ꝓmittit enĩ eis
ꝙ ip̃is aſſiſtet: ipſoſq̃ꝫ pꝛoteget a
mal'ꝛ eripiet: ꝛ in bonis perficiet
ꝛ hoc q̃dẽ facit ꝑ grãm in hac vi
ta. Et certe ſi iſta ꝓmittebat ob⸗
ſuatoꝛibꝫ legꝭ moſayce. ml'to foꝛ
tiꝰ hoc ꝓmittit obſeruatoꝛibꝫ le⸗
gis euãgelice. vñ xp̃s dicit Joh.

xiiij. Si qs diligit me: ſermonez
meum ſuabit. ſequit. ⁊ ad eũ ve
niem⁹ ⁊c. Propter tertiũ ſub
dit [ Nolite ꝯfidere ⁊c ] Ubi ſciẽ
dũ ꝙ ꝓpħa cõminabatur iudeis
mala q̃ ipos apphenderũt ꝓpter
pctã q̃ cõmittebãt ꝯ legẽ. qꝛ cole⸗
bant deos alienos. Aliq̃ aũt falſi
ꝓpħe decipiebãt ꝓplm dicẽtes: ꝙ
nõ curarẽt nec timerẽt ꝟba Jere⸗
mie. qꝛ de⁹ ꝓpter reuerentiã tẽpli
qḋ erat templũ nõ idoloꝝ: ſ; dñi
pꝛeſuaret ipm tẽplũ a deſtructi
one: ⁊ ꝓpter tẽplũ ciuitatẽ. ⁊ oĩs
ſeruitoꝛes tẽpli: ⁊ q̇ adoꝛabãt de
um verũ in ipſo. Jſta vtiq; erat
mendax ⁊ irrõnabil ꝓmiſſio. qꝛ
nõ ꝓpter locũ hoĩes: ſ; ꝓpter hoĩeſ
locũ elegit de⁹. vñ qꝛ iudei erãt p̃
uaricatoꝛes diñe leg: ⁊ cultoꝛes
alioꝝ deoꝝ: nullo mõ ꝯfidere de
bebant nec in tẽplo nec in talib⁹
ꝟbis mẽdoſis. ſic nec facere de⸗
bẽt xpiani. Nõ enĩ in ꝟbis ſed in
fact bonis ꝯfidẽdum ẽ. ꝓpter qḋ
ſaluatoꝛ dicit Mat. vij. Nõ oĩs
q̇ dicit mihi dñe dñe: intrabit ⁊c
Et hoc ẽ qḋ ſubdit. [ Nolite cõfi
dere in ꝟbis mẽdacij: dicẽtes tẽ⸗
plũ dñi: tẽplũ dñi: tẽpl. dñi ẽ. ip;
ſup. qḋ ꝓteget noſ ab oĩ malo q̃n
tũcũq; fuerim⁹ pctõꝛes. y

Propter q̃rtũ ⁊ vltimũ ſubiũ
git [ Qm̃ ſi bñdixerit ] Ubi ad
huc replicat obſuant mercedez
⁊ explicat aliq̃liter ſue leg teno⸗
rẽ. Eſt aũt ſciendu; ꝙ iſta ꝓpħia
Jeremie. q̃ p̃dicebat iudeis illa
mala oĩa q̃ poſtea euenerũt: fuit
ꝓpħetia cõminatõis. ⁊. q. ſub ꝯdi
tione. vt ſi nõ peniterẽt de malis
ſuis: illa q̃ ꝓpħa p̃dicebat: eis e⸗
uenirẽt. Si aũt ꝯuerterẽt ſe a vijſ
ſuis peſſimis: ſeruarent a malo.
Jdcirco ꝓpħa q̃ ; tũcũq; minaret:
tñ ſp hoꝛtabat eos ad bonũ ⁊ ad
pniam. d. bonas facite vias ve⸗
ſtras ⁊c. De⁹ tñ ſciebat ⁊ ꝓpħa in
ſpũ ꝙ nõ ꝯuerterent ad pniam. ⁊
ꝙ ꝓphetia hrẽt i eis effectũ: ſp tñ
ꝓmittebat eis bonũ ſi legẽ obſer⸗
uarẽt. Et h̄ eſt qḋ dicit: ſic ſe ꝯti
nuans. [ Nolite dixi ꝯfidere in ꝟ
bis mẽdacij ]: ſ; poti⁹ ĩ opib⁹ vir
tut. [ Qm̃ ſi bñdixerit ] .i. bono
ꝟtutis addixerit: [ vias vr̃as et
ſtudia vr̃a ] expone ſic p⁹us [ ſi fe
ceritis iudiciũ ] ſup. veꝝ ⁊ iuſtũ
[ inter virũ ⁊ ꝓximũ eius [ ſupple
quẽcũq; diuitẽ aut paupe;. ami⸗
cũ vl inimicũ [ aduene ] .i. homĩ
extraneo ⁊ aliũde veniẽti [ pupil
lo ] ſup. q̇ ẽ abſq; prẽ. [ ⁊ vidue ]
id ẽ q̃ eſt oꝛbata viro ſuo [ nõ fe⸗
ceritis calumniã ] .i. iniuriam in
leſione pſone: fame vel ſubẽ. nec
etiã ſup. alteri homĩ. Jſtas tamẽ
perſonas magis expꝛimit. quia
ſunt miſerabiles. ⁊ ideo ipis ma
gis ſubueniunt iura. [ Sangui⸗
nẽ innocentẽ nõ effuderit in lo⸗
co iſto ] nec ſupp. in alio loco. Lo
cum autem illu;. i. hierlm poti⁹
expꝛimit. qꝛ ibi magis peccatu;
erat iſta facere pꝛopter ſanctimo
niam templi. ⁊ qꝛ foꝛſan ibi ma⸗
gis aſſueti erant homicidia exer
cere. Uñ ps. Effuderũt ſangui⸗

nem innocentē in circūitu hieru-
ſalē. Signāter tñ dicit ſanguinē
innocentē. qꝛ ſanguis noxiꝰ fun
di debebat. Maleficos enī non
iudex: ſed lex occidit. [Et pꝰ de-
os alienos nō ambulaueritꝭ] vt
ſupple adoretis eos in loco iſto:
nec etiā in aliq̄ loco alio. ſupple.
Illū vero locū potiꝰ exprimit. qꝛ
ibi pctm̄ maius erat colere ido-
la vbi colebaꞇ verus deꝰ. [habi-
tabo vobiſcū in loco iſto] ſupp̄.
vobis aſſiſtendo ⁊ ꝓtegendo. [in
terra quā dedi patribꝫ vr̄is. ha-
bitabo] dico. [a ſeculo ⁊ vſqꝫ ī ſe
culū] .i. ſp. Et qm̄ nō fuerūt o-
bedientes legi dei: ⁊ ſub diuerſiſ
regibꝫ coluerūt deos alienos. iō
nō habitauit deꝰ cū illis diu ī lo
co iſto: ſed iñ expulit eos primo
ī babylonē: vnde redierūt. ⁊ poſt
mortē ſancti ſctōꝝ expulſi fuerꞇ
totaliter: nec illuc reuertenꞇ vſqꝫ
ad finē mundi. [Ait dñs omni-
potens]. concludit eccl'ia. Certe
hec eadē verba dicit deꝰ chriſtia
no populo: ꝓpter quoꝝ pctā an
guſtata eſt eccleſia: ⁊ de diuerſis
partibꝫ orbis ſunt expulſi xp̄ia-
ni: in q̇bus deꝰ nō habitat cū eis
Pꝫ ꝯcordia inter ep'laꝫ ⁊ euā
geliū hodiernū qđ incipit. Sur
gens ieſus de ſynagoga ⁊c. ⁊ ſcri
biꞇ Lu. iiij. In ꝑncipio nāqꝫ hu-
ius lectiōis mouenꞇ p̄dicatores
vt p̄dicent cōiter verbū dei. vnđ
dictū fuit Iere. Sta in porta do
mꝰ dñi ⁊c. ⁊ de h̄ eodē oñdit eis
xp̄s mgr̄ oīꝫ doctoꝝ exēplū ī fi-
ne hꝰ euāg. dicēs. Alijs ciuitati
bꝫ oportet me euāgelizare regnū
dei. qꝛ iō miſſus ſum Et ſeq̇tur.
Et erat p̄dicans in ſynagogꝭ ga-
lilee. nō ſolū in vna ſꝫ in oībꝫ. ſic
igiꞇ nos p̄dicatores euāgeliſemꝰ
ppl'is regnū dei: vt tandeꝫ cū eis
ad ip̄m feliciter veniamꝰ. Amē.

## Feria ſexta poſt Oculi.

In diebus
illis ꝯuenerūt filij iſra
el ⁊c. Num. xx. Z
Die p̄terita oſtēdit nobis eccl'ia
ꝙ veri obſeruatores diuīe legis
magnū ꝯſequunꞇ cōmoduꝫ. ho-
die vero ⁊ cras oñdet nob ꝙ ꝯtē-
ptores eiuſdē legꝭ ſūmū incōmo
dū ꝯſequunꞇ. Merenꞇ enī priua
tionē regni celeſtis: ⁊ inflictioneꝫ
eterne mortis. Primū oñdiꞇ no
bis hodie h̄ ꝑ figurā in moyſe et
aaron: qui qm̄ fuerunt increduli
v̄bo dei q̇ legē edidit. ⁊ dubitaue
rūt vel de potētia dei tāqꝫ q̇ non
poſſet aquā de petra ꝓducere: vł
de dei clemētia tāqꝫ q̇ nollet indi
gētibꝫ ꝓuidere. fuerūt ꝑuati ter-
ra ꝓmiſſiōis: q̄ figurabat terrā vi
uētiū. Si eī illi q̇ erant ſctī viri ⁊
legē dei ꝑ integꝝ obſuabāt ꝓpter
ſolā incredulitatē ⁊ diffidētiā (q̄
forſan habuerūt occaſionē ex pec
cato ppl'i) fuerūt ꝑuati figura. i.
terra ꝓmiſſiōis. ꝯñs ē ꝙ trāſgreſ
ſores legis diuine priuentur re fi
gurata. id eſt regno celeſti. Scđꝫ
oñdeꞇ die craſtina in mal' p̄ſbris
qui falſuꝫ ferentes teſtimoniū ꝯ

innocẽtẽ ſuſannã: meruerũt mor
tem corporalẽ: ⁊ obligationeʒ ad
mortẽ ſempiternã. Ad euidẽtiaʒ
aũt iſtiꝰ lectiõis ſciendũ ꝙ filij iſ
rael egreſſi de egypto fecerũt. xij.
manſiones incluſiue vſqʒ ad ſo-
litudinẽ ſynai: ad quã ꝑuenerũt
ꝓma die menſis tertij. ſcʒ iunij ꝓ
mi anni ab egreſſu. q̄rta aũt die
id eſt q̇nquageſima a phaſe ſuſce
perunt legẽ. ⁊ in iſta. xij. manſio-
ne fuerunt ꝑ totũ annũ. imo ſm
Jero. ꝑ ãnũ ⁊. iiij. dies Jn ip̄a au
tẽ manſiõe media pars exodi: to
tus leuiticus ⁊ multa p̄cepta nu
merorũ deſcripta fuerũt. Viceſi
ma autẽ die menſis ſcḋi anni ex-
iuerunt de ſynai. ſicut dr̄ Num̄.
x. ⁊ fecerũt. xxj. maſiones in ãno
ſcḋo vſqʒ ad cades barne. De q̊
loco miſit moyſes exploratores
ad ꝯſiderandũ terrã qui redierūt
ad moyſen ⁊ ad populũ in eodē
loco. ſ. in cades. ſicut dicit̄ Nu-
me. xiij. ⁊ ibi fuit. xxij. manſio. et
hoc totũ factum fuit infra ſecun
dum annũ. Deinde ꝓpter ſeditio
nem populi. ⁊ qꝛ noluerunt cre-
dere Joſue ⁊ caleph exploratori
bus. qui dicebant ꝙ terraʒ faci-
liter poſſent capere. ſed potiꝰ ac-
quieuerũt alijs qui oppoſituʒ di
cebant: longo tempore ſteterunt
in cades barne. ⁊ ſicut dicit̄ in hi
ſtorijs Deutero. diu circũierunt
montẽ ſeyr: ⁊ redierũt ad montẽ
ſynai. ⁊ q̄ſi vſqʒ ad mare rubruʒ.
⁊ in iſtis expenderũt. xxxviij. an-
nos. ⁊ in illo ſpacio fuerũt ꝓſtra
ta cadauera oĩm iſtoꝝ qui exiue
rant de egypto a. xx. annis et ſu-
pra. exceptis moyſe ⁊ aaron Jo
ſue ⁊ caleph. Poſtmodũ autẽ ex
pletis annis trib⁹ ⁊ in. xj. die re-
dierunt in cades. q̄ eſt ꝑs deſerti
ſyn. menſe ꝓmo ãni. xl. ⁊ ibi mor
tua fuit maria ſoror moyſi. ibi ẽt
ꝓpter defectũ aque fuerũt illa oĩa
facta q̄ in pñti lectione deſcribũt̄
Aduertendũ aũt ꝙ illud deſer-
tum ſyn in q̊ fuit. xxxiij. manſio:
nõ eſt idẽ cũ iſto deſerto ſyn. de q̊
habet̄ in Exo. xvj. in q̊ fuit. viij.
manſio. vt dicit Jero. Primum
enĩ ſyn ſcribit̄ ꝑ ſamech. iſtud au
tẽ ſcribit̄ ꝑ ſade. ⁊ interp̄tat̄ ſcã vl'
mandatũ. primuʒ aũt interp̄tat̄
rubus ſeu odiũ. Poſtmodũ aũt
eodẽ. xxxiij. anno exiuerũt de ca-
des. ⁊ fecerunt. ix. mãſiones vſqʒ
ad cãpeſtria moab. vbi fuit. xlij.
⁊ vltima mãſio vbi moyſes Deu
tero. ſcripſit. A His viſis p̄
ſens lectio diuidit̄ ita Primo eĩ
deſcribit̄ Jmpatiẽtis ꝓpl'i mali-
cia. ibi. ⌊ Cõuenert̄ ⁊c. Secũdo
patientis dñi clemẽtia. ibi. ⌊ Jn-
greſſi ⁊c ⌋. 2 Materia vero impa-
tientis ꝓpl'i ſm ꝙ apparet in tex-
tu. q̄zuis eccl'ia nõ recitet colligit̄
ex q̄ttuor. ſ. ex rebellione. Ex ſedi
tione. Ex deſperatiõe. Ex obiur-
gatione. Dicit̄ igit̄ ꝓmittente ec-
cleſia. ⌊ Jn dieb⁹ illis ⌋. ſ. qñ po-
pulus ꝓmo mẽſe. xl. anni ab exi-
tu de egypto redierat in cades:
⁊ fuiſſet ibi mortua maria ſoror
moyſi: ꝓpter defectũ aquarum cõ

venerunt filij iſrl' aduerſus moy
ſen q̇ erat p̄nceps populi. [ ꝛ aa/
ron ] qui erat maioꝛ ſacerdotuꝫ.
Ecce rebellio. venerūt eni ſubdi
ti ꝯtra rectoꝛes. vn̄ dr. ꝯuenerūt
aduerſus: q̄ſi aduerſantes eis.
[ ꝛ verſi in ſeditionē dixerūt ] ſup
ple moyſi. q̇ erat p̄ncipalis. ꝛ ad
quē ꝑtinebat ꝓuiſio. ꝛ ꝑ quē oīa
ſigna facta fuerūt [ Da nob aquā
vt bibamus ]. Ecce ppl'i ſeditio.
ſeditioſe eni ꝛ q̄ſi volentes moy
ſen repellere. petētes ab eo quod
erat ſibi impoſſibile dixerūt iſta.
Aliter aūt hꝫ textus. dicit eni ſic
ꝙ filij iſrael moyſi dixerūt. [ Uti
nam periſſem⁹ inter frēs nr̄os ].
q̇ iā moꝛtui ſunt ī ſolitudīe ſup/
ple [ corā dn̄o ] .i. in volūtate ꝛ be
neplacito dn̄i. Ecce deſperatio.
dixerūt em̄. vtinā periſſem⁹. Se
quit͛ obiurgatio [ Cur induxiſt̄
eccl'iam dn̄i ] .i. ꝯgregationē iſtā
[ in ſolitudinē vt ꝛ nos ꝛ iumēta
nr̄a moꝛiamur. Quare nos a/
ſcēdere feciſtis de egypto ꝛ indu
xiſtis nos in locū iſtū peſſimū. q̇
ſeri nō pōt. q̇ nec ficuꝫ gignit: nec
vineas: nec malogranata. Inſuꝑ
ꝛ aquā nō habet ad bibendum.
Ptꝫ ex ſcp̄tur̄ ꝙ ppl's iſte fuit ꝓ
niſſim⁹ ad murmurādū ꝛ ad re
bellandū. Primo eni in egreſ
ſu ꝺ egypto vidētes exercitū pha
raonis murmurauerūt. ſicut ha/
bet͛ Exo. xiiij. ſcd̄o ꝓpter amari/
tudinē aquaꝝ in marath. Exo.
xv. Tertio ī deſerto ſyn ꝓpter de
fectū ciboꝝ qn̄ cibauit eoſ māna
Exo. xvj. Quarto ꝓpter defectū
aquaꝝ in oꝛeb. Exo. xviij. Quin
to qn̄ receſſerūt de ſynai ꝓpter la
boꝛē itineris. Num. xj. Sexto ꝓ
pter deſideriū carniū. Num. xxj
Septimo ꝓpter v̄ba exploꝛato/
rum. Num. xiiij. Octauo mur/
murauerunt leuite ꝯ Moyſen ꝛ
aaron Nume. xvj. Nono ꝓpter
defectū aquarū in cades. de quo
hic. Decimo ꝓfecti de mōte hoꝛ.
ꝓpter tediū itineris. Num. xxj.
ꝛ alias multotiens. Seq̄tur
ſm lr̄am eccl'ie [ Ingreſſiq; ſunt
ꝛc̄ ] Ubi deſcribitur patiēt̄ do/
mini clemētia ꝛ patiētia. Et be/
ne dico. clemētia ꝛ patiētia. quia
q̄ntūcunq; murmurarēt ꝛ ꝯ re/
ctoꝛes rebellarent. ꝛ ſi de⁹ punie
bat eos vel ꝑ ignē vel ꝑ ſerpētes
vel ꝑ moꝛtē aliquoꝝ: vt oſtende
ret ſuā iuſticiā. ſemper tn̄ ꝓuide
bat eis in neceſſarijs vt oñderet
ſuā clementiā ꝛ patientiā Ipē eī
eſt qui ſolem ſuuꝫ oꝛiri facit ſuꝑ
bonos ꝛ malos. ꝛ pluit etiā ſuꝑ
iuſtos ꝛ iīuſtos Mat. v. In iſta
aūt ꝑte duo ſunt notanda. Prio
tangitur pctōꝛis ppl'i affectuoſa
ſupplicatio. ſcd̄o ipſi⁹ dn̄i digna
tiua exauditio. ibi. [ Apparuit/
q; gl'ia dn̄i ꝛc̄ ] In p̄ma parte de
ſcribit͛ q̄lis debet eſſe efficax oꝛa/
tio. Debet em̄ oꝛatio eſſe cum re
collectiōe. cū humiliatiōe. cū de
uotione. cū fide ꝛ dilectiōe. cū re
cta intentiōe. Talis fuit iſtoꝛuꝫ
oꝛatio. Unde dicit͛. [ Ingreſſiq;
moyſes ꝛ aaron dimiſſa multi/

tudine ante tabernaculũ federiſ ] Ecce ꝙ orõ iſtoꝝ fuit ſecreta: ſolitaria ⁊ cum mẽtis recollectiõe. qꝛ dimiſſa multitudĩe. Sic ⁊ de xp̃o legitur Mat. xiiij. ꝙ aſcẽdit in montẽ ſolus orare. Ipe inſuꝑ dixit Mat. vj. Cũ oraueris intra in cubiculũ tuũ ⁊c̃. Additur. [ Corruerũt proni in terrã ] Ecce ꝙ fuit cũ mentiſ humiliatione. cuiꝰ ſignũ fuit exterior inclinatio. Et certe orõ humiliantis ſe: nubes penetrat. Eccleſia. xxxv. [ Clamaueruntqꝫ ad dñm ] Ecce ꝙ fuit cũ mentis deuotiõe. Clamauerũt eñ nõ ſolũ ore ſed vehementiꝰ corde. iuxta illud Pſ̃. Clamaui in toto corde meo: exaudi me dñe. ſic orabat ap̃lus: q̃ dicebat. Orabo ſpũ. i. ore q̃ flatꝰ emittit̃. orabo ⁊ mente. j. Coꝝ. xiiij. [ Atqꝫ dixerũt. Dñe deus exaudi clamorẽ pp̃li huiꝰ. Clamorem ] dico. nõ deuotiõis. ſꝫ murmuratõis. [ ⁊ aperi eis theſaurũ tuũ ]. id eſt ſecretum tuuꝫ. quod ſupple antea nõ aperuiſti. ſecretum dico [ fontẽ aque viue. ] ſupple ꝓductum in hac ſolitudine. Ecce ꝙ fuit orõ iſtoꝝ cũ fide et dilectione. Credebant eñ illum quẽ rogabãt eſſe dñm ⁊ deum. ⁊ poſſe ſubito fontẽ ꝓducere in deſerto. vñ dicebant. [ Dñe deꝰ aperi ⁊c̃. ] Fuit ergo cũ fide. qđ vere req̃rit̃ ſi petitio debeat exaudiri. Iaco. j. Poſtulet in fide nihil heſitans. Et fuit cũ dilectiõe caritatiua. qꝛ nõ ſolũ orabãt ꝓ ſe: ſꝫ etiã ꝓ alijs. ⁊ nõ ſoluꝫ ꝓ bonis ⁊ amicis: ſed etiam ꝓ malis ⁊ ingratis ⁊ inimiciſ. ſic̃ eſt in hoc xp̃o qui orauit ꝓ ſuis crucifixoribus Lu. xxiij. ſciebãtqꝫ v̈bũ qđ xp̃s dicturꝰ erat Mat. v. Diligite inimicos vr̃os: ⁊ orate ꝓ ꝑſequẽtibus ⁊ calũniantibꝫ ⁊c̃. B

Seq̃tur. [ Ut ſatiati ceſſet murmuratio coꝝ. Ecce ꝙ fuit cũ recta intentione. Qui enĩ recte orat ꝓ alijs: debet ꝓncipal'r intendere vt ipi pctm̃ deſerãt. ⁊ deo ſine pctõ ſeruiant. ⁊ talis fuit oratio iſtoꝝ. Orabant enĩ ꝓ collatione aque. qua collata ceſſaret populus murmurare. ergo fuit cuꝫ rectitudine intentiõis. Dicebat nanqꝫ quilibet eoꝝ illud pſ̃. Dirigatur orõ mea ſicut incẽſuꝫ ⁊c̃. Ecce ergo ꝙ Moyſes ⁊ aaron dederũt exẽplũ p̃latiſ oĩbꝫ ꝙ debẽt orare: nõ ſolũ ꝓ ſe: ſꝫ ẽt ꝓ ſubditiſ ſiue bõis ſiue mal': ſiue amicis ſiue inimiciſ. ⁊ q̃liter debẽt orare. Seq̃t̃ [ Et appuit ] Ubi tãgit̃ ipiꝰ dei dignatiua exauditio Et tãgunt̃ duo. ſ. aque ꝓmiſſio: ⁊ aq̃ exhibitio ibi [ Tulit igitur ] Circa ꝓmũ tãgũt̃ q̃ttuor. ſ. di apparitio. dei locutio. bñficij ꝓmiſſio. modi exhibẽdi expletio. Dicit̃ q̃. [ Et appuit gl'ia dñi ſuꝑ eos ]. i. cũ ĩgreſſi tabernaculũ orarẽt ſic̃ dictũ ẽ [ Appuit gl'ia dñi ] . i. gl'ioſus dñs in aliq̃ nubecula ſplendida: quã vocat gl'iaꝫ dñi. ⁊ in qua erat angelus in ꝑſona domini qui loquebat̃. [ Locutuſqꝫ

eſt dñs ].id eſt angelus in ꝑſona dñi ad moyſen:q̇ ſupple erat p̄ncipalis:ꝛ ꝑ quē alia ſigna fctā fuerant.d.[ Tolle virgā ] Nō fuit iſta virga illa ꝑ quā fecerat ī egypto ſigna:ſed fuit virga aaron q̄ floꝛuerat ꝛ fronduerat.de q̄ Nume.xvij.[ Et congrega ꝑplm ] vt ſupple coꝛam eo fiat mirabile ſignū.[ tu ꝛ aaron frater tu⁹:ꝛ loq̇mini ad petrā coꝛā eis ].ac ſi ſupple eſſet rōnalis ꝛ capax ſmonis [ ꝛ illa dabit aquas ].i.obediet vobis.ac ſi eſſet ꝑceptibilis diſcipline.ita innuit apl's.j.Coꝛ.x. Bibebant de ſpirituali ꝯſequente eos petra.i.ſatiſfaciente volūtati eoꝛū.[ Cūqꝫ duxeris aquā de petra ] ſupple ꝟtute mea: non tua. nec alicu⁹ creature:[ bibet omīs multitudo ꝛ iumēta ei⁹ ] Nota ꝙ nō fuit iſta petra de q̄ etiaꝫ educta fuit aqua ī deſerto raphidī.de qua Exo.xvij. q̄ fuit dicta petra oꝛeb.qꝛ illud deſertuꝫ erat pars montis ſyna.cui⁹ cacumen oꝛeb dicebat̄. De iſta petra certū eſt ꝙ fuit ꝑcuſſa cū virga moyſi. cū q̄ fecerat in egypto ſigna. Fuit etiā alia petra dicta oꝛeb.qꝛ in ea fuit occiſus oꝛeb. Judi.vij.

Sequit̄.[ Tulit ergo ꝛc̄. Et hic deſcribitur aque exhibitio. Ubi tria tanguntur. Primo quidem deſcribitur diuinū beneficiū qđ pertinet ad diuinam miſericoꝛdiam. Secūdo pena que ꝑtinet ad diuinam iuſticiā.ibi.[ Dixitqꝫ domin⁹ ]. Tertio vtriuſqꝫ memoriale perpetuū ad inſtruēduꝫ poſteritatē futuram.ibi.[ hec eſt aqua ]. In pꝛima parte tangūtur quattuoꝛ ꝑ oꝛdineꝫ.ſcꝫ. Sūptio baculi. Repꝛehenſio ppl'i. Dubitatio moyſi. Exhibitio poculi.

Quantū autem ad pꝛimum dicitur.[ Tulit ergo Moyſes virgam que erat in cōſpectu domini ſicut pꝛeceparat ei congregata multitudīe ante petrā. Ex hoc quod hic dicitur:ꝙ erat ī cōſpectu domini apparet ꝙ iſta ꝟga erat virga aaron.de qua dixerat dñs moyſi. Nume.xvij. Refer virgam aaron in tabernaculum teſtimonij. Quantum vero ad ſecundum additur.[ Dixitqꝫ eis ] Moyſes ſupple filijs iſrael [ Audite rebelles ꝛ increduli ]. Uere rebelles ꝛ increduli. Et ſicut dixit beat⁹ Stephan⁹ Actu.vij. Dura ceruice ꝛ coꝛde indomabili ſꝑ reſiſterunt ſpūiſancto

C. Quantū ad tertiū ſubdit̄.[ Num de petra hac poterimus vobis aquā eijcere ]. Dicit hic magiſter.ꝙ cū in alijs fiducialiter egiſſent moyſes ꝛ aaron. turbati murmurante populo in hoc facto diffidēter ſe habuerūt. quod domino manifeſtante cognitum eſt.ſcꝫ ꝑ hoc ꝙ non ad p̄mam ꝑcuſſionem egreſſe fuerūt aque.quod quidem non fuiſſet niſi deſperaſſent. Sed clari⁹ hoc apparet ex verbo quod eis dixit dominus. Quia inquit non credidiſtis mihi ꝛc̄. Et adhuc etiā

clarius ex pena ſubſecuta. q2 di-
xit eis dñs. Non introducet̄ po
pulos iſtos ꝛc̄. Et bñ dico: ꝙ hoc
cognitũ eſt manifeſtante dño. q2
ex nullo eoꝝ opere vel verbo ali
quo ꝑpendi potuit aliqua diffi-
dentia. Ex iſtis etiã verbis: Nũ
de petra hac ꝛc̄. vtraq3 pars con
tradictiõis elici poterat. ſ. affir-
matiua. q. d. poterimus. vel ne-
gatiua. q. d. non poterimꝰ. Sed
deꝰ qui pſcrutatoꝛ eſt coꝛdiũ no-
uit interioꝛa eoꝝ que verbo ꝛ fa
cto voluit exterius indicare. Et
vere pꝛima facie apparet ꝙ ex ꝟ-
bis iſtis magis habeꝛ ſenſus ne
gatiuus q̃3 affirmatiuus. S3 mi
rum eſt ꝙ moyſes dubitauerit:
cum in ſimili facto aliquãdo nõ
dubitauerit. Pꝛoduxit nam3 a-
quam de petra ꝑcuſſione virge.
Exo. xvij. Dicendũ ꝙ non dubi
tauit moyſes de dei potentia q̃n
deus poſſet hoc facere. nec etia3
de dei miſc̃dia abſolute quin de
us q̃ntum eſt de ſe: hoc vellet fa-
cere: ſed dubitauit de dei miſeri-
coꝛdia ĩ cõparatiõe ad pctã ppl'i.
Cui pp'o ꝛ ipſe ſtatĩ dixerat. Au
dite rebelles ꝛ increduli. Credi
dit enim ꝙ ꝓpter multiplice3 re-
bellionẽ ꝛ offenſa3 populi: deus
ſic offenſus eſſet ꝙ nollet eis da-
re aquam. Et certe ipe ꝓpter hoc
non debuit dubitare. tum q2 de
us etiam pꝛouidet peccatoꝛibꝰ.
q̃ et ꝓuidet volucribꝰ. Oculi eĩ
omniũ in te ſperant domine ꝛc̄.
ꝛ maxime quia eis deus dixerat
Petra dabit aquas. Et cũ edu-
xeris aquam de petra ꝛc̄. Quia
nẽpe plura ꝛ maioꝛa fecerat de-
us pꝛo peccatoꝛibꝫ ꝛ poſtea fecit
q̃3 eſſet iſtud. ꝛ ita parũ vult deꝰ
ꝙ dubiteꝛ de ſua miſericoꝛdia:
etiã in cõparatione ad homines
peccatoꝛes: ſicut de ſua potẽtia.

Quantũ ad quartũ ſubiungi
tur. [Cũq3 eleuaſſet moyſes ma
num ꝑcutiens virga bis ſilicẽ.]
Niſi enim vt dictum eſt: dubitaſ
ſet ꝛ quaſi deſperaſſet: in ꝓmo ta
ctu emanaſſent aque. Sequitur
[Egreſſeq3 ſũt aque largiſſime.
ita vt populꝰ biberet ꝛ iumenta]
Sequiꝛ pena dubitantiũ. [Di-
xitq3 dominꝰ ad moyſen ꝛ aarõ.
quia non credidiſt̄ mihi vt ſan-
ctificaretis me] .i. ſanctũ ꝛ fir-
mum in verbis meis reputaret̄
me. ꝛ ita oſtẽderet̄ me [coꝛam fi
lijs iſrael. non introducetis hos
populos in terrã quã dabo eis]
Apparet manifeſte ex his ꝙ fue-
runt increduli. ꝛ ꝙ eoꝛum incre
dulitas fuit manifeſta populo ꝛ
habita ex verbis que dixerant.
Num de petra hac ꝛc̄. q2 hec di-
cit dominꝰ [Non credidiſt̄ mi-
hi vt ſanctificaretis me] .i. fir-
mum in verbis meis oſtendere-
tis me. Sanctu3 enim vno mo-
do idem eſt qꝺ ſtabile ꝛ firmu3.
[coꝛam filijs iſrael] qꝺ null'o mo
do ꝑpendiſſent: niſi quia ex ver-
bis eoꝛum magis potuit haberi
negatiua q̃3 affirmatiua. Hec ẽ
fuit pena eoꝛum: ꝙ ſc3 nõ intro-

duxerūt filios iſrael ad terraꝫ ꝓmiſſionis. Jſto nanqꝫ codeꝫ anno ante ingreſſum terre ꝓmiſſionis. ſ.xl. mortui fuerunt. Maria enim ſoror eorū fuit mortua primo menſe illi⁹ anni: ꝛ ſepulta in cades. Aaron vero cū eſſet. cxxiiij annorū: ſubſtituto beleazaro filio ſuo in pontificatū: fuit mortuus in monte hor iubente domino menſe q̇nto eiuſdē anni. infra eodē. Moyſes vero cū eſſet. cxx. annorū eiuſdē anni mēſe. xj. ſubſtituto Joſue in principatu. iubente domino aſcēdit in monteꝫ nebo. cui⁹ vertex eſt phaſga. ꝛ ibi viſa terra ꝓmiſſionis ꝑ magna parte. vel forſan tota ꝑ miraculū mortu⁹ fuit. quem domin⁹ ſepeliuit in valle terre moab. cui⁹ ſepulchruꝫ nunq̄ꝫ fuit cognitum. Quod hebrei ideo factū fuiſſe dicunt. ne pro deo coleretur. erant enim ad idolatriam proni. D

Sed videt᷑ ꝙ iſta pena non fuit iſtis hic nouiter inflicta. quia Num̄. xiiij. dixit dñs: ꝙ null⁹ q̇ exiuiſſet de egypto a. xx. annis ꝛ ſupra ingrederet᷑ terram illam. preter ioſue ꝛ caleph. Dicenduꝫ ꝙ ſolum fuit dictū de exploratoribus ꝛ murmuratorib⁹. non de moyſe ꝛ aaron. qꝛ fuit iſta pena nouiter hic inflicta. Conſeq̇nter ponit᷑ vtriuſqꝫ predictorum memoriale perpetuū ad inſtruendā poſteritatem futurā. [Hec] inq̇t moyſes q̇ librū iſtuꝫ ſcripſit [eſt aqua contradictiōis]. Sic enim vocata [eſt ab euentu. qꝛ et multitudo ppl'i in iſto loco rebellans ꝛ incredula ꝯtradixit deo. Vnd̄ in pſ̄. Jrritauerunt eū ad aquas ꝯtradictionis. Et etiam qꝛ electi viri ſcꝫ moyſes ꝛ aaron q̇ in omnib⁹ alijs fiducialiter ſe habuerant: in iſto facto dubitātes ꝛ q̄ſi deſperātes de ꝓmiſſis dei. vel qꝛ non poſſet: vel qꝛ noller. propter peccatū populi ꝯtradixerūt promittenti. Vñ de aaron dixit dñs parū infra. Jncredulus fuit aaron ori meo ad aquas ꝯtradictionis. Seq̇tur. [Vbi iurgati ſūt filij iſrael ꝯtra dñm: ꝛ ſanctificatus eſt in eis] id eſt ſanct⁹ ꝛ firmus oſtenſus. qꝛ ꝛ dedit aquaꝫ ſicut ꝓmiſerat. non obſtante diffidentia. ꝛ qꝛ dubitantes puniuit.

Notandū ꝙ in iſta lectiōe pñt haberi multa. Primū eſt ꝙ peccata ſubditorū ſunt ſepe prelatis occaſio peccandi. Secunduꝫ eſt ꝙ de⁹ propter peccata hominuꝫ nō claudit peccatorib⁹ miſericordie ſue manū. Tertiū eſt ꝙ non credere verbo dei ꝛ deſperare de ſuis ꝓmiſſis: eſt maxima pena dignum. Quartū eſt ꝙ nemo debꝫ confidere nec reputare ſe ſecurū quādo legit tales perſonas q̄i in vltimo vite ſue cecidiſſe in peccatum. Quintū eſt ꝙ de⁹ etiā permittit ſanctos viros in peccatuꝫ aliqñ labi: vt habeant de q̄ ſe humilient ꝛ contemnant. ꝛ ne ꝓpter ſua glorioſa opera in ſupbiā efferant᷑. Sextū eſt ꝙ ꝑ iſtam penaꝫ

qua iſti duo puniti fuerũt (q̄ fu-
it priuatio terre ꝓmiſſiõis) intel-
ligi debet allegorice carentia di-
uine viſionis. quã omnes incre-
duli niſi digne peniteant meren
tur. Septimũ eſt ꝙ ꝑ iſtaꝫ aquã
de petra productam debet alle-
gorice intelligi diuĩa gratia: quã
chriſtꝰ de ſeipo petra meritꝭ ſan-
ctorũ ⁊ precibꝫ etiaꝫ peccatoribꝫ
infundit. Sancti enĩ viri ⁊ ſi nõ
de condigno: de ꝯgruo tamẽ pri
mam gratiã peccatoribꝫ ꝓcurãt.

Patet igitᷣ ꝯcordia inter epi-
ſtolam ⁊ euangeliũ hodiernum.
qđ incipit. Venit ieſus in ciuita
tem ſamarie. ⁊ ſcribitᷣ Iohis. iiij.
In iſta enim lectione agitᷣ ad lit-
terã de figura. ſcꝫ de aqua mate-
riali miniſtrata de petra popu-
lo peccatori. In euãgelio agitur
de re figurata. ſcꝫ de aqua ſpũali
diuine gr̃e: quã chriſtꝰ petra di-
cit ſe donare penitentibꝫ. vñ di-
xit mulieri ſamaritane. Si ſci-
res q̄s eſt q̇ loquitᷣ tecum. petiuiſ
ſes ab eo. ⁊ ip̄e dediſſet tibi aquã
viuã. Pro cuiꝰ figura dixerat ħ
moyſes deo. Aperi eis theſaurũ
tuũ fontem aque viue. Et nec il
le fons fuit fons aque viue. For-
ſan enim ſtatim poſt receſſuꝫ po
puli aruit. Nec ẽt fons iacob (qꝛ
erat altus puteꝰ ad quem mulier
iſta venerat) fuit fons aque viue.
ſed ſolum ille quem figurabant
iſti fontes: ſcꝫ chriſti ſufficientia
de quo ſcꝫ fonte manat largiſſi-
me aqua diuine gratie. de q̄ ipſe
dicit in hoc euãgelio. Aquã quaꝫ
ego dedero: qui biberit ex ea non
ſitiet vnq̄ꝫ: ſed fiet in eo fons aq̄
ſalientis. id eſt ſalire facientis in
vitam eternam. Ad quam nos ꝑ
ducat ⁊c̄.

## Sabbato poſt Oculi.

IN diebus
illis. Erat vir in baby-
lone ⁊c̄. Daniel. xiij.

E In precedenti lectione fi
guraliter loquens eccl'ia oſtẽdit
in moyſe ⁊ aaron ꝙ contempto-
res diuine legis aſſequunᷣ vnuꝫ
maximũ incõmodũ. ſcꝫ ꝑuatio-
nem regni celeſtis. qđ figurabatᷣ
ꝑ terrã ꝓmiſſionis. q̄ fuerũt pri-
uati iſti. qꝛ fuerunt increduli ver
bo dei. In p̄ſenti aũt lectiõe oſtẽ
dit nob in iſtꝭ duobꝫ p̄ſbyterꝭ q̇
ꝯ legẽ dĩ falſe accuſauerᷣt ſuſãnã
ꝙ etiã ijdẽ ꝯtẽptores dĩne legꝭ aſ
ſequunᷣ vnũ aliud maximũ incõ
modũ. ſ. inflictionẽ eterne mortꝭ
que figuratur in lapidatione te-
ſtium iniquorũ. Ad euidenti
am iſtius lectionis ſunt aliq̄ pre
mittenda. Primũ eſt ꝙ iſte da-
niel q̇ fuit de tribu iuda ⁊ đ ſemi
ne regio fuit ductꝰ in babyloneꝫ
cũ filijs tranſmigratiõis ãno ter
tio regꝭ ioachim filij ioſie. q̇ etiã
alio noĩe dictꝰ fuit ieconias. Et
dico anno. iij. nõ abſolute: ſꝫ ex q̄
cepit eẽ tributariꝰ regꝭ babylõis.
ſic innuitᷣ dañ. p̄io ca. q̇ fuit ãnꝰ
xj. regni ſui. Dico etiaꝫ fi'ij ioſie

quia alius fuit ioachim fili⁹ ei⁹
dictus etiā ieconias pater. vt pu
to ſalathiel. de quo Matt. j. qui
tm̄ regnauit tribus menſib⁹. iiij.
Reg. vltimo. Differūt autē iſto-
rū nomīa ſm Hiero. in hebreo.
Nomen enim primi ſic ſcribitur
ꝙ ſonat in latino ioachim. nomē
vero ſecundi ſic ſcribit̄ ꝙ ſonat ī
latino ioachin. Scđm eſt ꝙ iſte
daniel iuuenis ⁊ puer cepit ꝓphe
tare in chaldea. ⁊ ꝓphetauit ſub
diuerſis regib⁹: vſq̧ poſt finem
tranſmigrationis ⁊ captiuitatis
Tertiū eſt ꝙ ſm Chryſo. ⁊ Hie
rony. daniel librū iſtū ſcripſit lit
teris hebraicis ⁊ chaldeico ſmo
ne. ꝓpter quod fuit multū diffici-
le ipſm transferre. Quartū eſt ꝙ
anteq̄ȝ Hieronym⁹ ipm tranſtu
liſſet de hebreo in latinū: eccleſia
legebat iſtum librū ſm tranſlati
onem theodotionis. nō ſm trāſ-
lationē. lxx. q᷑ plīmuȝ a veritate
diſcordabat. Quītū ē ꝙ ſm Hie
rony. in ꝓlogo. liber iſte ī hebreo
non continet hymnū puerorum:
nec hiſtoriam ſuſanne: nec belis
nec draconiſ. que omīa hebrei ap
pellant fabulas. i. apocrifa. ⁊ di-
cunt ea non fuiſſe ſcripta a danie
le: ſed ab aliq̄ greco. vñ iſte q̇ trāſ
tulit nō accepit iſta ꝺ hebraica ve
ritate: ſed de tranſlatiōe theodo-
tionis. ſicut ipſemet dicit. Sextū
eſt ꝙ ſm eundem in ꝓlogo. aliq̄
iudei aſſignāt cauſam quare iſta
non inueniunt̄ in hebraica veri-
tate. ⁊ quare credunt̄ fuiſſe ſcri-
pta ab aliquo greco. q᷑ nō viden
tur ꝯtinere veritatem. qꝺ ꝓbant
de hymno trium puerorū. q᷑ nō
videtur veriſimile ꝙ pueri exiſtē
tes in medio incendij ſic lauda-
rent ⁊ exultarent: ⁊ de elementis
ordinate cogitarēt: ⁊ omnē crea
turam ad laudeȝ dei ꝓuocarent.
ſed quicq̇d ſit de veritate argu-
mentū non cōcludit. q᷑ vt dicit̄
Dañ. iij. ⁊ habet̄ ī hebraico. An-
gelus qui deſcendit fecit mediū
fornacis quaſi ventū roris flan-
teȝ. vnde tum ex pñtia angeli: tū
ex manifeſtatione diuini adiuto
rij nō habuerūt pueri occaſionē
timendi: ſed poti⁹ ꝯfidendi: exul
tandi ⁊ laudādi. ¶ Hoc idē
nitunt̄ ꝓbare de ſuſanna: ex duo
bus. Primo q᷑ ſenes accuſato-
res dicunt̄ hic fuiſſe lapidati. qui
tamē dicūt̄ frixi Jere. xxix. Dicūt
enī hebrei ꝙ iſti duo fuerūt ach-
ab filius chulie: ⁊ ſedechias fili⁹
maaſie. de q̇bus dixit ꝓpheta ꝙ
aſſumerēt̄ prouerbiū maledictio
nis. Ponat te deus ſicut ſedechi
am: ⁊ ſicut achab q̄s frixit rex ba
bylonis in igne. ꝓ eo ꝙ mechati
fuerunt in vxores amicoꝝ ſuoꝝ.
Sed dicendū ꝙ poſito ꝙ iſti fu
erunt illi. argumentū nō conclu-
dit. tum q᷑ in ſcriptura ſub noīe
ignis omis pena cōtinetur. tum
etiā q᷑ potuit eſſe ꝙ ex iuſſu re-
gis debuerant frigi. ſm chaldeo-
rum conſuetudinem. ſed poſtea
ꝑmiſit ꝙ iudei eos lapidauerunt
ſm ſuam legem. vnde ſenſus eſt

quos frixit.id eſt iuſſit frigi. Se
cũdo vt dicũt in iſta hiſtoria:eſt
quedã alluſio ĩ greco que nõ eſt
in hebreo. Eſt autẽ alluſio reſpõ
ſio alicuiꝰ habens ꝯueniẽtiam
cũ verbo alteriꝰ prius loquẽtis.
Verbi grã. Si primꝰ ſenex iter
rogatus fuiſſet a daniele vbi vi-
diſſet ſuſannã cum iuuene.reſpõ
diſſet in latino.d. Vidi eos ſub
arbore ilice..ꝛ reſpondiſſet Da-
niel. Ilico pereas.qꝛ mẽtitus es:
eſſet alluſio.qꝛ aduerbiũ ilico ha
bet quandã cõueniẽtiam cum
hoc nomĩe ilice. Silr ſi ſecũdus
ſenex dixiſſet. Vidi eos ſub arbo
re lentiſco.ꝛ daniel rñdiſſet. nõ
lente pereas.id eſt non tarde:ſed
cito:alluſio eſſet. Modo dicunt
ꝙ in greco ẽ talis alluſio.qꝛ no-
men arboris qđ accepit primus
ſenex.ſcꝫ ſub cino habet quandã
cõueniẽtiã cum verbo qđ acce-
pit daniel.ſcindet te mediũ. Si-
militer nomẽ arboris qđ accepit
ſecũdus ſenex habet ꝯueniẽtiã
cum verbo qđ accepit daniel. di-
cens.ſecet te mediũ. Cum igitur
iſta alluſio nõ ſit in hebreo que ẽ
in greco.concludunt ꝙ iſta hiſto
ria nõ fuit ſcripta a daniele:ſꝫ ab
aliquo greco. Sed illud in nul-
lo concludit.poteſt enim eſſe al-
luſio in aliqua tranſlatione. que
tamen nõ eſt in originali. Verbi
gratia Si aliquis dicat in ꝓuin
ciali. jeu fuy layre.ꝛ reſpõdeat iu
dex en forcas pendeas: nulla eſt
alluſio. Sed ſi iſta verba ponan
tur in latino.ꝛ dicat ego fui fur:
ꝛ iudex reſpõdeat.in furca pende
bis:alluſio eſſet manifeſte. Hoc
idem ꝓbare nituntur de hiſtoria
belis ꝛ draconis.quia magis vi
detur fuiſſe factum hominis in
genioſi q̃ꝫ prophete: ꝙ Daniel
deprehendit machinationes ſa-
cerdotum belis.ꝛꝙ maſſa picis
interfecit draconem. Dañ.xiiij.
Sed dicendũ ꝙ daniel nõ ſe ex-
poſuiſſet morti.niſi prius fuiſſet
diuinitus certificatus. Et prete-
rea poſito ꝙ hoc fecerit pruden-
tia naturali.nõ propter hoc ſeq-
tur quin ab eo fuerũt ſcripta. Ar
guunt etiã cõtra hoc ꝙ ibi dicit᷑
de abachuc:ꝙ ipẽ fuit ſubito por
tatus de iudea in chaldeam. Nõ
enim videt᷑ vt dicunt veriſimile:
ꝙ tanta terrarũ ſpacia tranſiret
in momento.nec ſimilia vt dicũt
in ſcriptura inueniunt᷑. Sed di-
cendũ ꝙ illud facile potuit fieri
virtute angeli:quantũcunqꝫ cor
pus prophete eſſet ponderoſuꝫ.
et maiora leguntur fuiſſe facta.ſi
cut de tranſlatione enoch ꝛ helie
Geneſ.v.ꝛ.iiij. Reg.ij. Vñ cõ-
cluditur ꝙ ꝛ q̃uis iſta non ſint
ſcripta in hebreo. cõtinent tamẽ
puram veritatem.nõ obſtantibꝫ
iudeorũ argutijs. alias eccleſia
ipſa nullatenꝰ recepiſſet. Septi-
mum eſt ꝙ iſta hiſtoria contigit
nõ tempore darij vel cyri.ꝛ poſt
mortem aſtragis.ſicut aliqui di
xerunt.quia tunc temporis Da-
niel erat octogenarius ꝛ plus.ꝛ

tamen hic dicit̃ de ip̃o q̄ ſuſcita-
uit deus ſpiritū pueri iunioris.
Nec obſtat quod dicūt aliqui q̄
Daniel non erat tūc iuuenis ab
ſolute: ſed in cõparatione ad ſe-
nes. qꝛ cū in illis vigeret multū
carnis ꝯcupiſcentia: non videbã
tur tūc eſſe octogenariū. ⁊ tamen
de daniele certum eſt q̄ tempore
darij ⁊ cyri habebat .lxxx. annos
⁊ amplius. Credit̃ ergo q̄ ſub p̄
mo nabuchodonoſor in p̄ncipio
captiuitatis ꝯtigit preſens hiſto
ria. vel ſatis cito poſt principiū.
B Que q̄dem lectio p̄ſen-
tem ꝯtinuans hiſtoriam ſic diui
di poteſt. In ea enim q̄tuor per
ordinem deſcribūtur. ſcꝫ. Pri-
mo ipſius ſuſanne nephãda tẽ-
ptatio. Scd̃o eiuſdẽ ſuſanne ma
ligna accuſatio. Tertio eiuſdem
ſuſanne iniuſta ꝯdẽnatio. Quar
to eiuſdem dignatiua liberatio:
Scd̃m ibi. [Exclamauerūt aūt
Tertiū ibi. [Credidit eis mul-
titudo]. Quartū ibi. [Exaudi-
uit ⁊c.] Circa primū adhuc .4.
tãgunt̃. Primo enī tangit̃ tem-
ptãte virtus. Scd̃o temptantiū
faſtus vel ſtatus. ibi. [⁊ conſti-
tuti ſunt] Tertio temptationis
ortus. ibi [Cū aūt popul⁹ reuer
tiſſet]. Quarto temptãdi mod⁹
ibi. [Factū eſt autẽ cū obſeruaſ-
ſent]. Deſcribit̃ aūt p̄ſona tem-
ptata. ſ. ſuſanna a nobilitate ge-
neris. a pulchritudine corpor̃.
ab humilitate mentis: ⁊ ab ob-
ſeruantia diuine legis. Nobili-
tas vero generis patet ex duob⁹
ſcꝫ qꝛ erat de tribu iuda. ⁊ quia
erat vxor ioachim. qui erat nobi
lior ⁊ honorabilior omnium iu-
deorum. Dicit̃ ergo p̄mittẽte ec-
cleſia. [In dieb⁹ illis]. ſ. qñ ſub
poteſtate nabuchodonoſor fue-
rūt captiuati filij iuda ⁊ benia-
min in babylone. ⁊ daniel ince-
pit ꝓphetare. [Erat vir ī babylo
ne ⁊ nomen eius ioachim]. pu-
to q̄ erat de tribu iuda. [⁊ acce-
pit vxorem nomīe ſuſannã filiã
helchie] ⁊ iſta etiaꝫ erat de tribu
iuda. Ecce nobilitas ſui gener̃.
[pulchrã nimis]. Ecce formoſi
tas ſui corp̄is. [⁊ timentẽ deū].
Ecce humilitas ſue mẽtis. Cau
ſam autem quare timebat deuꝫ
ſubdit dicens. [Parẽtes autem
eius cū eſſent iuſti erudiebãt eaꝫ
ſm legem moyſi]. ſupple ad ti-
mendū deū: ⁊ ſeruandū oīe ſue
legis preceptū. in quo etiã nota-
tur obſeruantia diuine legis. Et
quoniã in habundantia diuitia
rum ⁊ honore ſeculi raro ſancti-
tas poſſidet̃. qꝛ beat⁹ diues q̄ in
uent⁹ eſt ſine macula ⁊c. ideo vt
oſtendat̃ fuiſſe in ſanctitate p̄fe-
cta aliquid addit de ſuis diui-
tijs ⁊ honore. ꝓpter que in nllo fu
it leſa ſua ſanctitas. vnde ſubiū-
git. [Erat autꝫ ioachim diues
valde. ⁊ erat ei pomeriū]. i. viri-
dariū pomorū. [vicinuꝫ domui
ſue: ⁊ ꝯfluebant ad eū omnes iu-
dei eo q̄ eſſet honorabilior om-
niū.] Patet ex iſtis p̄fectio hu⁹

domine. quã nec nobilitas generis: nec pulchꝛitudo coꝛꝑis: nec diuitiarum copia. nec honoꝛ ſui hoſpicij minuere potuerũt. vnđ ꝓprie fuit vocata ſuſanna. que interpretat̃ liliũ. vñ de ip̃a pōt dici illud Cant. ij. Sicut lilium inter ſpinas ꝛc. Sicut enim ſpine nõ ledunt candoꝛẽ lilij. ſic nec q̄tuoꝛ predicta leſerũt eam. Conſiderauit enim illud Prouer. vltimo. ꝙ fallax eſt gr̃a. ꝛ vana eſt pulchꝛitudo. ſupple coꝛꝑis. mulier timens deũ ipſa laudabitur

Nota ꝙ ex hoc loco debẽt exemplũ accipe parentes nutriendi filios ſuos in lege dei. Seq̇tur. ⌊ꝛ cõſtituti ſunt⌋ vbi tangit̃ temptantiũ ſtatus. qꝛ erãt ſenes maturitate etatis. iudices ſublimitate auctoꝛitatis. preſbyteri apparentia ſanctitatꝭ. ꝑuerſi tamen virulentia iniq̇tatis. Dicit ergo. ⌊Et ꝯſtituti ſunt duo ſenes iudices in anno illo de q̇bꝰ locutꝰ eſt dñs⌋ ſupple Jere. xxix. vbi dicit̃ ſic. Ponat te dominꝰ ſicut ſedechiam ꝛ achab. q̃s frixit rex babylonis in igne. ꝓ eo ꝙ fecerũt ſtulticiã in iſrl̃. ꝛ mechati ſũt in vxoꝛes amicoꝛũ ſuoꝝ. ꝛ locuti ſunt in nomĩe meo mendaciter. qđ nõ mandaui eis. Hebꝛei autem dicunt ꝙ iſti fuerũt illi. ꝛ ſi arguat̃ ꝯtra hoc ꝙ illi fuerunt frixi a rege. iſti aũt dicunt̃ a ꝓpl̃o lapidati. Dicendũ ſicut ꝓus: ꝙ omĩs pena nomĩe ignis ĩtelligit̃ vnde eorũ lapidatio fuit frixio appellata. Ul' primo fuerũt iuſſi frigi. ſm ꝯſuetudinem patrie. ſed poſt fuit ꝑmiſſum iudeis: vt eos ſm legem moyſi lapidarẽt. Ad aliud dicendũ ꝙ fuerũt a rege ꝛ a populo lapidati. a rege q̇dem ꝑ preceptũ ꝛ auctoꝛitatem. a populo aũt executiue. Sed q̇d locutꝰ eſt de eis dominus. Ecce ⌊ꝙ egreſſa eſt iniq̇tas de babylone a ſenibꝫ iudicibus q̇ videbantur regere populũ⌋ videbant̃ quidem ſolum: ſed realiter non regebant. ⌊Iſti frequẽtabant domuꝫ ioachim: ꝛ veniebãt ad eos omnes qui habebant iudicia. H

Notandũ ꝙ iſti iudices erãt de tribu iuda. Juxta enim ꝓphetiam Jacob Geñ. penl'. a tempoꝛe dauid vſq₃ ad xp̄m ſꝑ vel fuerũt reges vl' iudices de tribu iuda etiã in babylõe. Et ſi dicat̃ ꝙ Ariſtobolus ꝛ Alexander reges fuerũt ante herodẽ: ꝛ fuerunt de tribu leui. Dicẽdũ ꝙ illi etiã aliq̃ mõ fuerũt de tribu iuda. qꝛ tribꝰ leuitica tribui iuda fuit mixta. Notandũ etiã ſm ꝙ dicit hic glo. Hebꝛei dicũt ꝙ iſti ꝛ qꝛ erãt iudices ꝛ qꝛ erãt đ tribu iuda: facile potuer̃t decipe mł'ieres. dicebãt ei eis ꝙ xp̄s q̇ erat deſideratꝰ cũctꝭ gẽtibꝫ ex eoꝝ ſemĩe cũ eſſent de tribu iuda: eẽt naſciturꝰ. Seq̇t̃ ⌊Cũ aũt ꝓpl's ꝛc⌋. vbi deſcribit̃ tẽtatõis oꝛtꝰ. hũit enĩ oꝛtũ iſta tẽtatio ĩ iſtꝭ ſenibꝫ ſic̃ in alijs hoĩbꝫ ex q̃tuoꝛ. ſ. Ex impudico aſpectu. Ex inoꝛdinato affectu.

Ex ceco intellectu. Ex veſano
conatu. Dicit igitꝛ. [Cum popu
lus reuertiſſet] antiqua eſt gra⸗
matica [poſt meridiem] ſup. au
ditis iudicijs. ſtabant enī in cau
ſis vſqꝫ ad meridiē. [Ingredie
batur ſuſanna ⁊ deambulabat ī
pomerio viri ſui] Nota ꝙ ſuſan
na erat verecūda. ⁊ iō pñte freq̄n
tia populi ſtabat clauſa in came⸗
ra cū puellis ſuis. Sed cum po
pulus exiuiſſet ⁊ ſenes aliquātu
lum remanerent: ad ꝯferēdū foꝛ
te ſimul de auditꝭ in iudicio: tūc
exibat de camera: ⁊ ingrediebatꝛ
viridariū cauſa recreatiōis ⁊ lo⸗
cutionis. nec tm̄ cauebat a iudici
bus quantū ab alijs ꝓpter illoꝛū
ſenectutē ⁊ apparentē ſanctitatē.
⁊ tunc illi impudice reſpiciebāt
eam. vnde dicitꝛ: [Et videbāt eā
ſenes quotidie ingredientē ⁊ de
ambulantem] Ecce impudicus
aſpectus [Et exarſerūt in cōcu⸗
piſcētiam eius] Ecce inoꝛdina⸗
tus affectus. [Et auerterūt ſen⸗
ſum ſuū] id eſt intellectū ſuū a
rectitudine iudicij. [⁊ declinaue
rūt oculos ſuos] ſup. coꝛꝑales.
[vt nō viderēt celum neqꝫ recoꝛ⸗
darentꝛ iudicioꝛū iuſtoꝛū] Ecce
obcecatio intellectꝰ: que ſequitꝛ
ex inoꝛdinatiōe affectus Iuxta il
lud quod ſcribitꝛ Sapie. ij. Exce
cauit eos malicia eoꝛum. Et iux
ta illud quod dicūt verſus poe⸗
te. Nil bñ cernit amoꝛ videt om
nia lumine ceco. Dicit amoꝛ ce⸗
cus: dedecus eſſe decus. Nota h̄
in textu ponūtur aliqua que non
recitat eccl'ia. ſcꝫ [Erant ambo
vulnerati amoꝛe illius: nec in⸗
dicauerūt ſibi viciſſim doloꝛem
ſuum. Erubeſcebāt enim indica
re cōcupiſcētiam ſuam] q̄ ſupp̄.
vꝛebant [volentes cōcūbere cuꝫ
ea. Et obſeruabant quotidie ſo⸗
licitius videre eam. Dixitqꝫ al⸗
ter ad alterū] Eamus domū. qꝛ
hoꝛa pꝛandij eſt. hoc autem dice
bant. qꝛ quilibet volebat ſe expe
dire de alio: vt poſſet ſolus reuer
ti ad loquendū cum ſuſanna ad
decipiendū eam. [Et egreſſi re⸗
ceſſerūt a ſe. Cumqꝫ reuertiſſent]
ſup. pꝛope domū ioachim ꝑ di⸗
uerſas vias. [venerūt] id eſt cō⸗
uenerūt [in vnuꝫ. ⁊ ſciſcitantes
ab inuicem cauſam ſuam] ſup̄.
ſup. ſue reuerſionis. [ꝯfeſſi ſūt]
ſup. inuicem [cōcupiſcentiaꝫ ſu
am. Et tūc ī cōmune ſtatuerūt tē
pus quādo poſſent eam inueni⸗
re ſolam]. Et in his omībꝫ tan⸗
gitur veſania conatus. I

Seq̄tur. Factum eſt autē ⁊c̄.
Ubi deſcribitꝛ temptādi modꝰ.
⁊ tangūtur ibi quattuoꝛ. ſcilicet.
Fraudulenta inſidiatio. Copio
ſa ꝑſuaſio. Maliciosa cōmina⸗
tio. Ipſius ſuſanne virtuoſa ele
ctio. ſcd̄m ibi. [Cum aūt egreſ⸗
ſe eſſent. tertiū ibi [Quod ſi no⸗
lueris]. quartū ibi. [Ingemuit
⁊c̄. Dicit ergo. [Et factū eſt cuꝫ
obſeruarent diem aptum ingreſ
ſa eſt ſuſanna ſicut heri ⁊ nudiu
tertius]. Nudiuſtertiꝰ eſt aduer

bium tp̄is.i.nūc eſt dies tertius. ⁊ poteſt cōponi cū quolibet noīe numerali. vt nudiuſquart⁹ vl' nudiuſquint⁹ ⁊ hmōi. Uñ hic modus eſt loquēdi: ad ſignificandū frequētiam. quia frequēter ſuſanna iſtum hortū intrabat [Cum duabus ſolis puellis. voluitqꝫ lauari in pomerio. Eſtus quippe erat. ⁊ nō erat ibi quiſqꝫ p̄ter ſenes abſcōditos ꝯtemplātes eā] ex ardore ſupple deſiderij [Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleuꝫ ⁊ ſmigmata. Oleum hic ſumit̄ pro lachrymа arborū aromaticarū. qua vtebantur homines in terra illa cōtra eſtum. Sed ſmigma ſm magiſtrū eſt ordeū cū palea. de quo faciebant mlieres de coctiōeꝫ. forſan ad nitorē faciei. Scōm autē Hiero. eſt aqua de ordeo ⁊ palea facta ad lauanduꝫ faciem ⁊ refrigeranduꝫ. [Et oſtia pomerij claudite] Hoc dixit ꝓpter ſecuritatē. ne aliqs poſſet ingredi ad eam. [vt lauer]. Forte erat in horto illo aliqd irriguū aque: [Et fecerūt ſicut p̄ceperat. clauſerūtqꝫ oſtia pomerij. ⁊ egreſſe ſunt ꝑ poſticū. Eſt enī poſticū poſtici. ianua poſt tergū dom⁹. [vt afferrēt q̄ iuſſerat: neſciebatqꝫ ſenes int⁹ abſcōditos] Ecce iſtoꝝ fraudulēta inſidiatio obſeruauerūt enim temp⁹ aptuꝫ ſcꝫ poſt populi diſceſſum. ⁊ locū cōgruum. ſcꝫ hortum arboribꝫ conſitum: ⁊ perſone habitudinē ſcꝫ ꝙ eſſet ſola. Sequit̄. [Cuꝫ

autem egreſſe eſſent puelle: ſurrexerunt duo ſenes ⁊ cucurrerunt ad eam ⁊ dixerunt. Ecce oſtia pomerij clauſa ſunt. ⁊ nemo nos videt: ⁊ in ꝯcupiſcētia tui ſumus] Nemo dicunt: nos videt. videbat tamē eos deus. [Quāobreꝫ aſſentire nobis ⁊ cōmiſcere nobiſcum]. Ecce copioſa ꝑſuaſio. ꝑſuaſerūt nanqꝫ ſibi rem illicitaꝫ: ipſam aſſecurādo ꝙ nemo h̄ videret: ſed non poterāt eam aſſecurare quin hoc apte intueretur arbiter eternus. Sequitur. [Q, ſi nolueris] ſupple ꝯſentire nobis. [dicemus teſtimoniū ꝯ̄ te ꝙ fuerit tecū iuuenis]. ſ. tecū turpiter agendo. [Et ob hanc cauſaꝫ emiſeris puellas a te] ſcꝫ vt poſſet libere cōcumbere tecum. Ecce malicioſa cōminatio. ſup̄. de morte corporis que debebat ſm legem infligi mulieri. ꝯtra quam ꝑ duos teſtes adulteriū probabatur Et certe iſtud fuit magna inductio iſti ſuſanne ad ꝯſentienduꝫ. quia etiā bone perſone interduꝫ aliqua mala ꝑpetrāt ꝓpter timorem mortis. Conſequēter ponitur iſtius dñe virtuoſa electio Unde dicitur. [ingemuit ſuſanna]. ſcꝫ ꝓpter timoreꝫ mortis. [⁊ dixit: Anguſtie mihi ſunt vndiqꝫ]. quia anguſtioſum eſt mori corporaliter: ſed anguſtioſi⁹ eſt mori eternaliter: quo ſupple dignus eſt qui tranſgreditur legem dei Unde ſubdit. [Si enim hoc egero] ſupple quod ꝑſuadetis.

[mors] ſupple eterna. [mihi ē]. tanq̃ʒ preuaricatrici diuīe legis. [Si autē non egero. nō effugiaʒ manus veſtras]. ⁊ ſic incurram mortē corpis: que infligit adul- tere ad teſtimoniũ duorũ. Etiaʒ ſi ſint falſi teſtes. dũ tamē in fa- cie hominũ apparent veri. Utrũ qʒ etiã exponi poteſt de corpor̄ morte: vt ſit ſenſus. [Si enī hoc egero mors] ſupple [corpis mi- hi eſt] ſupple debita ſm legē tan q̃ʒ adultere. [Si autē non egero ⁊c]. id eſt mortem incurrã ad te- ſtimoniũ veſtrũ. Et idcirco [an guſtie mihi ſunt vndiqʒ]. q2 an- guſtioſum eſt mori. ſed anguſti- oſius eſt fieri morte dignũ. quia primũ eſt malũ pene. ſcʒ mori. ac ꝑ hoc malum ſm quid. ſcdm au tem ſcʒ fieri morte dignum: eſt malum culpe. ac ꝑ hoc malum ſimpliciter. ideo ſubdit. [Sʒ me lius eſt mihi abſqʒ opere] ſupple nephario [īcidere ī man⁹ vr̄as] ac ꝑ hoc incurrere morteʒ corpo- ris [q̃ʒ] ſupple aſſentiendo vob̄. [peccare in ꝯſpectu dñi] ſcʒ trãſ grediendo legem eius. ac ꝑ hoc mori ſpũaliter. ⁊ fieri digna mor te nature. ⁊ etiã morte gehenne.

℞ Sequit̄. [Exclamauit autem voce magna]. Hoc autē fecit ne ſenes ꝓpter vehementiaʒ ꝯcupiſcentie qua erant inflãma- ti irruerent in eam: ⁊ ipſam licet inuitã tãgerēt impudice. No- ta ex ſerie huius littere ꝓceſſum iſtius temptationis ad inſtru- ctionem noſtrã. Ex frequentati- one enim loci vbi ē pulchra mu- lier: ſequit̄ frequens impudicus aſpectus: ſicut dicit̄ de iſtis. Iſti vt dicit̄ frequētabant domũ ioa- chim. Et ſequit̄. videbãt eam. et ex his duob⁹ ſequit̄ deordinatio affectus. vnde ⁊ de iſtis ſubdit̄: ꝙ exarſerũt in cõcupiſcentiã ei⁹. ex quo ſequit̄ excecatio intellect⁹ Unde ſubdit̄ de illis ꝙ auerte- runt ſenſum ſuum. i. intellectum a rectitudine iudicij. ⁊ ex iſto ſeq̄ tur orationis ⁊ ꝯtemplatiōis ce- leſtium ac recordatiōis diuīe iu ſticie impeditio. Unde ſequit̄ de iſtis loquendo allegorice ꝙ de- clinauerunt oculos ſuos ne vide rent celum. i. celeſtia. ⁊ ne ꝯſide- rarent eterna premia. nec recor- darent̄ iudiciorũ iuſtoruʒ ſm q̄ ſupple debet̄ adulter̄ mors eter na. poſt iſta ſequit̄ conat⁹ homi- nis ad perpetrandũ actũ illicitũ ſcʒ eundo ⁊ redeundo. ⁊ maluʒ ſuum ꝓpoſitum malo ſocio reue- lando. temp⁹ aptum ⁊ locũ con- gruum. ⁊ mulieris ſolitudinē ob ſeruando. actum nephariũ ſug- gerendo. de vitanda pena ⁊ infa mia aſſecurando. ⁊ tandem niſi mulier ꝯſentiat: mortem ⁊ infa- miam ꝑpetuam cõminãdo. Sʒ benedicta pſona ſuſanne ſimil̄: que potius eligit mortem corpo ris q̃ʒ tranſgredi legē dei. Se quitur ſcda pars principal̄ vbi ponitur eiuſdem ſuſanne mali- gna accuſatio. cũ ſubditur [Ex-

clamauerunt aūt ⁊ ſenes ]. Et ꝑ-
mo tangitur quomō accuſaue-
runt eam extra iudicium. ſecun-
do quomō accuſauerūt eam in
iudicio. ibi. [ ⁊ facta eſt dies cra-
ſtina ]. Circa ꝑmū ſciendū ꝙ
accuſauerunt eam extra iudiciū
tripliciter. ſcꝫ clamando. ſic con
tra criminoſam. oſtium aperien
do. reddentes eā ſuſpectā. ipſaꝫ
incriminando ſicut adulteram.
Dicitur ergo. [ Exclamauerunt
autem ⁊ ſenes aduerſus eaꝫ ]. vt
notarent eam coꝛam familia ac-
currente ad clamoꝛem ſuſanne.
quia ſi tacuiſſent: reddidiſſent ſe
ſuſpectos. [ ⁊ cucurrit vnꝰ ] ſup-
ple ſenum. [ ⁊ aperuit oſtia po-
merij ]. Hoc autem fecerunt ad
ſimulandum ꝙ iuuenis de quo
eam falſe accuſabant: exiſſet an-
teq̄ȝ famuli veniſſent. qꝛ ſi oſtiū
fuiſſet inuentum clauſum. ⁊ iu-
uenis non fuiſſet inuentus: teſti
monium eoꝛū fuiſſet ſuſpectum
[ Cum ergo audiſſent clamoꝛeꝫ
in pomerio famuli domus irru
erunt ꝑ poſticum ]. id eſt per ia-
nuam que erat poſt tergum do-
mus. [ vt viderent quid nam eſ-
ſet. ] Poſtq̄ȝ autem locuti ſunt ſe-
nes accuſantes eam de adulterio
erubuerūt ſerui eius vehemen-
ter ]. ⁊ hoc quia diligebant eam
tanq̄ȝ in domo eiꝰ nutriti. ⁊ ma-
xime ꝓpter hoc quod ſubdit: [ qꝛ
ſermo huiuſmodi nunq̄ȝ dictus
fuerat de ſuſanna ]. Ex quo appa
ret eius bonitas: non ſolū in vi-
ta ſed ⁊ in fama. ⁊ [ Et fa-
cta eſt dies craſtina ] Hic deſcri
bitur accuſatio in iudicio. ⁊ tan
guntur tria. ſcꝫ. Suſanne ſolen-
nis citatio. Accuſantiū falſa iura
tio. Iuratoꝛū iniqua teſtificatio
Dicit̄ ergo q̄ntum ad pꝛimuꝫ
[ Et facta eſt dies craſtina. Cū-
q̄ȝ veniſſet populꝰ ad virum eiꝰ
ioachim: venerūt ⁊ duo p̄ſbyte-
ri ⁊ iudices ]. Preſbyter enī gre
ce idem eſt ꝙ ſenex latine. [ pleni
iniqua cogitatiōe aduerſus ſu-
ſannā: vt interficerent ea. ⁊ dixe-
runt coꝛam populo. Mittite ad
ſuſannam filiam helchie vxoꝛeꝫ
ioachim. ⁊ ſtatim miſerūt ] Ec-
ce ſuſanne ſolennis citatio. [ ⁊ ve
nit ]. non enim poterat fugere iu
dicium. [ cum parētibus ⁊ filijs
⁊ vniuerſis cognatis ſuis ]. qui
condoluerant ſibi. [ Poꝛro ſu-
ſanna erat delicata nimis: ⁊ pul-
chꝛa ſpecie. At illi iniqui iuſſerūt
vt diſcooperiretur. Hoc autem
fecerunt foꝛſan vt redderent eaꝫ
ſuſpectam ex ruboꝛe faciei. ſcie-
bant enim eam eſſe verecundam
Vel potius hoc fecerūt ꝓpter
illud qđ ſequit̄. vt ſcꝫ qꝛ nō pote
rant ei miſceri in actu: ſaltē aſpe-
ctu decoꝛis eius ſatiarent̄. vnde
ſubditur [ Erat enim cooperta ]
Foꝛſan qꝛ talis erat cōſuetudo
vt mulieres accuſate de adulte-
rio velata facie ad iudicium tra
herentur. vel foꝛte parētes ipſaꝫ
cooperuerāt vt p̄ſbiteri nō vidē-
tes decoꝛem eius: minꝰ inflāma

rent͛ ac ſic ceſſarent ab eius accuſatione. ſciebant eñ ex relatione ipſius: ꝙ falſe accuſabant eam. ipſi tñ iuſſerũt eam diſcooperiri [ Flebant igitur ſui et omnes qui nouerant eam cognoſcentes innocentiã ſuaꝫ ]. Conſequenter ponit͛ citantiũ falſa iuratio: cũ dꝛ [ Conſurgentes aũt ꝛc̃ ] Ex q̃ habet͛ argumentũ ꝙ de crimine vnde quis debet moꝛi: nulli creditur verbo ſimplici cuiuſcunqꝫ ſit auctoꝛitatꝭ vel ſanctitatꝭ: niſi iuret. ꝛ hoc eſt qꝺ hic dicit͛. [ Cõſurgentes autem duo p̃ſbyteri in medio ꝓpl'i poſuerunt manus ſuas ſup caput eius ]. ſ. ſuſanne. hic eñ erat modus iurandi contra perſonam cõdemnandã ad moꝛtem: ꝙ teſtes in iurando ꝛ teſtimoniũ ꝓferendo ponerent manꝰ ſuas ſuper caput eiꝰ. vt habetur Leuitici. xxiiij. [ Que flens ] ſup. quia videbat ꝙ criminaliter agebant cõtra illam. [ ſuſpexit ad celum. Erat eñ cor eius fiduciam habens in domino. ] ꝛ illi diffidebãt. qꝛ nolebant recoꝛdari iudicioꝝ iuſtoꝝ. Sequit͛ iuratoꝝ iniqua teſtificatio. [ Et dixerunt preſbyteri. Cũ deambularemꝰ in pomerio ſoli. ] dixerũt hoc ne aliquis alius requireretur teſtis [ Ingreſſa eſt ꝛ hec cũ duabꝫ puellis: ꝛ clauſit hoſtia pomerij: et dimiſit a ſe puellas: venitqꝫ adoleſcens q̇ erat abſconditus: ꝛ cõcubuit cũ ea. ] h̵ dixerũt qꝛ aliter nõ poſſent oſtẽdere ip̃aꝫ eſſe moꝛte dignã: niſi allegaſſent factum turpe. qꝛ ꝓ pctõ volũtatꝭ ꝛ ꝯcupiſcẽtie nõ ſtatuit͛ aliq̃ pena in lege [ Porro nos cum eſſemꝰ in angulo pomerij ꝛc̃. ] h̵ dicũt ad coloꝛationẽ dicti ſui. qm̃ ſi fuiſſent in palam: dictũ eoꝝ nõ habuiſſꝫ ꝓbabilitatẽ. ſ. ꝙ ſuſanna vellet tale q̇d cõmittere vidẽtibus ipſis. [ videntes iniquitatẽ cucurrimꝰ ad eos ] ſup̃. tanq̃ꝫ zelatoꝛes legꝭ. [ Et vidimꝰ eos pariter cõmiſceri. Et illum quidem nõ quiuimꝰ compꝛehendere: quia foꝛtioꝛ nobis erat ]. ſ. iuuenis exiſtens: nos vero ſenes. [ Et aperto hoſtio exiliuit. hanc autem cum appꝛehendiſſemus interrogauimus quisnam eſſet adoleſcens: ꝛ noluit indicare nobis ] hec auteꝫ dixerũt ne quereretur ab eis q̇s eſſꝫ adoleſcẽs. [ Huius rei teſtes ſumꝰ. ] Nota ꝙ dixerũt: vidimꝰ cõmiſceri eos. qꝛ de facto non credit͛ alicui niſi viderit. Itẽ dixer͛t. teſtes ſumꝰ. ſ. nos ãbo. qꝛ ad teſtĩoniuꝫ vniꝰ nemo ſm̃ legẽ debebat iudicari. Deuter͛. xvij. ꝛ. xix. M

Conſeq̃nter ponit͛ tertia pars ꝑncipal' in q̃ deſcribit͛ iniuſta cõdẽnatio. [ Credidit ꝛc̃ ] Oſtẽdit͛ aũt fuiſſe iniuſta ex duobꝫ. ſcꝫ ex ꝓpl'i negligẽtia. qꝛ credidit illis p̃ſbr̃is ꝓpter etatẽ ꝛ auctoꝛitateꝫ abſqꝫ diligẽti examĩatõe. de q̇buſ reꝑhenſi fuerũt poſtmodũ a daniele dicente eis. Sic fatui filij iſr' ꝛc̃. Unde oꝛdo iuris fuit in iſto iudicio ꝑtermiſſus. Deute.

xix. dicit̄ ꝙ iudices debēt diligen
genter teſtimonia ꝑſcrutari. Itez
oſtendit̄ fuiſſe iniuſta ex ſuſanne
innocentia. ibi. ⌊Exclamauit au
tem ⁊c̄⌋. Dicit̄ aūt ⌊Credidit eis
multitudo q̄ſi ſenibꝫ ꝑpl'i ⁊ iudi=
cibus. Et ꝯdemnauerunt eaȝ ad
mortem⌋ ⁊ iniuſte ſupple. quia
ſine diligentia examinationis. ꝓ
nulla enim etate: auctoritate vel
ſanctitate debēt approbari teſtes
maxime in cauſa crim̄iali ſine di
ligenti examinatiōe. Deinde ſub
ditur innocentia ꝯdemnate ⌊Ex
clamauit autē voce magna Su=
ſanna⌋. ſcȝ ex cordis affectu. ⌊⁊
dixit. Deꝰ eterne qui abſcōdito=
rū es cognitor⌋ Ipſe enim ſolꝰ
cognoſcit ſecreta cordiū. oīa enī
nuda ⁊ aperta ſunt oculis eius.
Hebreo. iiij. ⌊Qui noſti omnia
an̄q̄ȝ fiāt⌋ Scientia enī dei men
ſuratur eternitate. ⁊ ideo non ali
ter cognoſcit futura q̄ȝ preſentia
vel p̄terita. ſm̄ Augꝰ. xij. de ciui=
tate dei. dn̄o enī deo dicit̄ Eccl'i.
xxiij. anteq̄ȝ crearent̄ omnia ſunt
cognita ⌊Tu ſcis qm̄ falſuȝ teſti
moniū tulerūt contra me. Et ec=
ce morior cū nihil horū fecerim
que iſti malicioſe cōpoſuerūt ad=
uerſum me⌋. Poſtmodū ſeq=
tur q̄rta pars ꝑ̄ncipalis. ⌊Exau=
diuit autē deus vocem eiꝰ⌋ Ubi
deſcribit̄ ſuſanne digna liberatio
Et tangunt̄ ibi q̄ttuor ſcȝ. ꝑ̄mo
Danielis appellatio. ſcd̄o teſtiū
diligens examīatio. tertio teſtiū
falſoꝝ ꝯdēnatio. q̄rto ponit̄ pro
his omnibꝫ grāꝝ actio. ſcd̄ȝ ibi.
⌊Reuerſus eſt ergo ppl's⌋. terti=
um ibi. ⌊Exclamauit itaq̄ȝ om=
nis cetꝰ⌋. q̄rtū ibi. ⌊helchias au=
tem⌋. Quantū aūt ad primuȝ
dicit̄. ⌊Exaudiuit aūt deꝰ voceȝ
eius⌋. ſcȝ ſuſanne. i. cū effectu au
diuit. ⌊Cūq̄ȝ duceret̄ ad mortē⌋.
Cōuicta enim de adulterio: ſm̄
legem debebat interfici. Deute.
xxij. ⌊Suſcitauit dn̄s⌋ ſup. in=
ſtinctu ſuo ⁊ īterna inſpiratione.
⌊ſpiritū pueri iunioꝝ cui nomē
daniel. Et exclamauit voce ma=
gna⌋. vt ſupple poſſet ab omnibꝫ
audiri. Patet ex iſta l'ra ꝙ iſta n̄
fecit daniel ex hūana induſtria.
ſed ex dīna reuelatione. q2 dicit̄
hic. Suſcitauit dn̄s ⁊c̄. Et ꝙ il=
lud factū nō contigit ſub dario
vel cyro: ſȝ ſub magno nabuch.
adhuc recenti captiuitate. q2 tūc
vt hic dicitur: daniel adhuc erat
puer. Nota etiā ꝙ male dicūt: di
centes dan̄. fuiſſe mortuuȝ. ⁊ tūc
fuiſſe ſuſcitatū. ⁊ deinceps fuiſſe
ꝓpheta. nō fuit ita: ſed tunc fuit
manifeſtū ſpirituȝ dei eſſe in eo.
q̇ ante in eo fuit q̄ſi latens. Sed
q̇d dixit daniel clamando. Ecce
⌊mūdus ego ſum a ſanguīe hu=
ius⌋. q. d. huic ſentētie ego nō cō
ſentio: ſed ab ip̄a tāq̄ȝ ab iniqua
appello. q2 iſta ita eſt innocens
ab iſto impoſito. nec eſt rea ſan=
guinis. i. mortis ſicut nec ego.
⌊Et cōuerſus om̄is ppl's ad euȝ
dixit. Quis eſt iſte ſermo quē tu
locutꝰ es⌋. ſupple ē n̄e a. diuina

reuelatione vel a tua inuentione
⌊Qui cū ſtaret in medio eorum
ait: Sic fatui filij iſrael non iudi
cantes neq̧ qđ verū eſt cognoſcē
tes⌋. ⁊ ſupple ꝓpter obmiſſionē
diligentis examinationis. ⌊con⸗
demnaſtis filiā iſrael. Reuerti⸗
mini ad iudiciū q2 falſum teſti⸗
moniū locuti ſunt aduerſus eā⌋
Ecce danielis appellatio ab ini⸗
qua ſentētia. ¶ Conſequē⸗
ter ponit̃ teſtiū diligens exami⸗
natio. ⌊Reuerſus eſt ergo popu
lus cū feſtinatione⌋ ſup. ad locū
iudicij. ⌊Et dixerunt ei ſenes⌋ nō
illi qui accuſauerūt ſuſannā: ſed
alij ſenes populi. ⌊Ueni ⁊ ſede ī
medio noſtrū⌋ id eſt in loco iu⸗
dicij. ⌊⁊ indica nobis⌋ ſupple q̄⸗
liter poterit veritas aperiri. ⌊q̇a
tibi deus dedit honorē ſenectu⸗
tis⌋ id eſt ſapientiā. que ſolet eſſe
in antiquis ⁊ ſenib9. Job. xij. di⸗
cit̃ ꝙ ī antiq̄s ē ſapiā. ⁊ in multo
tp̄e prudētia. ⁊ iō. ſ. debes ſedere
ī loco ſeniorꝝ. ſ. ī loco iudicij. Pu
to ꝙ audiuerant quomō deus
dedit pueris illis: de quorꝝ nu⸗
mero erat vnus daniel ſcientiā ⁊
diſciplinā in omī verbo ⁊ ſcien⸗
tia. Danieli aūt ſpecialiter ītelli
gentiā visionū ⁊ ſomniorꝝ. Da
niel. j. Puto etiā ꝙ iam fuit īter
pretat9 ſomnium nabucho. de q̄
Dan. ij. Et hoc ppl's ſciebat. il
lud totū tacet eccleſia. ⌊Et dixit
ad eos daniel. Separate eos ab
inuicē ꝓcul⌋. ſupple ne ꝯfingant
aliud menda ciū ſimile p̄ceden⸗
ti. ⌊Et dijudicabo eos⌋. q2 ſup.
mihi data eſt auctoritas a deo ī
hoc negocio iudicandi. ⌊Cū aūt
diuiſi eſſent alter ab altero⌋ Te⸗
ſtes enim ſunt ſingillatim exami
nandi. ⌊Uocauit vnū ex eis ⁊ di
xit ad eum. Inueterate dierꝝ ma
lorū⌋ Ex hoc apparet ꝙ teſtes q̇
reputant̃ falſi ſunt increpandi ⁊
terrendi. vt ꝑ hoc magis appare⸗
at fraudulētia p̄cendens. ⌊Nūc
venerūt peccata tua⌋. i. oſtēdent̃
tibi ꝑ penam a deo infligendam
⌊peccata⌋ dico ⌊que opabar̃ pri
us iudicans iudicia iniqua: in⸗
nocentes opprimens. dimittens
noxios: dicente dño⌋. ſ. Deuter.
xix. ⁊ Jere. xxij. ⌊Innocentem et
iuſtū nō interficies. ⌊Nunc ergo
ſi vidiſti eum⌋. id eſt adoleſcentē
cum ſuſanna ⌊dic ſub qua arbo⸗
re⌋. Ex hoc patet ꝙ teſtes ſūt in⸗
terrogandi de circūſtātijs. quia
ꝑ hoc deprehendit̃ falſitas ⁊ cō⸗
tradictio ipſorū. ⌊videris eos lo
quentes ſibi⌋ Curialiter loquit̃
ſicut homo caſtus ⁊ verecūdus.
non ſicut ſenes impudici: qui di
xerant. vidimus eos pariter cō⸗
miſceri: ⁊ concubuit cū ea ⌊Qui
ait: ſub cyno⌋ nomen eſt arboris
⁊ eſt idem vt dicit̃ qđ lentiſcus.
arbor quidem humilis: foliorū
cuius ſuccus labia cōſolidat. vt
dicit glo. ⌊Dixit aūt daniel. Re
cte mentit9 es in caput tuū⌋. id ē
ad damnatiōem tui capitis. que
ſupple de hoc ſequit̃. ⌊Ecce ei an
gelus dñi⌋. id eſt iudex. Solent

enim iudices ppl'i ⁊ ſacerdotes
in ſcriptura angeli nomīari. iux
ta illud Malach. ij. Labia ſacer⸗
dotis cuſtodiũt ſcientiā. ⁊ le. re⸗
qui. ex ore eius. q2 ange. do. exer.
eſt. [Accepta ab eo ſentētia]. id ē
a ſua lege iuſtiſſima. [Scindet
te mediũ] id eſt faciet de te duaſ
partes fieri: ſeparādo aīam tuaz
a corpore ꝑ lapidationē. vl' ad lit
teram loquit' de angelo ſuſanne.
qui iſtam damnatiōem ſenum.
⁊ iſtam ſectiōem apud dominuz
ꝓcurauit. [Et amoto eo iuſſit ve
nire alium] prius enim amouit
eum q̄ alter veniret. ne poſſet ſi
bi innuere quid reſponderet. [⁊
dixit ei. Semen chanaan ⁊ non
iuda] licet enim eſſet de tribu iu⸗
da: vocat eũ tamen ſemē chana⸗
an. quia imitabat' mores chana⸗
neorũ. Increpat vero ipm dani
el ſicut ⁊ primuz ⁊ eadem cauſa.
vt ſcz territ' deprehendat'. vnde
addit [Species]. i. pulchritudo
ſuſanne: [decepit te: ⁊ ꝯcupiſcen
tia ſubuertit cor tuum]. i. men⸗
tem tuam ſubuertit a rectitudi⸗
ne rōnis ⁊ legis. [Sic faciebatiſ
filiab' iſrael]. id ē mulierib' fa⸗
tuis ⁊ ſimplicib'. ⁊ que erant de
cōmuni plebe. ſup. eas ꝑ terro⸗
res decipiēdo ſicut voluiſtis de⸗
cipere illā. [⁊ ille timētes loque⸗
bant' vobis] ſupple in actuz ne⸗
pharium ꝯſentiēdo. [Sed nō fi
lia iuda]. i. ſuſanna nobil' gene⸗
re ⁊ morib'. ⁊ ad lr̄am de tribu
iuda. [ſuſtinuit iniquitatem ve⸗
ſtram] impudice voluntati vr̄e
aſſentiendo. [Nunc ergo dic mi
hi ſub qua arbore cōprehenderiſ
eos loquētes ſibi] [Cui taliter lo
quit' de actu carnali. [qui ait: ſub
prino] nomen arboris. nec ē ea
dem arbor cum lentiſco. vt di⸗
cunt aliqui. ⁊ bene. quia ſi eſ⸗
ſet eadem: tunc non eſſet diſcor⸗
dia in teſtimonio eorum. ac per
hoc nō fuiſſent cōuicti. Et idō di
cendum eſt ꝙ prinus idē eſt qđ
prunus. ſicut dicit' in libro de ꝓ⸗
prietatib' rerũ. [Et ait Daniel:
Recte mētitus es ⁊ tu ī caput t.
Manet eī ange. dn̄s gla. i. ſeue⸗
rā ⁊ iuſtā ſentētiā: vt ſecet te me⸗
diũ]. id eſt faciat aīam tuā ſepa
rari a corpore [et interficiat te].
id faciet te interfici. ¶ Ter
tio ponit' falſoꝝ teſtiũ ꝯdemna⸗
tio. [Exclamauit itaqz omīs ce⸗
tus] voce magna. vidētes ſup̄.
in verbis eorũ manifeſtā cōtra⸗
dictiōem. [⁊ benedixerunt deuz
qui ſaluat ſperantes in ſe. ⁊ con⸗
ſurrexerũt aduerſus duos p̄ſby⸗
teros. conuicerat enim eos dani⸗
el de ore ſuo falſum dixiſſe teſti⸗
monium. Feceruntqz eis ſicut
male egerant aduerſus ꝓximuz
vt facerent ſcd̄m legem Moyſi]
id eſt ſcd̄m legē canonis. que ſcri
pta eſt in lege Moyſi Deutero⸗
nomij. xix. [Et interfecerunt e⸗
os]. id eſt ſicut dignos morte
tradiderunt eos regi. qui habe⸗
bat altā iuſticiā q̄ iuſſit eos ꝯburi
⁊ frigi in igne. ſcd̄m moduz illius

terre. ſicut Jere. xxix. dicit᷑. Uel aliter [interfecerunt eos] ſm legem ſuā. quia de ſpeciali voluntate regis ꝑmiſſum fuit iudeis. vt interficerent eos ſm legem ſuam. ⁊ ita lapidati fuerunt. Sequitur. [Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius in illa die] ſupple ipſa ſuſanna ſic a falſa impoſitione criminis liberata ⁊c. Poſt hoc q̄ꝛuis eccleſia nō recitet: ponit᷑ pro om̄ibꝫ iſtis gratiarū actio. Cum dicit᷑. Helchias autē ⁊ vxor eius laudauerunt deū pro filia ſua ſuſanna cū viro ſuo ioachim. ⁊ omnibus cognatis eius. qꝛ in ea nō eſſet inuēta res turpis. licet enim laudarēt deū de liberatiōe ſuſanne a morte. magis tn̄ laudauerūt deū ꝑ declaratiōe ſue innocentie qꝛ maius bonū eſt innocentia q̄ꝫ ſit corꝑalis vita. Subiungit᷑ autē in fine ꝙ [daniel magnꝰ factꝰ eſt in ꝯſpectu ppl'i a die iſta ⁊ deinceps]. qꝛ ex hoc facto innotuit ppl'o ꝙ ſpiritꝰ dei in eo erat. ⁊ zelus diuine legis: ⁊ amor caſtitatis. Ex q̇bus ptꝫ ꝙ illud factum nō ꝯtigit tꝑe darij vel cyri: vt dicunt aliqui. qꝛ tunc Daniel magnus reputabat᷑ a ppl'o: ſed contigit in tꝑe recētis captiuitatis q̄n dan̄. īcipiebat reputari magnꝰ.

Ptꝫ ꝯcordia īter lectionē ⁊ euāgeliū quod incipit: Perrexit ieſus in montē oliueti. Joh. viij. In vtraqꝫ enim lectione fit mentio de muliere deprehenſa ī adulterio. In iſta enim fit mentio de muliere ꝑ falſos teſtes deprehenſa. In euangelio vero de muliere deprehenſa per veros teſtes. In vtraqꝫ enī dr̄ ꝙ ſenes pctōres accuſauerunt vtrāqꝫ mulierē. q̇ tn̄ ſm ꝙ xp̄us innuit: nec accuſare nec exeq̄ ſn̄iam debebāt. Ait enī. Qui ſine pctō eſt vr̄m ṗmꝰ in eā lapidē mittat. Inſuꝑ lectio dicit ꝙ q̄libet iſtaꝝ mulieꝝ fuit liberata a morte. Prima q̇dē ex iuſticia. qꝛ innocēs erat. ſcd̄a ex miſericordia. qꝛ rea. Pria ꝑ danielē. ſcd̄a ꝑ criſtū. q̇ ſeueritatem legis trāſtulit in dulcedinē euangelij. quo nō p̄cipit᷑ adultera interfici. ſed ꝑmittit᷑ ei indulgētia: ſi amplꝰ peccare nolit. dicēte xp̄o mulieri adultere. Nec ego te ꝯdēnabo: Uade ⁊ amplꝰ noli peccare. Nos igit᷑ filij eccl'ie nō timeamꝰ legem ſynagoge. q̄m ⁊ ſi peccauimus: nō exigit᷑ a nobis in hac vita ꝑ q̄libet culpa mortali ſiue notabili pena corꝑis. Sed ſi digne peniteamus ⁊ euitemꝰ pctī recidiuū: ꝑmittit᷑ nobis plena indulgentia. ac per hoc vita eterna. Ad quam nos perducat ieſus chriſtus. Amen.

## Dominica letare.

FRatres Scriptum eſt q̄niam abraam duos filios habuit. gal'. iiij. ¶ Quarta precedenti feria ſancta mater eccleſia referēs verba legiſlatoris

Moyſi ſcripta Exodi.xx.monu
it xp̄ianum populū ad obſeruan
tiā legis veteris q̄ztū ad decē mo
ralia.que q̄uis ſint explicita ī le
ge ſcripta.ſunt tñ de lege nature
ſemꝑ obligātia hoīes.vñ ꝑ euan
geliū nō fuerūt ſoluta: ſ; potius
adimpleta Matth.v. Ut autez
xp̄iani ſint magꝭ volūtarij ad di
ctam obſeruātiā: dicit eis ip̄a ec-
cleſia ſequēti feria ꝑ verba Jere.
fructū maxiuz quē aſſequūꝰ diṽe
legis obſeruatores veri. Sequē
ti vero ſexta feria ꝛ ſabbato oſten
dit damnū maximū qđ aſſequū-
tur eiuſdē legis ꝯtēptores.ꝛ hoc
ex ſcriptura Moyſi ꝛ Danielis.
ſicut apparuit ſupra. Uez quia
poſſent aliq̄ crederē q̄ ſicut xp̄ia
ni tenenꝰ ad obſeruantiā decalo-
gi:ita teneanꝰ ad obſeruātiā om-
niū legaliū.ſicut a p̄ncipio eccl'e
Nam multi crediderūt qui dixe
runt ſil' cū euangelio debere lega
lia obſeruari. Jō in hac ſequenti
dñica occurrit eadē pia mater ec
cleſia per p̄conē ſuū Paulum: re
mouēs a cordibꝫ ſi ōliū iſtā opini
onē ꝑfidam: per eundē oſtendēs
cōditionē legis fuiſſe grauiſſimā
ip̄amq; fuiſſe legē timoris ꝛ ſui-
tutis.a qua q̄dez ſeruitute. vt ip
ſe dicit in p̄ſenti ep̄l'a.nos chriſtꝰ
per libertatē euāgelij q̄ dñs inſtituit
liberauit. Jtē pōt etiam aliꝰ ītro
duci iſta ep̄l'a. vt dicamus q̄ ro-
manus pōtifex q̄ toti xp̄iano po-
pulo preeſt.ſicut xp̄i vicariꝰ gn̄a
lis: prudēter ꝯſiderās q̄ īter mlꝰ-
tas curas interponi debet aliq̄đ
honeſtū ſolaciū.iuxta illud. In-
terpone tuis interdū gaudia cu-
ris. Et q̄ poſt multos labores ſe
qui debet aliq̄ reqes. Corda eniz
arcus cito rumpeꝰ ſi cōtinue ten
ſa maneret. Juxta illud. Qđ ca-
ret alterna requie durabile nō eſt
Jđo q̄ꝛ xp̄ianus ꝑplus tp̄e prece
denti huiꝰ ſacri ieiunij fuit in me
rore pn̄ie ꝛ labore ieiunij ꝛ abſti
nentie.in aſſiduitate vigiliarū et
oŕonis deuote.ne corda rumpaꝰ
ſi nimis tenſa maneret in iſta me
dia dñica q̄dragesime excitat eū-
dem xp̄ianū ꝑplm ad honeſtū ſo-
laciū ꝛ ſp̄ūale gaudiū verbo ꝛ fa
cto. Uerbo q̄dez in introitu miſ-
ſe dicēs. Letare ieruſalē ꝛc̄.ſequi
tur. Gaudete cū leticia.qđ ſumi
tur ex dictis Eſa.vlꝰ.ꝛ ī p̄ſenti e-
piſtola vbi ap̄l'us refert v̄ba eiuſ
dem ꝑphete.ſ. Eſaye. liiij. Et in
euāgelio vbi dicit Joh.q̄ de qui
q; panibꝫ ꝛ duobꝫ piſcibꝫ ſatia-
uit dñs quinq; milia hoīm in q̄
fuit ſp̄ūalis refectio figurata. Fa
cto etiā.quia hodierna die idem
ſummꝰ pōtifex quandā roſam ex
auro balſamo ꝛ muſco ꝯfectam
quā portat manu ꝑp̄ria. q̄ repre-
ſentat illū de quo dicit finis epi-
ſtole.chriſtus nos liberauit.ꝛ đ
quo dicit finis euāgelij.ꝑpha ma
gnus ſurrexit in noƀ. In quo ſo-
lo inter homines ſunt tres natu
re.ſcz corpus ꝛ aīa ꝛ ip̄a diuini
tas ꝑ p̄dicta ſignificata. Et quo
niā inter oīa que xp̄ianos exci

[L]ãtad ſpũale gaudiũ eſt illa vera libertas quã dei fili⁹ nobis attulit qua nos liberauit a ſeruitute: nõ ſoluz legis ſed etiã pctĩ. Jdo pſens lectio hodie legiť q̃ de iſta ſeruitute legis ⁊ libertate euãgeliȷ̃ expreſſe loquiť. Primo quidem allegorice ⁊ in figura. Secundo realiter ⁊ manifeſte. Poteſt aũt diuidi pſens lectio. Primo nanq̧ ponit apl'us ſenſuz hiſtoricũ et lr̃alem. Secũdo allegoricũ et myſticũ. ibi. [que ſunt per allegoriã dicta] Circa hiſtoriam aũt tria facit. Primo eñ põitur duoꝝ filiorum generatio. Scd̃o eorũdem differens condicio. ibi. [vnũ de ancilla ⁊c.] Tertio eorũdem diuerſa ordinatio. ibi. [Sz qui de ancilla] Dicit ergo apl's [Scriptũ eſt quoniã Abrahã duos filios habuit] ſcilz yſmahel ⁊ yſaac. Nota ꝙ hoc non eſt ſcp̃tuz in aliquo vno loco ſcripture. Sz de Hyſmahele ſcribitur Geneſ. xvj. ⁊ de yſaac Geñ. xxj. Sed videť inſufficiẽter dictũ. qꝛ habuit plures q̃z duos. ſicut patz Geñ. xxv. Dicendũ ꝙ verum eſt ſz iſti duo fuerũt p̃ncipales ⁊ ſufficiũt ad ꝓpoſitũ quod apl'us intendit. Deinde poniť eorũ differẽs cõditio. cum additur [vnum] ſcz yſmahelẽ [de ancilla] id eſt ꝺ agar que erat ancilla Sare [Et aliuz de libera] .i. ſara. ſ. yſaac que erat libera neptis abrahe⁊ filia fratriſ ſui. ¶ Notãdũ ꝙ hebrei dicũt ꝙ Abrahã nõ habuit niſi duas vxores. ſcz Agar ⁊ Saram. ⁊ quod diciť Geneſ. xxv. ꝙ Abrahã mortua Sara duxit Cethuram in vxorẽ. dicunt ꝙ Cethura nõ eſt nomẽ ꝓpriũ. ſed appellatiũ. et interp̃tať copulata. ⁊ ꝙ Agar fuit Cethura. qꝛ poſt mortẽ Sare trãſiuit de ɔcubina in ɔiugẽ. et ꝺ nõ copulata in copulatã. Hoc aũt dicũt ne ſenex abrahã de nouis nuptijſ arguať. Sz certe magis eſſet reprehenſibilis ſi fuiſſz vſus ɔcubina que nõ fuiſſet vxor q̃z quia ſenex matrimoniũ cõtraxit. cũ dicit Augu. de ip̃o. xiiȷ̃. de ciui. dei. O virũ feminis viriliť vtentẽ. om̃ibꝫ temꝑanť. ⁊ nll'a inꝑanter. vñ nullo mõ credenduz eſt ꝙ Agar ſic eius fuerit cõcubina ꝙ nõ eſſet eius legitima vxor. Utrũ aũt ip̃a fuerit Cethura. vl' nõ. neſcio. ſed poti⁹ credo ꝙ fuerit alia q̃z ip̃a. Tũc aũt occurrũt duo dubia. Primũ. ſ. quõ Abrahã ſimul habuit duas vxores. cũ hoc ſit ɔtra legem nature. ⁊ ɔtra primã inſtitutõem ɔiugiȷ̃ Geñ. ij. Adherebit hõ vxori ſue. nõ dicit vxoribꝫ. Secũdũ. quõ potuit habere duas vxores ſucceſſiue. cum diuidere carnẽ ſuam in plures videať repugnare legi nature. Dicendũ ad p̃mũ. ꝙ bene verum eſt ꝙ habere duas vxores ſil' eſt contra legẽ nature. qꝛ naturaliſ rõ dictat ꝙ equalis obligatio debet eſſe inter virum ⁊ mulierẽ q̃tuz ad vſum corpoꝝ. impoſſibile autez eſt ꝙ homo vnus equaliter obli-

gerẽ duabꝫ ſicut vni. Dictat etiā
ꝙ vir dꝫ reddere dbitū vxori petē
ti. qḋ nō poſſet facere ſi ambe pe
terēt ſimꝉ. Item nūquā eſſet pax
in domo viri. qꝛ non poſſet vtri-
qꝫ ad votum ſatis facere. quā tñ
ſuare dictat ratio naturalis. eſt
igiẽ ꝯtra legem nature. ꝛ ideo nō
poteſt in hoc ꝑ hominē diſpēſari
veruntamē deꝰ ex cauſa rationa
bili diſpēſauit cū antiquis patri
bus ante legē ꝛ poſt legē. ſ. ꝓpter
multiplicatiōeꝫ plis ad cultū dei
educande. erant enim tūc fideles
pauci. Et qꝛ iſtḋ ius natale erat
ſolū ſcriptū in cordibꝫ hoim: id
circo nō oportuit ꝙ cū eis diſpen
ſarẽ per aliquā ſcripturā. ſed ſuf
ficiebat ꝙ diſpenſarẽ per inſpi-
rationē diuinā. quā habuerūt ex
plicite patriarche ꝛ ꝓphe. alij ḋo i
plicite. Ad Scḋm dicendum ꝙ
ꝛ ſi habere plures ſucceſſiue ſit ꝯ
tra primā inſtitutiōeꝫ ꝯiugij. nō
tamen ſic eſt ꝯtra legeꝫ nature ſi-
cut habere plures ſimul. alias ſi-
cut habere plures ē modo pecca
tum mortale. ita eſſet et bigamia
qḋ non eſt veruꝫ. nec octogamꝰ
etiam Scḋm Ieronimū. ꝛ ideo
facilius fuit diſpenſare cum an-
tiquis patribꝫ in hoc q̄ꝫ in primo
ꝓpter cauſam ſuperius aſſignatā
Patet ergo iſtoruꝫ generatio ex
vno patre ꝛ duabus matribꝫ In
ſuper etiam patet ipoꝝ diuerſa ꝯ
dicio. qꝛ vnus de ancilla. ꝛ alter
de libera. ac pro hoc vnꝰ ſeruus. ꝛ
alter liber. qꝛ matrem ſequiẽ ſua
ꝓles Conſeq̄nter ſubditur ip-
ſorum diuerſa ordinatio. cuꝫ di-
cit apoſtolꝰ [Sed qui de ancilla]
ſ. genitus eſt. i. hyſmahel [ſm car
nem natus eſt] id ē ſm legem car
nalis ꝓpagatiōis: ꝛ ſine vlla ꝓmiſ
ſione de ipſo facta. et abſqꝫ vllo
miraculo. Potuit enim ſenex de
iuuencula naturaliter filiū gene
rare [qui autem de libera] ſupple
genitus eſt. ſcilꝫ yſaac [per repro
miſſionem] ſupple natus eſt. id ē
per diuinam promiſſioneꝫ de ip-
ſo factam. et per diuinum mira-
culum. quia de centenario ꝛ no-
nagenaria. ſicut patet Gen̄. xviij
Dicit em̄ ibi. Erāt aūt ambo ſenes
ꝓuecteqꝫ etatis ꝛc̄. ſequiẽ. Poſt-
q̄ꝫ ꝯſenui ꝛ dn̄s meꝰ vetulꝰ ē. ꝛc̄.
Et ſignanter dicit [per repromiſ
ſionem] quia ſicut ibidē apparet
ꝓpter riſum Sare fuit promiſſio
iterata. Patet vite iſtorum ordi
natio ex ſua origine Qui em̄ ſm
carnem natus fuit carnalis ho-
mo fuit ꝛ perſecutor ſpiritualis.
ſicut infra videbitur. Iſte autem
qui natꝰ fuit per repromiſſioneꝫ
ſpiritualis homo fuit. R De
iſto itaqꝫ Abraham quomodo fu
it decimus a Noe. ꝛ filius Tha-
re natus in Hur chaldeorum. et
frater Nachor et Aram. et quo-
modo eripuit eum deus de igne
in quo combuſtus erat Aram ꝓ-
mogenitus frater eius. quia no-
lebat ignem adorare. et quomo-
do duxit in vxorem Saray ne-
ptem ſuam ſororem ipius Loth.

et filiam Aram. Itē quō cum pa
tre ſuo exiuit de chaldea ⁊ venerīt
in Aram meſopotamie. ⁊ deinde
ipē in terrā chanaan quā ei ⁊ ſuo
ſemini ꝓmiſit deus. ⁊ quō fuit ꝑ
mus qui cognouit vnū deū ⁊ in=
uocauit. habuitqꝫ aſtroꝝ peritiā
quā reliquit egyptijs. vbi ꝓpf fa=
mē deſcēdit. Et quō fuit bellico=
ſus. ⁊ vicit q̄tuor reges. ⁊ quō de
dit decimas ſacerdoti Melchiſe
dech. meruitqꝫ ab eo bn̄dici. Et
quō etiā de voluntate Saray du
xit in vxorē Agar ancillā eiꝰ egy
ptiacā. genuitqꝫ ex ea Hyſmabe
lem. de quo deſcēderunt arabes
et ſaraceni. Et quō etiā deus cuꝫ
eo fecit pactū de circūciſiōe. ⁊ cir
cūcidit ſeipm̄ cum eſſet nonagi=
ta nouē annoꝝ. ⁊ yſmabelē filiū
ſuū habentē tredeci ānos. ꝓpf qꝺ
ſaraceni deſcēdentes ab eo circū
ciduntᷣ tredecimo anno. ⁊ quō ꝑ
diuinū miraculū ⁊ angelicam ꝓ=
miſſionē genuit de ſara centena=
ria ⁊ ſterili yſaac in quo fuit ei fa
cta de chriſto ꝓmiſſio. ⁊ quō rece
pit angelos hoſpitio qui reuela=
uerūt ei deſtructōem ſodomoꝝꝫ
pro quibꝰ ipē humilr̄ orauit. Et
quō ipſe circūcidit yſaac octaua
die. ꝓpter quod ⁊ iudei octaua die
circūciduntᷣ. ⁊ quō deus tempta
uit eum ꝓbans eius obedientiaꝫ
ſup īmolatione filij ſui. quō etiaꝫ
miſit ſeruū ſuū in meſopotamiā
ſyrie vt adduceret filio ſuo yſaac
vxoreꝫ de genere nachor frīs ſui.
quod et factū fuit. Adduxit enī
Rebeccam filiā Bathuelis filij
Nachor iam dicti. ⁊ quō mortua
ſara cum eſſet centū vigintiſeptē
annoꝝ. duxit vxorem alienigenā
noīe Cethurā. de qua iuuencula
(licet ipē ſenex eſſet) genuit ſex fi=
lios. ⁊ vltimo cum eſſet centū ſe=
ptuagintaq̄nqꝫ annoꝝ mortuuſ
eſt ⁊ ſepultus ꝑ yſaac ⁊ hyſmabe=
lem filios ſuos in ebron cū ſara
vxore ſua. Hec omnia ⁊ alia mł=
ta vide in hiſtoria Gen̄. ab. xj. ca.
vſqꝫ ad. xxv. ca. incluſiue. Sequi
tur in epl'a ⌊Que ſūt ⁊c̄.⌋ vbi po
ſito ſenſu lr̄ali: ſubdit ſenſum al=
legoricū. Et facit duo. Prīo enī
ponit qꝺ intendit. Scꝺo ꝺclarat
quod ꝓponit. ibi ⌊vnū quidē ⁊c̄⌋
Dicit ergo ſic. Supra dixi ꝙ ab=
rahā duos filios habuit. ⁊c̄. que
om̄ia ſunt dicta per allegoriā. id
eſt per ſenſuꝫ alterū q̄ꝫ ſonare vi=
deātᷣ verba. Eſt enī allegoria ſꝫm
gloſam. cū aliud ſonant ỽba ⁊ ali
ud in īrellectu ſignificatᷣ. ſiue cuꝫ
ex vno alterū intelligitᷣ. ſic h̄. vnꝺ
ſubdit ⌊Hec enī⌋. ſ. libera ⁊ ancil
la. id ē hoꝝ ſignificātia ⌊ſunt duo
teſtamēta⌋ qꝺ patꝫ hic ſꝫm gloſam
Abrahā enī q̇ interp̄tatᷣ pr̄ mł'ta=
rum gentiū: ſignat deū patrē qui
de duabꝰ legibꝰ ſiue teſtamentis
q̄ſi de duabꝰ vxoribꝰ duos ꝑplos
q̄ſi duos filios genuit. ſ. ꝑplm̄ iu
daicū ⁊ gentilē. Ancilla ſignat ve
tus teſtamentū. de quo deus ge=
nuit iudeos ſeruos figuratos ꝑ
yſmabelem. qui ſeruierunt deo ti
more pene ⁊ ꝓmiſſione tempalium

Libera vero ſignat nouū teſtamē tum. cuius gratia liberos parit. de qua deus pater generat xpia= nos liberos: nō virtute nature: ſ; gratie qui ſeruiunt ei nō timore. ſed amore. nō ꝓmiſſione tempo= raliū: ſed expectatione celeſtium. [ Hec ] igiť id eſt ſignata ꝑ hec [ duo teſtamēta ſunt ] ſc; nouū et vetus. Nota ꝙ Abba interpreta tur pater. ⁊ am multarū. ſubītel ligiť gentium. ex quib; cum debe ret dici Abbaam: interponitur r cauſa euphonie: ⁊ dicitur abraā. Nota ꝙ eſt q̄druplex ſenſus ſcri= pture. ſc; hiſtoricus. qui geſta re= citat. Vñ Iſið. in libro ethymol. Hiſtoria inq̄t eſt rei geſte narra= tio per quā facta p̄terita dinoſcū tur. Sed allegoric⁹ qui credēda roborat. vtpote cum per illud qð factū eſt aliud intelligiť futuru;. Sed tropologicus qui agēda re gulat. vtpote cum ex his que fcā ſunt alia fienda ⁊ agenda mōſtrā tur. S; anagogicus qui celeſtia repꝛſentat. vtpote cum ex his que facta ſunt alia ſupna ⁊ eterna fi= guranť. S Cōſeq̄nter decla rat quod iam ꝓpoſuit. vñ ſubdit. [ Unum quidē ⁊c̄. ] Et hic tria fa cit. Primo em̄ hiſtoriam p̄miſ= ſam de duob; filijs adaptat alle= gorice q̄tum ad duoꝝ teſtamen toꝝ ſeu populoꝝ generationem Secundo ad eorundē ordinati= onē ſeu ↄuerſationē. ibi [ ſed quō tunc ] Tertio ad eorundē ſepati onē. ibi. [ Sed quid dicit ſcriptu ra ] Adhuc ī p̄ma parte tāgit tria. Primo em̄ dicit quid ſignificat ancilla ⁊ eius filius. Secūdo qð ſignificat libera ⁊ ex ea genit⁹. ibi [ Illa autem que ſurſu; eſt ] Ter tio explicat ad que; pertinet xp̄i an⁹ populus. ibi. [ Nos autem ] Item p̄ma pars explicat quattu or. ſc; legiſlatiōis locum. i. mon= tem ſyna. ⁊ legis late onus ḡuiſ= ſimū. q2 in ſeruitutē generat. Le gis inſup figurā ſeu typum con= gruū. cum dicit [ Que eſt Agar ] et illud quod fundat ſenſum alle goricū dicēs [ ſyna mons eſt ⁊c̄ ]

Ad euidētiā hui⁹ particule no tandūq; ſicut habeť Exodi. xx. c. vetus teſtamentū fuit datum in monte ſyna. ⁊ cōuenienter. q2 ſy= na interp̄tať mandatu; humile. Innuebať igiť ex hoc ꝙ ꝓpter mā data legis eis data nō debebāt ſu perbire ↄtra gentes. nec ↄtra mā datū legis. quod tñ fecerunt. dic̄ gloſa. ⁊ ꝙ in timore pene legi ſer uire debebant. quod eſt opus hu mile ⁊ ſeruile. Item nota ꝙ ſicut dicit ap̄lus mōs iſte eſt ī arabia ſc; minori. vt dicit Hay. qui ſua magnitudine diuerſas tangit ꝓ= uincias. et quadā ſui extremita= te vicinus eſt terre ꝓmiſſionis. in qua eſt ieruſalē terrena. Et cōue= nienter ī arabia data fuit lex. In terp̄tať em̄ humilitas ⁊ afflictio. et lex vetus humiliabat homīes. quia timore pene ſeruire faciebat et eoſdem carnalib; obſeruantijs affligebat. Ulterius eſt notan=

dum ꝙ per agar figurabaṫ lex ve-
tus nō ſolum ꝓpter ſuam condi-
cionē. quia ancilla. ⁊ ſeruos parie-
bat: ſed etiam ꝓpter ſui noīs inter-
pretatōnem. interp̄tatur eñ alie-
natio. Et certe lex vetꝰ genuit iu-
deos in ſeruitutem: nō ſolum ꝗa
ſeruiebant ei timore pene: ſed eti-
am quia eos faciebat ſeruos pec-
cati per quandā acceptam occaſi-
onē. dabat eñ peccati noticiaꝫ: et
nō ꝯferebat gratiam qua poſſent
peccata vitari. ac per hoc aliena-
bat eos ab hereditate eterna quā
etiam nō ꝑmittebat. His ergo vi-
ſis apoſtolus dicit. ſic ſe continu-
ans. ancilla ⁊ libera de quibꝰ ab-
rahā genuit duos filios figura-
bant duas leges. de quibꝰ deꝰ pa-
ter genuit duos populos. ſcꝫ iu-
daicum ⁊ catholicū [ vnū in mō-
te ſyna ] ſupple datum. id eſt teſta-
mentū vetus [ in ſeruiturē gene-
rans ] ſupple iudeos timore pene
et ꝑmiſſione tempaliū ſeruiētes.
et per occaſionem eoſdem faciēs
peccati ſeruos [ que eſt Agar ] id
eſt cuius teſtamenti veteris figu-
ra eſt Agar. ⁊ hoc quia ancilla e-
rat in ſeruitute pariens. ⁊ qꝛ alie-
na. Eius eñ filij fuerunt alieni
ab hereditate Abrahā. ⁊ ipſa ſic
interp̄taṫ. Adhuc ponit apoſto-
lus aliud ſuꝑ quo fundaṫ allego-
ricꝰ ſenſus. dicēs. [ Syna mōs ]
id eſt teſtamentū vetus datum in
monte ſyna [ eſt in arabia ] ſupple
minori ſm Hay. id ē iuxta figu-
rā in humilitate et afflictione. qꝛ
humiliabat et affligebat. vt di-
ctum eſt [ qui ] mons ſup. id eſt
quod teſtamentum vetus in mō-
te datum [ coniunctus eſt ] id ē.
per omnia ſimile eſt [ ei hieruſa-
lem ] id eſt ſynagoge. vel iudaico
populo. Sicut enim lex minaba-
tur penam ⁊ temporalia ꝑmitte-
bat: ita ſynagoga iudeoꝝ timore
pene et amore temporalium ſer-
uiebat. vnde dicit [ Et ſeruit ] ſup-
ple ſynagoge ⁊ legi ⁊ peccato [ cū
filijs ſuis ] id eſt cum vniuerſ iu-
deis. vel [ cum filijs ſuis ] id eſt
cum omnibus proſelitis. qui eti-
am timore pene ſeruiebant. ſm
gloſam. ¶ Notanduꝫ ꝙ ad
litteram mons ſyna quodammo-
do erat cōiunctus ieruſalem ter-
rene inq̄ꝫtum erat vicinus terre ꝓ-
miſſionis. ſed apoſtolus magis
intendit hic ſenſum allegoricum
qui ſtatim eſt dictus. Patet ex il-
la allegoria ꝙ exceptis preceptis
moralibus vetus lex non eſt ſer-
uanda. tum quia in ſeruitute ge-
nerat. tum quia a regno celeſti a-
lienat. tum quia humiliat: timo-
re pene ⁊ propter temporalia ſer-
uire faciēs. tū etiā quia carnalibꝰ
obſeruantijs cruciat et affligit.
Sequitur [ Illa autem que ſur-
ſum eſt hieruſalem ] Ubi oſten-
dit quid ſignificabatur per libe-
ram ⁊ filium eius. Et duo facit.
Primo enim ponit quod inten-
dit. Secundo probat quod pro-
poſuit. ibi [ Scriptum eſt ] Cir-
ca primum ſciendum. ꝙ ſm glo-

ſam in principio Geneſis. hiſto-
rice hieruſalem eſt ciuitas terre-
na. allegorice eſt militans eccle-
ſia. tropologice eſt anima ſancta
anagogice autem eſt celeſtis pa-
tria. Unde ī parte immediate p̄-
cedenti ſumitur hieruſalem hy-
ſtorice pro ciuitate terrena ſeu ꝓ
ſynagoga iudeorū. In parte au-
tem illa ſumitur allegorice ꝓ mi
litante eccleſia in qua eſt per euā
geliū cognitio ſalutifera. et affe-
ctio ſincera. libertas vera. et fecū
ditas perfecta. ⁊ anagogice ꝓ pa
tria celeſti. Dicit ergo. ſic ſe con
tinuans ⁊ oſtendens ꝙ per libe-
ram figurabatur eccleſia que re-
gulatur lege noua. et per filium
eius populus chriſtianuſ. Agar
autem. vt dictum eſt. ſignat ſyna
gogam. et hieruſalem terrenam.
ſeu legem moyſaicam. [illa autē
hieruſalem] id eſt eccleſia de gen
tibus congregata [que ſurſuʒ ē]
ſcilʒ per affectioneʒ. quia ſm glo
ſam. cum domino gaudet in ſpe
celeſtium [libera eſt] quia ſupple
non ex timore: ſed amore ſeruit:
non propter temporalia: ſed cele
ſtia bona. ij. Corinth. iij. Ubi ſpi
ritus domini ibi libertas [que ē
mater noſtra] id eſt omniuʒ cre-
dentium. Singuli enim fideles.
vt dicit gloſa. verbo ⁊ exemplo ſ-
uiunt deo ex charitate. Sicut i-
gitur ſynagoga erat mater omni
um iudeorum. que per Agar fu-
it figurata. vt dictum eſt. ſic ec-
cleſia eſt mater omnium fideliū.

que congrue per Saram figura-
tur. Interpretatur enī Sara car
bo. In carbone autem duo ſunt.
ſcilʒ feruor ⁊ ſplendor. ⁊ in eccle-
ſia ſunt feruor caritatis. ⁊ ſplēdor
veritatis et honeſtatis Implicat
ergo apoſtolus in iſta pte q̄ttuor
de eccleſia. ſcilʒ cognitionem ſa-
lutiferā. que vocatur illa ieruſalē
ad innuendum ꝙ in ip̄a eſt ſin-
gulariter viſio pacis. id eſt ꝯgni
tio chriſti. que eſt pax noſtra. Af
fectionem puram. quia ſurſū eſt.
ſupple mente. q̄uis deorſum ſit
corpore. Libertatem veram. qꝛ li
bera eſt. Fecunditatem nouam.
quia mater noſtra eſt. que ſꝑ ma-
net virgo. V Conſequenter
probat quedā que ſuppoſuit ꝑ
ſcripturam. ſcʒ libertatem eccl'ie
et fecunditatem dicens [Scp̄tū
eſt enim] Et primo probat liber
tatem. Secundo fecunditatē. ibi
[quia multi filij] Notanduʒ aūt
ꝙ ante aduentum chriſti gentili
tas erat ſterilis. quia nullum fi-
lium deo generabat. ⁊ tunc nō ſo
lum nō pariebat. nec parturiebat
ſed et ad generandum filios ſpū
ales nō conabat̄. Et rō huiꝰ erat
qꝛ nō hēbat virū quē poſtea hūit
.i. xp̄m ſiue legē euāgelicā. q̄ ipaʒ
regeret ac fecūdaret. ⁊ ſuos filioſ
educaret. ſic̄ ſynagoga hēbat viꝝ
.i. legē. ⁊ iō an̄ aduētū xp̄i n̄ poſſat
gētilitaſ eē iocūda. qꝛ oio īfecūda
ſʒ adueniēte tp̄e grē gētilitaſ hūit
virū. ſ. xp̄m ⁊ eiꝰ euāgeliū. ꝑ quē
fuit fcā d̄ ācilla libā ⁊ d̄ ſterili fecū

da.ac per hoc ꝛ letabūda. Dicͭ er
go.eccl'ia inquā libera eſt. ꝛ ma-
ter noſtra [Scriptū eſt em̄] ſup
ple Eſaye.liiij.ſed ſm lr̄az ſeptu
aginta[letarꝫ ſteril' q̄ n̄ parꝭ erūpe
et clama que nō parturꝭ] Iſta di
cebat ꝑpheta eccl'ie gentiū:ad tē-
pus gratie aſpiciēs.ſub h̄ ſenſu.
[O ſterilis]id eſt o tu gentilitaſ
ſeu eccl'ia gentiū que nūc es ſteri
lis.id eſt ſine fructu ꝛ ꝓle ſpūa
li [que nō paris]quia nūc nullū
filiū ſpūalem deo generas. [ꝛ q̄
nō parturis]id eſt ad generādūz
nō conaris [letare erumpe et cla-
ma] ſcꝫ pro tempꝫ xp̄i ſponſi tui
[letare]dico corde [erūpe]id eſt
leticiā mentis exteriꝰ oſtende per
opera [et clama]id eſt leticiā tu
am alienis p̄dica p ſermonē. q̇a
tūc ſup.habebis verā libertatez
vn̄ in his tribꝫ ſm glo.innuit ꝑ-
fectam eccl'ie libertatē.letari eniꝫ
corde.ore.ꝛ ope nō eſt ſeruoꝝ:ſed
liberoꝝ [Letare]etiā quia tunc
habebis plenā fecunditatē. quia
ſup.tunc ſcꝫ tempꝫ gratie quādo
vir tuus venerit [multi filij]cr̄t
ſup. [d̄ſerte]id eſt tui.que ſempꝫ
fuiſti deſerta vſqꝫ ad tempꝰ gra-
tie.id eſt viro legitimo nō copu-
lata [magis q̄ꝫ eius que habet vi
rū]id eſt ſynagoge.que tūc quan
do ꝑpheta loquebatꝫ:habebat viꝝ
ſcilꝫ legem:per quā ſicut per vi-
rum regebatꝫ ꝛ fecundabatꝫ.ꝛ per
quā eius filij inſtruebantꝫ. Re
uera plures ſunt filij eccl'ie genti-
um q̄ꝫ vnq̄ꝫ fuerunt ſynagoge. et
cum ip̄a parit filios:ſinagoga cō
tinue infirmatꝫ.quod fuit figura-
tū in Anna ꝛ Fenēna. Anna eniꝫ
fuit ſterilis p̄mo.poſtea vero fe-
cunda. Fenēna aūt p̄mo fuit fecū
da.ꝛ poſtea deſiuit parere. Et vt
dicunt hebrei.cū Anna pariebat
vnū filiū. Fenēna perdebatꝫ aliuꝫ
de quo Anna gaudēs dicebat.ſte
rilis peperit plurimos:ꝛ que mł'
tos habebat filios infirmata eſt.j
Regū.ij. Patet igitꝫ ex dictꝭ ꝙ ec
cleſia habet ꝯgnitionē ſalutiferā
affectionē ſinceram.libertatē ve-
ram.ꝛ fecunditatem nouā.et hec
om̄ia per gr̄am noui teſtamenti.
Propter quod ip̄m nouū teſta-
mentū acceptandū eſt: veteri iaꝫ
reiecto. Gloſa etiam exponit om
nia iſta de ieruſalē celeſti.que ſur
ſum eſt.quia ad lr̄am et realitꝫ cū
domino gaudet ꝛ libera eſt.ſup-
ple.ab om̄i culpa ꝛ miſeria.ꝛ mr̄
noſtra eſt.quia ad illā vocamur.
ip̄iuſqꝫ hereditas nr̄a erit. Hec
ſterilis dicitꝫ.nō q̇n quottidie pa-
riat q̄ꝫ diu durat ſeculū.ſꝫ qꝛ non
parit carnaliter ꝛ per naturā:ſed
ſpūaliter et per gr̄am. Hec pari
endo nō parturit.quia dolores n̄
patitꝫ:ſed in leticia generat filios
Hec ſola fruitꝫ. letatꝫ. erumpit.et
clamat.quia multi filij eius. quā
uis fuerit deſerta ab Adam:q̇ re-
licta vita ſecutꝰ fuit mortē. Pri-
ma tamē expoſitio magiſ eſt ſm
mentē apoſtoli.ſ.de eccl'ia genti
um.q̄ q̄ꝫuis deo aliq̄s ꝑpitan-
te aduentū xp̄i.ſic Iob ꝛ quoſdā

alios. quia tamē paucos peperit respectu multitudinis quam po ſtea genuit: nō parere dicebatur. Poſtmodū apoſtolꝰ oſtendit ad quē de iſtis filijs Abrahe ꝑtinet populus xp̄ianus. dicēs ⌊nos au tem⌋ quaſi diceret ita dixi ꝙ fue runt duo filij abrahe. ſcʒ yſaac et yſmahel. ſed ⌊nos⌋ o fratres ⌊ſm yſaac⌋ id eſt ad ſimilitudinē yſa ac ⌊ꝓmiſſionis filij ſumus⌋ id eſt nō per naturā. ſicut yſmahel: ſed per gratiā. que ꝓmittit regnū. ge niti ſumus. d̄ qua natiuitate Jo han. j. Qui nō ex ſanguinibꝰ ꝛc̄. ſed ex deo nati ſunt. ergo ī his v̄ bis fraternitas reſpicit ꝓximum filiatio deū. ꝓmiſſio regnū. yſaac ſignū. ꝛ hec oīa per fidē ꝛ grati am noui teſtamenti. Uel ſic ⌊ꝓ miſſionis filij ſumus⌋ id eſt pro miſſi eccleſie naſcituri de ip̄a per gratiā: ſicut yſaac fuit promiſſus Sare vt naſcerẽ de ip̄a per diui nā virtutē. Hec ꝓmiſſio fuit fa cta eccl'ie cum Eſayas dixit ei v̄ ba ſtatim poſita. Letare ſterilis. ꝛc̄. ꝛ ſequiẽ. quoniā multi filij de ſerte. Notandū ꝙ illi populi qui vocant ſe ſaracenos deberēt ſe vo care agarenos. quia de Agar egy ptia deſcēderunt. ꝛ iudei ad lrāʒ ſunt ſaraceni. qꝛ de Sara prodie runt. Sed loquēdo per figuram: ſoli xp̄iāi q̄ ſūt filij libere. i. filij ec cleſie ſūt ſaraceni. ꝛ oēs alij A gareni. ☙ Sequiẽ ſc̄da pars ꝑncipalis epl'e in qua adaptat hi ſtoriā duoꝝ filioꝝ ad duoꝝ ꝑplo rum ꝯuerſationē. dicēs ⌊Sed q̄ modo⌋ Et hic tria facit. Primo eī̄ originē implicat. Secūdo ꝑ ſecutionē indicat. ibi ⌊perſeq̄ba tur⌋ Tertio ad ꝓpoſituʒ adaptat. ibi. ⌊ita ꝛ nunc⌋ Dicit ḡ ſic. Jta dictū eſt de duobꝰ filijs ⌊Sed q̄ modo tunc⌋ ſcʒ tempe abrae ⌊is qui ſm carnē⌋ id eſt virtuteʒ na ture per carnalem ꝓpagationem ⌊natus fuerat⌋ vtpote yſmael. q̄ de iuuēcula ꝛ fecunda natus fue rat. licet de viro ſene ⌊perſeq̄baẽ eum⌋ ſcʒ yſaac ⌊qui ſm ſpm̄⌋ id eſt ſm ꝓmiſſionē ſp̄us ſcʒ angeli factam Abrahe ꝛ Sare ſeni ꝛ ſte rili Gen̄. xviij. ⌊ita ꝛ nunc⌋ ſup. il li qui viuūt ſm carnē. cuiuſmodi ſunt iudei ꝛ heretici. ac vniuerſa liter oēs hoīes mali ꝑſequū tur eos qui viuūt ſm ſpm̄. id eſt xp̄ianos. Un̄. ij. Thim̄. iij. Oēs qui pie volunt viuere in xp̄o ieſu ꝛc̄. Sed queriẽ in quo yſmahel ꝑ ſequebaẽ yſaac. qꝛ nihil legiẽ ſup hoc niſi ꝙ ludebat cū eo ꝛ diſpli cuit Sare Gen̄. xxj. R̄ndet glo. ꝙ quia maior erat: ſua luſio fuit illuſio ꝛ deceptio. Dicunt autem hebrei ꝙ ille ludus quem apl'us vocat perſecutionē: fuit ꝙ yſma hel cogebat yſaac luteas imagi nes adorare. Uel forſan cogebat eum ad aliquid turpe agendum. vel ſuſtinendum. Sequitur vlti ma pars epiſtole in qua adaptat hiſtoriam duoꝝ filiorum ad duo rum populoꝝ ſeparationē. dicēs ⌊Sʒ quid dicit ſcriptura⌋ Et ꝑ

mo ponit adaptationem. Secun
do ex iſta infert concluſionez. ibi.
[ Itaqȝ fratres. Adhuc in prima
parte ponit triplicem ſeparatio/
nem. ſcilȝ q̄ȝtum ad ſocietatē. cū
dicit [ Eijce ] q̄ȝtum ad libertatez.
cum addit [ ancillam ] ⁊ q̄ȝtū ad
hereditatem. cum ſubditur [ non
em̄ erit ] Dicit ergo ſicut tūc yſ/
mahel pſequebatur yſaac. ita nūc
iudei xpianos. ⁊ mali bonos. ſed
non eſt curandum. [ quid em̄ di/
cit ſcriptura ] ſupple dixiſſe Sa/
ram Abrahe Ecce [ Eijce ancillā
et filium eius ] Ad litteram. cuȝ
vidiſſet Sara yſmahelem luden
tem cum yſaac filio ſuo. ⁊ diſpli/
cuiſſet ei. dixit Abrahe. Eijce an/
cillam ⁊ filium eius. qui ammo/
nitus a domino acquieuit ei. ⁊ e
iecit vtrūqȝ Gen̄. xxj. Ita ſynago
ga ⁊ iudei ⁊ heretici eiecti ſunt de
eccleſia q̄ȝtum ad ſocietatem ⁊ ve
ram libertatem. vnde ait [ Eijce
ancillam ] id eſt ſynagogam [ ⁊ fi
lium eius ] id eſt quēlibet iudeū
Apocalip̄. vlti. Foris canes ⁊ ve
nefici ⁊c̄. non ſolum iudei ſūt eie
cti de eccleſia quantū ad ſocieta/
tem ⁊ veram libertatem: ſed etiā
q̄ȝtum ad hereditatem. vn̄ ſb̄dit.
[ Non em̄ erit heres filius ancil
le ] .i. iudeus fili⁹ ſynagoge [ cuȝ
filio libere ] id eſt cum chriſtia/
no filio eccleſie. Sic enim dixit
Sara ipi Abrahe ad litteraȝ vbi
ſupra. Non enim erit inq̇t heres
filius ancille cum filio meo yſa/
ac. Hoc idem tropologice p̄t di/
ci de q̄libet homine peccatore q̄d
Judicuȝ. xj. dicitur peccatori in
figura. In domo patris nr̄i eſſe
heres non poteris. quia de adul/
tera matre natus es. In bonis e/
nim mobilib⁹ id eſt temporalib⁹
boni cum malis permixti ſunt. i
mo ſepe mali plus habent q̄ȝ bo/
ni: ſed in hereditate participāt ſo
li boni. In figura cuius dicit̄ Ge
neſis. xxv. ꝙ Abraham reſuauit
yſaac totam hereditatem. Filijs
autem concubinarum largit⁹ eſt
munera. Ex qua littera claret cō
tra hebreos ꝙ Agar non fuit Ce
thura. quia tunc non habuiſſet p̄
ter Saram concubinas: ſed ſolū
concubinam. Nota tamen ꝙ nō
dicuntur concubine ꝙ non eſſēt
vere vxores. vxores namqȝ dicun
tur Geneſ. xvj. ⁊. xxv. ſed q̄ erāt
alienigene. Sed quomodo Ab/
raham potuit Agar eijcere: cū eſ/
ſet vxor. ⁊ inter virum ⁊ vxorem
debeat eſſe indiuidue vite cōſue/
tudo. Dicendum ꝙ hoc factum
fuit ꝓpter myſterium ⁊ ex diui/
na diſpenſatione ⁊ reuelatione.

y Poſtmodum ponitur illa
tio concluſionis cum dicit̄ [ Ita/
qȝ fratres: non ſumus ancille fi/
lij ] id eſt ſynagoge vt ſeruiamuſ
ſupple legi ⁊ peccato [ ſed libere ]
id eſt eccleſie militantis ⁊ trium
phantis. Tribulatio eni ostendit
nos eſſe filios libere Hebreo. xij.
ꝙ ſi extra diſciplinā eſtis. ḡ ad/
ulteri ⁊ non filij eſtis. ſumus er/
go filij libere. libere dico ea [ lib

tate qua chriſtus nos liberauit]
cum ſupple liberauit nos a ſerui
tute legis et peccati ⁊ diaboli ⁊ a
pena peccati. Johannis enim oc
tauo dicit chriſtus. Si filius voſ
liberauerit: veri liberi eritis. Er-
go nobilis eſt condicio chriſtia-
norum. quia ſunt liberi filij. ⁊ ve
ri liberi ea libertate qua nos xp̄s
liberauit. Patet concordia in
ter epiſtolam et euangelium qđ
ſcribitur Johānis. vj. et incipit.
Abijt Jeſus ⁊c̄. Jn epiſtola eniꝫ
ſic̄ patuit: fit mētio de lege veteri
et populo iudaico. ⁊ de lege no-
ua ⁊ populo fideli ſiue chriſtia-
no. et hoc in figura duarum vro
rum et duorum filiorum. Et de
eiſdem etiam fit mentio. loquen
do per figuram in euangelio ho-
dierno. Quinqꝫ enim panes or-
deacei ſignant ſm gloſam quin-
qꝫ libros Moyſi. qui inſtar or-
dei habent corticem littere durā
et aſperam. ſed medullam. id eſt.
ſpiritualem intelligentiam dul-
cem ⁊ ſapidam. Duo autem pi-
ſces ſignant reliquam partē ſcri-
pture veteris. ſcilꝫ prophetas et
agiographa. id eſt ſcripturas ſa-
cras. Tota enim ſm hebreos. vt
dicit Jeronymus. diuiditur in le
gem ⁊ prophetas ⁊ agyographa
Quinqꝫ milia hominum qui co
mederunt: ſignant totum iuda-
cum populum figuratuꝫ in qui-
nario. quia ſolum ſenſibilia obie
cta. ſcilꝫ quinqꝫ ſenſuum appete-
bat. et ip̄a lex ſolum litteraliter ꝓ
mittebat. Duodecim autem co-
phini qui remanſerunt pleni fra
gmentorum ſignificabant legeꝫ
euangelicam poſt legem Moyſi
editam. De hac ſumuntur articu
li fidei quos duodecim apoſtoli
in ſuo ſymbolo explicite tradide
runt. Diſcipuli auteꝫ chriſti qui
cum eo in montem aſcenderunt:
ſignificabant populum chriſtia-
num aſcendentem ad virtutum
celſitudinem. Et quoniam h̄ fit
per graciam Jeſu chriſti. de qua
dixit finis epiſtole. chriſtus nos
liberauit. ⁊ qui fuit excellētior ꝓ-
pheta ⁊ conditor perfectioris le-
gis q̄ꝫ fuit Moyſes. ideo dixerūt
illi homines. ſicut refert finis e-
uangelij. Propheta magnꝰ ſur-
rexit in nobis ⁊c̄. Placeat igit̄ ſi-
bi ꝙ ſic in terris nos hic viſitet ⁊
de ſpirituali alimonia nos ſatiet
vt tandem ip̄a confortati repleti
et ſatiati: tanq̄ꝫ veri filij libere a-
ſcendamus cum diſcipulis ī mō
tem glorie vbi perfecte ſatiabi-
mur. Quod nobis concedat Je
ſus chriſtus Marie filius bene-
dictus. Amen.

¶ Feria ſecunda poſt Letare

# In diebus

illis. Uenerūt due mu
lieres mere. iij. Reg. iij.
Apl's Paulꝰ ī ꝑſona mr̄is eccie
heſterna die excitauit nos fortit̄
⁊ efficacit̄ ad reiectōꝫ leḡ moſai
ce ⁊ ſuſceptōꝫ euā. ꝓmonēs nob̄. 4.

differentiã legis veteris ad nouã
et ſynagoge iudeoꝝ ad gentiũ ec
cleſiã. Quarum ꝑma eſt per car-
nalitatẽ ⁊ ſpũalitatem. Secũda
ſm ſeruitutem ⁊ libertatẽ. Ter-
tia ſm inferioritatẽ ⁊ ſupioritatẽ.
Quarta ſm ꝑuationẽ hereditatꝫ
ſupne ⁊ poſſeſſionẽ. Adhuc quia
multũ fuit difficile in ꝑncipio ec
cleſie reijcere legalia ⁊ nõ ſpera-
re in eis ſicut in ſalutiferis: ideo
per totã iſtã ſeptimanã oſtẽdit ec
cleſia inſufficientiã legis veteris
et ſynagoge. ⁊ ſufficientiã noue le
gis. id eſt gentilitatis ad fidẽ xp̃i
conuerſe. Synagoga eñ ⁊ genti
litas figurate ſunt in ſcͥptura per
Agar ⁊ Saram vxores Abrahe.
vt patuit heri. Per iſtas duas
mulieres meretrices que venerũt
ad regem Salomoneꝫ. de quibꝫ
hic. per Fenennã ⁊ Annã vxores
Helchane. de quibꝫ. j. Reg. j. ꝑ
Vaſti ⁊ Heſter vxores Aſueri.
de quibꝫ Heſter. j. et. ij. cap̃. Qꝫ
aũt ſynagoga fuit inefficax q̃ꝫtuꝫ
ad ſex saluti hominuꝫ neceſſaria
ac per hoc cum lege ſua totaliter
repellenda. ⁊ eccl'ia ſit ſufficiens
q̃ꝫtum ad iſta ſex per auxiliũ gra
tie quã ſua conferunt ſacramen-
ta: oſtẽdit nobis in iſta ſeptima-
na. Hodie eñ oſtendit ꝙ ſyna-
goga nunq̃ꝫ fuit efficax ad ꝑſer-
uandũ homines a morte ſpũali.
et ꝙ eccl'ia fuit ſufficiẽs ad ꝑſer-
uandũ ab hac morte. Cras vero
oſtendet ꝙ ſynagoga nõ fuit effi
cax ad euitandũ diuinã offenſaꝫ.

et ꝙ eccl'ia fuit ad hoc ſufficiens
et etiã ad procurandũ diuinam
placationẽ. Quarta feria oſtẽdet
ꝙ ſinagoga nunquã habuit effi-
caciam ad deponendũ cordium
immundiciam duriciam et vetu
ſtatem. ⁊ ꝙ eccl'ia fuit efficax per
gratiam euangelij ad obtinendũ
cordiũ mundiciam molliciem et
nouitatem Quinta aũt et ſexta
feria oſtendetur ꝙ ſinagoga cuꝫ
auxilio legis nõ fuit ſufficiẽs ad
hũani generis iam mortui ſuſci-
tatiõem. ⁊ ꝙ eccl'ia fuit ſufficiens
ad ſpiritualis vite ſuſceptiõeꝫ et
conſeruationem. Sꝫ in ſabbato
oſtendet ꝙ eccl'ia tẽpore gratie eſt
digna exauditione. ⁊ auxilio di-
uine aſſiſtentie. ⁊ ꝙ ipſa eſt ſuffi-
ciẽs ad hominũ conuerſionẽ ⁊ he
reditatis ſupne adeptionem. ad
que tamen nũquam fuit efficax
ſynagoga Hodie enim in hijs
duabꝫ meritricibꝫ. quaꝝ vna fi-
liũ ſuũ interfecit. ⁊ alia cõſerua-
uit ſuũ in vita: oſtenditur nobis
ꝑfiguraꝫ ꝙ ſynagoga nõ potuit
preſeruare iudeos a morte ſpiri
tuali. ad qđ tamẽ eccl'ia fuit ſuffi
ciẽs ꝓpter qđ dicit apoſtolus. ꝙ
litera occidit. ſpiritꝰ autem viui
ficat. ij. corinthi. iij. vñ ⁊ lex moyſi
quã iudei intelligebãt ad lr̃aꝫ: di
cit lex mortꝫ. Roma. viij. non q̃
dẽ ꝑſe. cũ eſſet bona ⁊ ſcrã: licet ꝑ
acceptã occaſiõꝫ. qꝛ dabat pecca
ti noticiã. ⁊ ſacr̃a eiꝰ nõ ꝯferebãt
gratiam adiutricẽ. ſic̃ dꝛ Ro. vij
A Ad euidentiam aũt iſtiꝰ

hiſtorie ſciendũ ꝙ iſte ſalomõ fi-
lius regis Dauid ⁊ berſabee vxo
ris quondã Urie ante mortẽ pa
tris ſui cum Adonyas frater ei⁹
(qui erat inter ſupſtites tunc pri
mogenitus) ambiret regnũ fuit
de mãdato ipſius Dauid in regẽ
coronatus. Hic duxit in vxorez
filiam Pharaonis regis egypti
de qua (vt dicũt hebrei) cuꝫ ad-
huc vndecimũ annũ ageret filiũ
generauit. Huic apparẽs dñs mi⁹
per ſomniũ: ꝯtulit tantã ſciam ⁊
ſapiaꝫ ꝙ nõ fuit vnq̃ꝫ alicui ma
ior collata. Inſup fecit euꝫ deus
maiorẽ inter reges terre ⁊ oĩes
excedere potẽtia: diuitijs ⁊ hono
re. Hic facta iuſticia ꝺ quibuſdã
quib⁹ pater ſuus ex cauſa pepce-
rat: q̃ꝫ diu vixit: impauit in pace.
⁊ edificauit templũ dñi. Iſte eti-
am diſputauit de naturis reruꝫ
adinuenit exorciſmos ad effugã
duꝫ demones. ꝯpoſuit cãtilenas
⁊ carmina. ⁊ iuxta ſua tria nomi
na fecit tres libros. qui ſunt ꝺ ca
none veteris teſtamẽti. ſcꝫ Pro-
uerbia. Eccl'iaſten. ⁊ Cãtica. Fu
it nanq̃ꝫ vocat⁹ Salomon. i. pa-
cificus. ⁊ in ꝓuerbijs hortaẗ ho-
mines vt inter ſe pacẽ habeant et
cũ deo. Fuitq̃ꝫ vocatus ydyda. i.
dilectus ſeu amabilis dño. et ipẽ
in cãticis loquiẗ de amore ſpon
ſi ⁊ ſponſe. i. chriſti ⁊ eccl'ie. Ulte
rius fuit vocatus eccl'iaſtes. id ẽ:
concionator ſeu ꝯgregator. ⁊ ipſe
in eccl'iaſte totum ꝑpl'm ꝯgregat
⁊ concionãdo loquiẗ, q² ſermo e-
ius nõ ſolum ad vnũ dirigiẗ. ſed
ad omnes. Hic cũ tãte fuerit pru
dentie ⁊ tantũ eſſet obligat⁹ deo
in vltimis ſuis dieb⁹ deum deſe-
ruit. ⁊ in tantũ fuit cor eius ꝺpra
uatum ꝑ mulieres ꝙ etiã coluit
ydola cap. Nunc vero ad p̃ſentẽ
lectionẽ ⁊ hiſtoriam reuertamur
c⁹ factũ ꝯtigit in p̃ncipio regni ſa
lomõis. ⁊ ꝑ qð ipẽ cepit haberi ĩ
reuerẽtia ⁊ ſapiens reputari.

B Que q̃dem hiſtoria diuidi
tur in tres ꝑtes. Primo deſcri-
biẗ cauſe ꝓpoſitio. Scðo cauſe ꝓ
ſecutio. ibi [Rñditq̃ꝫ altera ⁊c.]
Tertio cauſe diffinitio. ibi. [tũc
rex ait] Diciẗ ergo p̃mittẽte eccl'ia
[In dieb⁹ illis] ſcꝫ qñ ꝯfirmatũ
fuit regnũ Salomonis. ⁊ deus
ei dormiẽti in gabaon excellentẽ
ſapiam ꝯtuliſſet. ⁊ rediens in ie-
ruſalẽ corã archa federis obtu-
liſſet holocauſta: ac feciſſet gran-
de ꝯuiuiũ [tũc venerũt due mu-
lieres meretrices ad regem ſalo-
monẽ. Steterũtq̃ꝫ corã eo. quaꝝ
vna ait] meretrix mulier vilis ẽ.
que ꝓpter pecuniã ſuppoñit ſe ho
minib⁹. et facit ſe teri [Obſecro
mi dñe ego ⁊ mulier hec habita-
bamus in domo vna. ⁊ pepi apð
eam ego in cubiculo] Ecce ꝙ cã
ꝓponiẗ. [Tertia vero die poſtq̃ꝫ
ego peperi: peperit ⁊ hec. Et era-
mus ſimul nulluſq̃ꝫ alius in domo
mo nobiſcũ exceptis nobis dua-
bus. Mortuus eſt aũt fili⁹ mu-
lieris huius nocte. dormiẽs q̃p-
pe oppreſſit eũ] Ecce q̃ꝫ magnum

periculū ꝙ matres teneant puu/
los ſuos iuxta ſe cum dormiant
in lecto. inde eñ ſequunt̃ ſepe op
preſſiones eoꝝ [ Et conſurgens
intẽpeſte noctis ſilentio ] id eſt il
la noctis hora que dicit̃ nõ opor
tuna ⁊ nõ congrua ad aliq̈d ope
randū. ſcilꝫ quãdo homines for/
tius dormiunt. ⁊ ſomno fortius
opprimunt̃. id eſt poſt primã par
tem noctis que vocat̃ conticiniū.
vñ intẽpeſtū dicit̃ quaſi nõ opor
tunum ad aliq̈d agendū. Tertia
autẽ pars noctis vocat̃ gallican/
tus. quarta antelucanū [ tulit fi/
liū meū de latere meo ancille tue
dormientis. ⁊ collocauit in ſinu
ſuo. ſuū autem filium q̇ erat mor
tu⁹ poſuit in ſinu meo ] Ecce ma
gna proditio et exemplū ꝑnici/
oſum mulieribꝫ ſupponendi ſibi
alienos partus [ Cumqꝫ ſurrexiſ
ſem mane vt darem filio meo lac
apparuit mortuus. Quẽ diligen
tius intuens clara luce deprehẽ/
di nõ eſſe meū quem genueram. ]
Sequit̃ cauſe ꝓpoſite executio.
[ Reſpõdit altera mulier. nõ eſt
ita. ſed filius tu⁹ mortuus ẽ. me/
us autem viuit. Ecõtrario autem
illa dicebat. Mẽtiris. filius me/
us viuit. ⁊ filius tuus mortu⁹ eſt
atqꝫ in hunc modū contendebãt
coram rege ] Poſtmodū ſubiun/
git̃ cauſe ꝓpoſite ⁊ ꝓſecute diffini
tio. Et p̄mo rex cauſam ꝓpoſitam
repetit. Scd̃o repetitam diffinit
ibi. [ dixit ergo rex ⁊c̃. ] Quantum
ad p̄mū dicitur [ Tũc rex ait. hec
dicit. filius meus viuit ⁊ fili⁹ tu/
us mortuus eſt. ⁊ iſta reſpondit.
nõ. ſed filius tuus mortuus eſt.
et meus viuit ] Quantū vero ad
ſecundū addit̃ [ Dixit ergo rex.
Afferte mihi gladiū. Cũqꝫ attu/
liſſent gladiū coram rege. ait. di/
uidite inquit infantẽ viuum ī du
as partes. ⁊ date dimidiã partem
vni. ⁊ dimidiã alteri ] Nota ſm̃
magiſtrū in hiſtorijs ꝙ ioſephus
dicit precepiſſe regem vtrūqꝫ in/
fantẽ diuidi. ſ. viuum ⁊ mortuū.
vt vtraqꝫ mulier medietatẽ viui
et mortui acciperet. [ Dixit aũt mu
lier cuius filius erat viuus ad re
gem. cõmota ſunt quippe viſcera
eius ſuper filio ſuo. Obſecro do
mine date illi infantẽ viuū. ⁊ no/
lite interficere eum ] Dicebat eñ
vt ait magiſter. Sufficit mihi vt
videam eū viuum [ E contra il/
la dicebat. Nec mihi nec tibi ſit:
ſed diuidat̃. Reſpõdens rex ] ſup
ple cognoſcẽs verba eaꝝ de fon/
te cordis prolata [ ait. Date huic
infantẽ viuum. ⁊ nõ occidat̃. hec
eñ eſt mater eius. Audiuit itaqꝫ
oĩs iſrael iudicium quod iudi
caſſet rex. ⁊ timuerunt eum. vidẽ
tes ſapiam dei eſſe in eo ad faciẽ/
dum iudicium ] Sup̱ quo dicit
magiſter. ꝙ aſſeſſores qui prius
deridebant ſententiã quaſi ab a/
doleſcente prolatã: admirati fue/
runt de prudenti diffinitiõe ⁊ iu/
ſta ❡ Allegorice aũt iſte rex
Salomon qui interp̄tatur paci/
ficus: chriſtum ſignificat. qui eſt

pax noſtra. Due meretrices ſigni-
ficabant ſynagogā ⁊ gentilitatē.
quarum quelibet ante aduentuꝫ
domini mecetrix fuit. quia ſerui-
ens ydol' receſſit a legitimo ſpō-
ſo ſuo. ſcilꝫ deo noſtro. aut Salo-
mone id eſt chriſto incipiente re-
gnare: ipoq; nouiter in regno cō-
firmato. Incipiente dico ⁊ noui-
ter: non ſm veritatem ⁊ exiſten-
tiā. quia ſemꝑ regnauit. ⁊ ſemꝑ
fuit in regno cōfirmatus. ſed pro-
pter apparentiā ⁊ manifeſtatiōeꝫ
quelibet iſtarum mulierū per grati-
am peperit filium. id eſt fidelē po-
pulum. licet em̄ ante aduentum
chriſti quelibet iſtarū fideles ali-
quos peperiſſet ⁊ ſtatim poſt ad-
uentū peperiſſet. ſicut ſynagoga
paſtores. apoſtolos chriſti. et di-
ſcipulos. Gentilitas vero magoſ
Centurionē. Regulum. et alios
multos. tn̄ ipo chriſto confirma-
to in regno ſuo. quod ſtatim fuit
poſt aſcenſionē et glorificationeꝫ
domini. tunc vtraq; iſtaꝝ ꝓpt' ad-
uentum paracliti ⁊ doctrinā apo-
ſtoloꝝ confirmatā miraculis: fu-
it magis fecunda. ⁊ plurimos pe-
perit. Peperit autē tunc ꝑmo gē-
tilitas fidelium multitudinē. q̇a
ꝓpter indignitatem iudeoꝝ ſicut
dicit Petrus Actuū. xiij. apoſto-
li domini q̄ſi deſerta iudea tranſ-
tulerunt ſe ad gentes. vbi ⁊ maxi-
mū fructū fecerunt. Tertia vero
die id ē tertio tempꝫ quod ponit
Auguſti. loquēs de legalib⁹. Di-
ſtiguit em̄ tria tempꝰ quaſi tres
dies. Primū an̄ paſſioneꝫ domi-
ni. ⁊ tunc legalia fuer̄t viua. Se-
cundū poſt paſſionē. ⁊ ante euan-
gelij promulgatōem. ⁊ tunc lega-
lia fuerūt mortua. Statim enim
xp̄o mortuo ⁊ ip̄a mortua fuer̄t.
nō tamē fuerunt mortifera obſer-
uantib⁹: niſi in eis ſperarēt ſicut
in ſalutiferꝫ. Debuit em̄ ſynago-
ga cum honore ſepeliri. quod in-
telligendū eſt de iudeis: nō de gē-
tibus. quib⁹ etiā tunc erat morti-
ferum legalia obſeruare. Tertiū
vero quādo promulgabat' euāge-
lium. ⁊ poſt plenā eius diuulga-
tionē. Tertio igit' die. id eſt h̄ ter-
tio tempꝫ quādo per apl'os p̄di-
cabat' euangeliū: altera meretrix.
id eſt ſynagoga peperit filium. id
eſt fidelem populū. Multi nāq;
de iudeis tunc fuerūt cōuerſi ad
fidem. Sed q̇d. ip̄a dormiens. i.
ī legalib⁹ quietē īueniens. ⁊ ī eis
ſpem ponens. ⁊ alijs ponendam
docens. ac ea ſil' cū euāgelio obſ-
uare volēs: oppreſſit ſuū filiū. id ē
morte ſpūali īterfecit ꝑpl'm iudai-
cū ꝯuerſum ad fidē. Dic̄ em̄ apl's
ad Gal'. v. Si circūcidimī xp̄us
vob̄ nihil ꝓderit. Hoc autē facto
iſta ml'ier ſurripuit viuū filiū al-
teri⁹. i. gētilitatꝫ. q; ſynagoga la-
borauit q̄ꝫtū potuit vt gentil' po-
pulus ad fidē ꝯuerſuſ adhereret ſi-
bi tanq̄ꝫ matri. et ſimul cū euan-
gelio legalia obſeruaret. quod ni-
hil aliud fuiſſet illi q̄ꝫ ſpūalit' in-
terire. quamuis em̄ tunc iudeis
conuerſis ad fidem ſuare legalia

non eſſet mortiferū. dum tamen in eis ſpem nō ponerēt. gentilib⁹ tū mortiferū erat. ſicut innuitur Actuū.xv.⁊.xxj. ¶ Sed q̄d noſtro Salomone.i.xp̄o ſuſtinēte ad tempus ꝓpter ſcandaluʒ iudeorū: fcā fuit q̄dā diuiſio viui ⁊ mortui. fuit nanqʒ toleratū ad tēpus (ne iudei ꝯuerſi apoſtatarēt a fide) ꝙ ipi ſimul cum euāgelio quod viuebat ⁊ vitā ꝯferebat: legalia (que iam erāt mortua) obſ̄uarent. Sic em̄ legim⁹ de Paulo ꝙ circūcidit Thymotheū qui erat natus ex iudea matre q̄ʒuis patre gentili Act.xvj. ⁊ ꝙ purificat⁹ ſm legē introiuit in tēpluʒ Actuū.xxj. quod licebat ei tunc. tum qꝛ erat iudeus. tum qꝛ ſpem nō ponebat in talib⁹. tum qꝛ euāgeliū non dū erat plene diuulgatū. Nec hoc faciebat niſi ad vitādum ſcandalū iudeoꝝ. Supꝫ quo per Salomonē nr̄m.i.xp̄m fuerat diſpenſatū. Gentilib⁹ autem nō licuit tūc ſeruare legalia. et iō Paulus Tytum qui erat puruſ gentilis nō circūcidit. vn̄ ⁊ Petro qui exēplo ſuo cogebat gētes iudaiſare reſtitit Paul⁹ in faciē qꝛ rep̄henſibilis erat. ⁊ non recte ad veritatē euāgelij ambulabat. ſic̄ d̄ his habet̄ ad Galathas.ij. Sic igit̄ ꝑmittente xp̄o fuit q̄ntuʒ ad iudeos tē tp̄is iſta diuiſio. Poſt modum vero plene diuulgato euāgelio quando nullo modo licuit nec iudeis nec gentibus ſeruare legalia per chriſti verā diffinitionē: remanſit meretrix ſynagoga cū filio ſuo. id eſt ꝑplo iudaico penitus mortuo. ⁊ gentilitas remāſit cum ſuo filio. id eſt gentili ꝑplo vita gratie viuo. Et ex h̄ apparuit ſūma xp̄i ſapīa ad faciēdū iudiciū diſcretōis int̄ iudeos ⁊ gētiles. ⁊ timuerūt ip̄m xp̄iani timore filiali. Patet ꝯcordia inter iſtā epl̄am ⁊ hodiernū euangeliū quod ſcribit̄ Joh.ij. Prope erat paſca iudeoꝝ ⁊c̄. In hac eī epl̄a ſic̄ appuit. fit mētio d̄ ſynagoga ⁊ gentilitate cōuerſa. Dictū em̄ fuit ꝙ ſynagoga ſemꝑ voluit ſeruare legalia ad lr̄am. cui⁹ vna cauſa fuit cupiditas ſacerdotum quā xp̄s ſuo facto rep̄hendit in euāgelio. eijciens ementes ⁊ vēdētes. ſub quo etiā euidenter innuit ꝙ etiā cupiditas p̄latoꝝ ementiū ⁊ vendentiū dona ſp̄uſſancti in ſacramētis ⁊ cetera ſp̄ūalia: eſſet cā p̄cipua ruine eccl̄ie ⁊ mortis ſp̄ūalis ꝑpl̄i xp̄iani. Per tl̄ia em̄ ſoluitur.i. deſtruit̄ templum dei.ſ. corpus myſticū ieſu chriſti. quod tū ip̄e in trib⁹ dieb⁹ reedificat.i. in fide trinitatis. vel in fide ſpe ⁊ caritate. Placeat ſibi ꝙ noſ ſic ꝑueniam⁹ ad templū ſuuʒ in hac vita. vt tandē maneam⁹ cum ip̄o in tēplo glorie. qd̄ nobis cōcedat. ⁊c̄.

### Feria tertia poſt Letare.

IN diebus

illis. Locutus eſt dñs ad Moyſen dicēs. Uade deſcende ꝛc̄. Exo. xxxij. E Precedenti ſcđa feria oſtenſum eſt nobis in figura duaꝝ meretricū. ꝙ ſynagoga fuit inefficax ad pſeruandū iudeos a morte ſpūali. ad qđ tñ efficaciam habuit eccl'ia gentiū reſpectu populi xp̄iani. Hodierna āt die oſtendit̃ ꝙ eadam ſynagoga fuit inefficax ad declinandū diuinaꝫ offenſionē cū adiutorio legis. qđ patet. qꝛ poſt paucos dies a datione legis cultū veri dei deſeruer̄t et colētes ydolū: pmū legis preceptum fuerūt trāgreſſi. Oſtendit̃ etiā ꝙ eccl'ia gentiū q̄ ſemꝑ manſit virgo. ꝛ nunq̄ꝫ per infidelitatē ſponſuꝫ ſuū deſeruit: eſt efficax ad obtinendā diuinā placatiōꝫ. quod patet hic ꝑ figurā. qꝛ Moyſes qui nūc orādo placauit dominū: ī hoc loco ſpēal'r figurauit Jeſum xp̄m caput eccl'ie ꝛ ſponſum. per quē orat ipa deū patreꝫ. et cuius orõ ſemꝑ eſt ꝓpiciatio ꝓ peccatis. ſicut dr̄. j. Joh. ij. O, āt Moyſes in hoc loco ſpēal'r xp̄m figurat: ptꝫ. qꝛ ſic̄ Moyſes deſcēdens de mōte fregit tabulas veteris teſtamῑti. ſic dei filius deſcēdens de ſinu patris euacuauit vetus teſtamentū. Et ſic̄ Moyſes poſt iſtū aſcēſum: iteꝝ aſcendenſ in montē legē recepit. ſic ꝛ xp̄s pꝰ deſcenſum ſuū in hūc mundum aſcendit cū apl'is in montē. ꝛ ibi legē nouam accepit a pr̄e. quā diſcipulos docuit. dicēs. Bti pauperes ſpū ꝛc̄. Math. v. Et certe per auxiliū huiꝰ Moyſi. i. gratie xp̄i: habet ſemꝑ eccl'ia efficaciam ad obtinendā diuinā ꝓpiciationē

Ad euidentiā vero pſentis lectionis opter aliq̄ repetere de hyſtoria Exodi. ſ. ꝙ lege data verbo audiēte toto ꝓpl'o in mōte ſyna quarta die Junij. Poſtmodū aſcendit Moyſes in cacumē mōtis eiuſdē: Joſue ſuo miniſtro remanēte in aliq̄ ipius mōtis planicie. ꝛ fuit Moyſes ibidem cuꝫ dño q̄draginta diebꝫ ꝛ q̄draginta noctibꝫ. nō manducās neqꝫ bibens. ſic habet̃ Deut. ix. Et tunc legē pus datā verbo. accepit ſcripto. ſcꝫ in duabꝫ tabulis lapideis exaratis digito dei. Trāſacto itaqꝫ huiꝰ tempis ſpacio: vidēs ꝓpl'us ꝙ Moyſes morā magnaꝫ faceret: venerūt ad Aaron cōgregati aduerſus eū: q̄ſi minātes ſibi mortē niſi faceret qđ petebāt. dicētes. Fac nobis deos qui nos pcedant. More em̄ egyptioꝝ locuti ſūt qui deos colebāt. Huic em̄ viro Moyſi. loquunt̃ deſpectiue. neſcimꝰ q̇d acciderit. Aliq̄ em̄ dicebāt ipm a beſtijs eſſe comeſtum. Dicit em̄ Joſephus. ꝙ poſt illos q̄draginta dies miſerunt ipi ad radices mōtis. et nō vidētes niſi feraꝝ veſtigia: putauerūt eum fuiſſe laniatū. Alij autem dicebant ipm in celū trāſlatum. Alij vero q̇ ſane mētis erāt dicebāt ipm tūc cum dño philoſophari. q̄ſi diceret. Ex q̄ neſciunt

ſeip̄m regere: nec nos regere ſciꝫ
Et p̄terea no' umꝰ de cetero regi
per hoīem: ſed per aliq̄d numen
diuinū. Hebrei aūt ſe excuſāt di
centes. ꝙ nō petiuerūt deos: ſed
iudices. dixerūt em̄. fac nobis he
loym. qđ iudices ſignat. ſꝫ hoc ex
ſequētibꝫ apparet oīno falſū. Tūc
Aaron ⁊ Hur q̄s Moyſes ſuos
vicarios dimiſerat turbati q̄ꝫ pl'i
mū reſtiterūt eis. Tradit̄ autem
ꝙ illū hur maritū Marie ſororꝫ
Moyſi ſputꝫ ſuffocauerūt. q̄d vi
dens Aaron timuit. ⁊ timēs po/
pulo acq̄euit. Nō excuſat̄ Aaron
ꝓpter iſtū metū q̄n grauiter pecca
uerit. qꝛ ad faciendū tale q̄d nul/
lus timor debet cadere in conſtā
tem virū. Fecit vo Aaron aliq̄li/
ter q̄d potuit vt coꝝ ꝓpoſitū im/
pediret. Petiuit em̄ ab eis inau
res ⁊ p̄cioſa que habebāt: ad faci
endū ydolū: credēs ꝙ nollent af
ferre ſue auaricie ꝯſulētes. ſꝫ deo
ꝑmittente: ⁊ diabolo ꝓcurāte at/
tulerūt cariora q̄ habebāt. q̄ om/
nia ꝓiecit in ignē. ⁊ inde ope de/
monis. vt quidā tradūt. cōflatū
fuit caput vituli. qđ q̄nqꝫ dicit̄ vi
tulus. Aarō vero ſe excuſans di/
xit. Proieci in ignē oīa. ⁊ egreſſꝰ
eſt hic vitulꝰ. infra codē. Quo fa
cto: ſtatim dixerūt filij iſrael. Hi
ſunt dij tui iſrael qui te eduxerūt
de terra egypti. Nō crediđiſſent
forſan in illo ydolo aliqđ numen
eſſe niſi haberet formā vituli. q̄a
egyptij colebant boues. ⁊ exēplo
coꝝ voluerunt habere vitulum.

Aaron aūt ſurgens mane edifi/
cauit altare. quod nō fecit. vt d̄r.
vt exhiberet̄ cultus idolo. ſꝫ vt ea
que ꝓponebant facere in honorꝫ
ydoli: facerēt in honorem dei. q̄d
innuit̄ ex littera. qꝛ fecit clamari
Cras ſolēnitas dn̄i eſt. Tūc filij
iſrael mādūcauerūt ⁊ biberunt et
ſurrexerunt ludere. i. vitulū ado/
rare. F Nō ſequit̄ hiſtoria
p̄ſens. q̄ in ſe ꝯtinet tria. ſ. inſinu
ationē culpe. ibi [Locutus eſt do
minus] Scđo cōminationeꝫ pe
ne. ibi. [Rurſumqꝫ ait dominꝰ]
Tertio ꝓpiciationē diuine offen/
ſe. ibi. [Moyſes aūt orabat] Di
cit ergo in p̄ma parte p̄mittēte ec
cleſia [In diebꝫ illis] ſcꝫ q̄n po/
pulus vitulum adorauerat [locu
tus eſt dn̄s ad moyſen] q̄ ſupple
erat cū eo in mōte. dicēs [Uade
deſcēde. qꝛ peccauit ꝓplus tuuſ]
q̄ſi diceret ſm glo. iā nō eſt meus
qꝛ mutauerūt gl'iam meā in ido
lū [quē eduxiſti de egypto] ſup. ſi
cut miniſter. mea tn̄ virtute [Re
ceſſerūt em̄ cito de via] id eſt de
lege [quā oſtendiſti eis] id ē quā
a me datā narraſti eis. ⁊ de q̄ ipi
dixerunt. Cuncta q̄ locutꝰ eſt do
minꝰ: faciemꝰ. Et bene cito. quia
vix ſuauerūt eā ꝑ q̄nquagīta di
es [Feceꝛ̄tqꝫ ſibi vitulū ꝯflatilē]
Textꝰ dic̄ ꝙ fuit formatꝰ vitulꝰ
ope fuſorio. Aliq̄ dicūtꝙ ꝑ demo
nē fuit factꝰ. ſic̄ dictū fuit ſupra.
[Et adorauerūt] ecce ydolatria:
⁊ ſūma ꝑuerſio rōnis. [⁊ imola/
uerūt ei hoſtias] ac ſup. ſi virtu

te eius hoſtes viciſſent. hoſtie nã q₃ offerebant̃ p hoſtib₉ victis vel vincendis [atq₃ dixerũt. Iſti ſũt dij tui iſrael] Forſan plura ydola fabricare voluerũt. Uel ſm aliquos heloym (quod interptat̃ dij) aliqñ pluraliter ponit̃. aliqñ in ſingulari [qui te eduxerunt de terra egypti] multa pſpera habuerũt in exitu de egypto. ⁊ illa attribuebãt deo. ꝓpter que dicebãt qui te eduxerũt. ⁊ multa aduerſa habuerũt in deſerto. ⁊ illa Moyſi attribuebãt. In pte iſta aliqua ſunt moralr̃ notãda. Primũ eſt ꝙ ſepe ꝓpter abſentiã platoꝝ ſubditi peccãt. Si eñ moyſes fuiſſ₃ cũ ꝑplo: forſan non ſic peccaſſet. Scdm eſt ꝙ ꝓpter ruditatẽ ꝑpli debet intermitti ↄtemplatio prelati. vñ dixit dñs moyſi. Uade ⁊ dſcẽde. Tertiũ eſt ꝙ per iſtos deos intelligunt̃ creature quib₉ adherẽtes pctõres ſpreto bono incõmutabili: cito recedunt de via dei. Sequit̃ ſcda pars pncipalis vbi poſt inſinuatões culpe ponit̃ ↄminatio pene: cũ dicitur [Rurſumq₃ ait dñs ad moyſen. Cerno ꝙ ꝑpl's iſte dure ceruicis ſit. Dimitte me vt iraſcat̃ furor me⁹ cõtra eos. ⁊ deleã eos. faciãq₃ te i gentẽ magnã. Uerum eſt ꝙ ꝑpl's iſte fuit ſemp dure ceruicis. imo duriſſime. ⁊ ſemp rebellis deo ex quo Moyſes cepit noſſe eos. ſicut ipe dicit Deutero. ix. S₃ qd ẽ ꝙ dixit de⁹ Moyſi. Dimitte me vt iraſcat̃ ⁊c. gloſa eñ dicit ꝙ deus bonitate Moyſi tenebat̃. S₃ contra hoc dicitur Hierem̃ xlix. Quis eſt iſte paſtor q̃ reſiſtat vultui meo. q̃ſi diceret nullus. ⁊ Iob ix. Deus cuius ire nemo reſiſtere poteſt. Dicendum ꝙ ſumendo irã ⁊ furorẽ dei nõ pro aliq̃ paſſione. que formalr̃ in ipo poſſit eſſe: ſed ſolum pro vindicta peccatoꝝ. ⁊ effectu ſue iuſticie: duplex eſt vindicta. ſ. q̃dam ab eterna diſpoſitiõe. ⁊ huic reſiſti nõ poteſt. Quedã autẽ in ſola cõminatione et huic per ſanctos viros reſiſtit̃ qui ſm gloſam obuiãt ire dei. Et multũ placet deo ꝙ reſiſtat̃ ei. ſic patri placet ꝙ roget̃ ne filiũ verberet. ⁊ deus in talib₉ libenter voci hoĩs obedit. ℌ Sequit̃ tertia ps pncipal'. vbi ponit̃ ꝓpiciatio diuine offenſe. cũ dr [Orabat aũt moyſes] Et tãgunt̃ ibi duo. ſc₃ ſupplicatio promerens. ⁊ propiciatio conſequẽs. ibi [Placatuſq₃. Dicit̃ ergo pmo [Moiſes autem orabat dominum deu₃ ſuum] Dicit dominu₃ propter potentiam. deum propter ſapientiam. dicitur enim deus a theaſte. quod eſt conſiderare. ſuum propter clementiam. dicens. [Cur dñe iraſcit̃ furor tu⁹ ↄ ꝑplm tuũ quem eduxiſti de terra egypti in fortitudine magna. et in manu robuſta] Allegat hic ſuã omnipotentiã. Et no. ꝙ moyſes q̃ erat prudẽtiſſim⁹ ñ accepit h irã vl' furorẽ p aliq̃ paſſiõe q̃ cẽt i deo: ſed ſolũ p vindicta pctõꝝ. et effectu

ſue iuſticie. vt intelligat᷑ deū ira-
ſci ⁊ furere. id ē ſe habere ad mo-
dū irati homīs ⁊ furē:is. ſup. ſe
vindicādo de inimicis. nec ē ꝯ-
trarius qui dixerat ei ſupra. popu
lus tuus. ⁊ iſte dicit ei hic. ppl'm
tuū. vtrūqꝫ em̄ verū eſt. ꝑpl's em̄
erat eius ꝑ creationē. ⁊ ꝑpl's moy
ſi per guberna:ōem. Signanter
aūt dicit Moyſes [in fortitudi-
ne magna] ꝓpter egyptioꝝ ꝑcuſ-
ſionē [et in manu robuſta] ſup.
ꝓpter maris diuiſionē, ⁊ Pharao
nis ſubmerſionē. Sequit᷑ [Ne q̄
ſo dicant egyptij callide] id ē ma
licioſe [eduxit eos de terra egipti
vt interficeret in mōtib⁊ deleret
eos de terra] Dixit aūt in mōtib
q₂ iuxta montē ſyna erāt alij mul
ti mōtes [quieſcat ira tua ⁊ eſto
placabilis ſuꝑ neqcia ꝑpl'i tui]
Hic igit᷑ poſtq̄ꝫ allegauit dīnā
poteſtatē: allegat diuinā bonita-
tē. allegat ⁊ tertio diuinā ꝟitatē.
dicēs [Recordare abraā ⁊ yſaac
et iſrael ſeruoꝝ tuoꝝ quib iura
ſti per temetipm̄] Et bene per te
metipm̄. q₂ nō habes ſuꝑiorē ꝑ
quē iurare poſſis. Et nota ꝙ iu-
ramentū dei nihil aliud eſt q̄ꝫ ei⁹
eterna diſpoſitio ⁊ promiſſio fir
ma. dicēs [Multiplicabo ſemē
vr̄m ſic̄ ſtellas celi] hoc dixit de
us q̄:tum ad bonos qui erāt exi-
turi de ip̄is. Quātū vero ad ma-
los dictū fuit eis. ⁊ ſic̄ arenā que
eſt in littore maris Gen̄. xxij. ca.
[Et dabo ſemī vr̄o vniuerſā ter-
rā hanc de q̄ locut⁹ ſum] terram
ſup. chananeoꝝ. Et ſig̃nter dic̄ [ſe
mini vr̄o] q₂ ipſi pr̄es nūq̄ꝫ poſſe
derūt eā. vn̄ qđ addit᷑. [⁊ poſſide-
bitis eam ſēꝑ]. intelligendū fu-
it nō de pr̄ib in ſe: ſꝫ đ ip̄is ī ſuo
ſemine. ꝙ etiā đ₂ ſꝑ intelligēduꝫ
fuit vel ſub ꝯdicione ſi facerēt bn̄
vel ꝑ ſemine ſpūali. qđ ſūt xp̄iani
q̄ſi dice. deo. Si deſeras hanc to
tā multitudinē. non habebit effe
ctū tua ꝓmiſſio quā iuraſti pr̄ib
Notandū eſt in iſta ꝑte q̄lis d₃ eſ
ſe oratio ſcī viri. ⁊ maxīe prelati
Debet em̄ orādo allegare dīnam
ptātem. diuinā bonitatē. ⁊ dīnā
veritatē. Certe talis or̄o ſi fac̄ eā
ſanctus vir ſic̄ fecit moyſes: tenet
et ligat diuinā iuſticiā ne feriat
pctōres. vn̄ dixit hic de⁹ Moyſi
Dimitte me vt iraſcat᷑ ⁊c̄. q̄ſi di.
tenēt me bonitas ⁊ oratio tua. et
nō ſolū facit iſta or̄o ſancti viri:
ſꝫ etiā meret᷑ pctōrib diuinā ꝓpi-
ciationē. vn̄ ſequit᷑ [Placatuſqꝫ
eſt dn̄s ne faceret malū qđ locu-
tus fuerat aduerſus ꝑpl'm ſuuꝫ]
Cōcludit eccl'ia [Et miſertus ē
ꝑpl'o ſuo dn̄s de⁹ nr̄] D Sꝫ
ꝯ iſta arguit᷑ q₂ videt᷑ ꝙ nō fuerit
placatus. eo ꝙ poſtea fuit ſecuta
mag̃ vindicta. Dicēdū ꝙ fuit pla
catus q̄ꝫtū ad h ꝙ fuerat cōmīa
tus vniuerſoꝝ deletionē. fuit au
tē ſecuta pena illoꝝ q̇ fuerant ꝓn
cipales. Contra hoc etiam quod
dicit. ne faceret malū qđ locutus
fuerat: arguit᷑. q₂ nihil deus loq̇t᷑
qđ nō fiat Nume. xxiij. Locut⁹ eſt
dn̄s ꝟbum: ⁊ nō fiet, q̇i di. nō. Di

cendũ ꝙ loquitᷣ dñs aliqñ aſſerti
ue ꝛ abſolute. ꝛ tũc ſemꝑ eius ver
bum fit. ꝛ ſic ĩtelligitᷣ auctoritas
Aliqñ aũt cõminãdo ꝛ ſub ꝯdici
one. ſi hoĩes ſe nõ corrigãt. vel ſi
nõ fiat digna orõ ꝑ ipis. ꝛ tale vᵒ-
bum ſepe prepeditᷣ. ſic hic. nec ha
bet effectum. Sed qd eſt qd dici
tur. Ne faceret deꝰ malũ. deꝰ eñ
ſm Augu. nõ eſt actor mali. Di-
cendũ ꝙ duplex ẽ malũ. ſ. maluꝫ
culpe. quod eſt malũ ſimplr. ꝛ ta
le malũ nõ eſt a deo faciẽte: ſed a
deo ꝑmittẽte. ꝛ ſic intelligitᷣ ſan-
ctus Augꝰ. Et eſt malũ pene. qđ
eſt malũ ſm qd. qꝛ aliqd habꝫ de
bonitate. ꝛ tale malũ eſt a deo fa
ciente. ꝛ ſic intellexit moyſes hic
Nunc breuiter ſuꝑplẽda eſt hiſto
ria. Moyſes eñ obtenta diuia
placatõe: deſcendẽs de monte: re-
uerſus fuit ad ꝑplm cui reuertẽ-
ti occurrit Joſue. qui qlibet die
egrediebatᷣ in occurſum eius. de
quo credendũ nõ eſt. vt dicit ma-
gi. ꝙ ieiunauerit cũ Moyſe. ſꝫ ꝙ
vel angelꝰ vel ſeniores miniſtra
bant ei cibũ: nec viderᷣ ꝙ in toto
iſto ſpacio ad caſtra deſcenderit
ꝑpter cibũ. qꝛ nõ ignoraſſet qd
de vitulo factũ erat. Deſcẽdit igitᷣ
Moyſes cũ Joſue portãs ĩ ma-
nu ſua tabulas ex vtraqꝫ ꝑte ſcri
ptas ope dei. qs cũ vidiſſet vitulũ
et choros cantãtiũ ꝯfregit ad ra
dicẽ mõtis. vitulũ ꝯbuſſit. i. ꝑ a-
ctionẽ ignis in maſſam redegit.
et maſſam illam malleis vſqꝫ ad
puluerẽ ꝯtriuit. quẽ ſparſuꝫ in a
qua dedit populo ad bibendum
Statimqꝫ. vt dicũt hebrei. ĩ bar
bis eoꝝ qui in iſto facto ꝑncipa
les fuerãt apparuit puluſ. nec po-
tuit amoueri. Hoc facto Moy-
ſes increpauit aſpꝑe Aaron. De q
certũ eſt ꝙ peccauit grauiter ꝑpter
qđ iratus dñs voluit eũ contere
re. ſed Moyſes hoc ĩpediuit orã
do. ſic ipe dicit Deute. ix. Dein-
de ꝑ filios leui q ñ viderᷣ fuiſſe au
ctores huiꝰ ſceleris nec ꝯſentien
tes: interfecit viginti tria milia
hoĩm. ſ. oĩes illos q fuerunt ꝑn
cipales. in quoꝝ ſup. barbis pul
uis appebat. Et mirꝝ ꝙ nõ inue-
nerũt reſiſtẽtiã. cũ tñ fuiſſet pau-
ci reſpectu multitudĩs. Sꝫ vir-
tus diuina ꝛ põdus ſceleris red-
didit eos impotẽtes. Quare aũt
Aaron nõ fuit interfectus q con
ſenſit ſceleri. Dicitᷣ ꝙ ꝯfeſſus fuit
humiliter culpã ſuã. ꝛ qꝛ non ex
malicia: ſed ex quodã humano ti
more peccauit. Parcitᷣ ꝛ plat ſ et
ꝑncipibꝫ. ſicut apparet hic de A-
aron. ꝛ apparuit poſt de Dauid.
ij. Regũ vlti. qꝛ ſunt ꝑplo neceſſa
riĩ. maxime qñ culpã humilr re-
cognoſcũt. ¶ Sequẽti autẽ
die dixit ꝑplo peccaſtis pctm ma
gnũ. ydolatria eñ maximũ pec-
catũ eſt. intm ꝙ ſcriptura antho
nomaſice dicit eã pctm. Aſcẽdã
ait ad dñm ſi quo mõ poſſiꝫ pla
care eum. Sꝫ quid iã dictuꝫ eſt
ꝙ placauerat eum. Dicẽdũ ꝙ ve
rum eſt qñtũ ad hoc ꝙ nõ deleret
totã multitudinẽ. ſꝫ nõ ad plenã

recōciliatōem. Aſcendit igit̄ ꝛ di
xit. Dñe dimitte eis aut dele me
de libro in quo me ſcripſiſti. Qd̓
dixit Moyſes nō deliberate: ſed
quodā impetu. qꝛ ſi ſcriptuſ erat
ſm pſciam: nullo mō deleri pote
rat. ſi aūt ſcript⁹ erat ſm pſentez
iuſticiā: deleri nō poterat niſi in⸗
iuſt⁹ fieret. qd̓ nullo mō optabi⸗
le fuit. Uel ſic exponit̄. Dimitte:
aut dele me. i. añ volo deleri. ſi h̄
optabile eſſet. Uel ſic. ſic īpoſſibi
le eſt me deleri. ita oīno īpoſſibi⸗
le eſt eis non dimitti. Cui dixit
dñs. vade ꝛ duc pplm in locuz de
quo locut⁹ ſum. ꝛ ego mittā an⸗
te te pcurſorē angelū meū. Tra⸗
dunt hebrei. vt mgr̄ dic̄. ꝙ deus
pus fuerat cuſtos eoꝝ. deinceps
dedit eis Michaelē cuſtodē pro
priū. ſic cetere natiōes hn̄t ange⸗
los ppꝛios cuſtodes. Qd̓ cuz au
diſſet pplus ꝙ deus ipe nō eēt cu
ſtos eoꝝ luxerūt ꝛ depoſuerūt or
namēta ſua. ꝛ Moyſes qddā ta⸗
bernaculū qd̓ fecerat qd vſqꝫ tūc
in radice mōtis fuerat: poſuit lō
ge a monte extra caſtra. qd̓ ꝛ ipſe
ingrediebat̄ pplo vidēte: ꝛ nō au⸗
dente accedere: ꝛ colūna nub de⸗
ſcendēte: in qua erat angel⁹ in p⸗
ſona dei. qui loquebat̄ cum ipſo
facie ad faciem. ſicut ſolet loqui
homo ad amicū ſuum. Dixit au
tem Moyſes ad dominū. Non
educam populū niſi tu precedas
nos. Cui reſpondit domin⁹. Fa
cies mea pcedet te. Ecce ꝙ moy⸗
ſes orādo ſemp aliquid plus im⸗
petrabat. plus eniz notat̄ in facie
qꝫ in angelo. vñ itellexit. ſm ma
giſtrū. ꝙ aliqs ſimillimus deo p
cederet eos. Et cuz vlteri⁹ moy⸗
ſes deo diceret. Oſtende mihi fa
ciem tuā. Reſpondit ei dñs. Fa⸗
ciem meā videre nō poteris. quia
nō videbit me homo in hac vita:
quod intelligendū eſt de viſione
diuine eſſentie. quā non habet ali
quis vtens ſenſib⁹ in hac vita. po
ſteriora vero mea videbis. qd̓ in⸗
telligendū eſt de viſione humani
tatis quā habuit Moyſes. ꝛ ſi n̄
corpalem: tamē ſpūalem. Deide
pcepit deus Moyſi vt excideret
duas tabulas ſimiles priorib⁹ qs
fregerat. ꝛ aſcenderet mane ad eū
in montē. quod ꝛ fecit. Cumqꝫ fu
iſſet ibi ſtatim tranſiuit coram
eo. cuius qdem faciem nō vidit.
qꝛ forſan claritatē eius ferre non
poſſet. ꝛ quia cito trāſiuit. terguz
autem vidit in occipite eius. vt
dicunt hebrei. quaſdā ligaturas
ꝛc̄. K Notandū ꝙ ſi Moy
ſes vidit deum aliqn̄ in vita iſta
per eſſentiā: n̄ ei h̄ negat̄. vñ for⸗
ſan de hoc intelligit̄ illud verbū
quod dixit ei dominus. Oſten⸗
dam tibi omne bonū. pter ea ve⸗
ro que hic dicunt̄ de iſtis viſioni
bus: hoc nō debet ꝯcludi. Iſte eñ
viſiones fuerunt corpales. vnde
vidit aliquē angelū in forma cor
porali. cuius videre faciē nō po⸗
tuit. vidit tamen poſteriora. in q
bus figurabatur ꝙ i hac vita nō
fuit viſa chriſti diuinitas niſi ab

homine ab actib⁹ ſenſuū abſtra-
cto. cuius tamē humanitas fuit
corpaliter viſa. Quicquid autē
fuerit de moyſe. qui nō erat pro-
nus ad ydolatriā. ꝙ viderit deū
in forma corpali. popul⁹ tamen
qui erat ad eam pniſſim⁹ etſi vi-
debat nubem ſplendidā in q̄ erat
dominus: nullam tn̄ figurā cor-
poralē ſeu ſimilitudinē vidit. ſi-
cut dixit eis Moyſes Deute. 4.
Vocem inquit verboꝝ audiſtis
formā autem nō penitus vidiſtis.
Unde qđ dictū eſt aliqñ ſuperi⁹
ꝙ ꝓpius deum vidit. intelligēdū
eſt ꝙ vidit nubem in qua erat de
us. ⁊ nō aliā ſimilitudinē. Trāſ
eunte autem dn̄o coram Moy-
ſe ſtatī Moyſes curuauit ſe. ⁊ fe
cit pulcherrimā orōnē. Allegās
eīn dei clementiā potentiā. ⁊ iu-
ſticiā. ſanctitatē. ⁊ veritatem: di-
xit. Obſecro domine vt gradia-
ris nobiſcum et auferas iniqui-
tates nr̄as ⁊ peccata. noſq; poſſi
deas. Fuit autem cum domino
ſuper montē quadraginta dieb⁹
et quadraginta noctib⁹ nō man-
ducans neq; bibens. ⁊ in eo ſpa-
cio ſcripſit in illis tabulis decē
verba illa que pmo fuerant ſcri-
pta. Videt̄ autē eſſe quedam con
trarietas. qꝛ pus dixit deus. ſcri
bam in tabulis verba que habue
runt pores tabule. ⁊ Deute. xiiij.
dicitur. ꝙ deus ſcripſit verba in
tabulis. poſtea vero dicit̄ ꝙ moy
ſes ſcripſit. Dicendum ꝙ ⁊ de⁹
et Moyſes ſcripſit, deus quidē
per auctoritatem. ⁊ Moyſes per
miniſteriū. Notandū tamē ꝙ nō
legitur ꝙ pmas tabulas Moy-
ſes exciderit. vel ꝙ in eis aliquid
ſcripſerit. ſed totum attribuitur
deo. De ſecundis autē dicitur ꝙ
Moyſes eas excidit ⁊ ſcripſit ṽ-
ba in eis. in quo innuit̄ ꝙ decē p̄
cepta que ſunt de lege nature ſo-
lum ſtatuit ⁊ ſcripſit deus. legē
autem euangelicā. que figurabat̄
per ſcripturā ſecundarū tabula-
rum. ſicut patet per Deutero. qđ
interp̄tatur ſecunda lex. nō ſolū
ſtatuit deus: ſed etiam hō. Trāſ-
actis aūt quadraginta dieb⁹ de-
ſcendit de monte habens cornu-
tam faciē ex conſortio domini. id
eſt egrediebant̄ de facie eius quī
dā radij mire claritatis qui appa
rebāt intuētib⁹ quaſi q̄dā cornua
Erat aūt ſua facies ſic ſplendida
ꝙ nō poterant filij iſrl̄ intendere
in eā. vn̄ oportuit vt qñ cūq; loq̄
bat̄ cū eis poneret velamē ſup fa
ciem ſuā. qñ aūt loquebat̄ cū dn̄o
amouebat velamē. in quo figura
tur cecitas iudeoꝝ. ⁊ iō n̄ poſſūt
intelligere ſpiritualem intelligē-
tiam. ſed quando conuertent̄ ad
fidē xp̄i: tunc auferet̄ de cordib⁹
eorum velamē. ſicut dicit apoſto
lus. ij. ad Cor. iij. c. Dicitur au-
tem a quibuſdam et tradunt he-
brei. ꝙ adhuc tertio aſcendit in
montem ipſe Moyſes. ⁊ fuit ibi
quadraginta diebus ⁊ quadra-
gīta noctib⁹. quod ſi verū ē neſcio
qꝛ ſcriptura de h̄ nullā fac̄ mētōē

Dicunt tñ hebrei ꝙ illa dies in q̄
vltimo deſcēdit de mōte: fuit no
na dies mēſis ſeptimi.in qua co⸗
gnouerūt ꝑfecte deū ſibi placatū
per efficacē orōnē Moyſi.ꝓpter
qd̄ fuit tunc īſtitutū feſtū ꝓpiciati
onis.quod ſemꝑ d̄bebat fieri no
na die menſis ſeptimi.vñ tūc ple
ne fuit verificatū illd̄ q̄d.ſ.eccle⸗
ſia recitauit hodie in fine lectio⸗
nis. Placatꝰ eſt.inq̄t.dñs ꝛc̄. Ui
de de eius aſcēſu ꝛ deſcēſu ī Exo
do a.xxiiij.cap̄.vſqꝫ ad.xxxv.ca.
et de omnibꝫ ſupradictis. Pa
tet cōcordia inter illā epl̄am ꝛ e⸗
uangeliū.qd̄ ſcribit̄ Joh.vij.ꝛ in
cipit. Jam die feſto mediāte. Jn
iſta em̄ lectiōe.ſicut apparuit.oñ
dit̄ quō filij iſrael cito tranſgreſſi
fuerūt legē eis datam ꝛ coluerūt
ydolū. Et in euāgelio dic̄ xp̄s iu
deis. Moyſes dedit vobis legē.
et nemo ex vobis facit legē. Dēm
etiā fuit in iſta lectione ꝙ filij iſrl̄
contēpto Moyſe fabricauerunt
ydolū.ꝛꝙ ꝓpter h̄ hur ſputꝭ ſuffo
cauerūt.ꝛ Aaron interficere vo⸗
luerūt. Et in euāgelio innuit̄ ꝙ
iudei Jeſum latorē legis euange
lice ꝯtempſerūt.ip̄m nāqꝫ interfi
cere voluerunt.vñ ꝛ dicebat eis.
Quid me queritis interficere.cu
ius faciē poſtea ꝯſpuerunt. Nos
igit̄ xp̄iani in Jeſum ꝯfidamus.
ſicut multi de turba in eum cre⸗
diderunt.vt dicit ſeries euange⸗
lij.et vt credentes ſalutem conſe
quamur. Amen.

Feria quarta poſt Letare

HEc dicit do
minus deus. Sanctifi⸗
cabo nomē meū magnū
Ezechielis.xxxvj. L Oſten
ſum fuit heri ꝙ ſynagoga etiā cū
auxilio legis nō fuit ſufficiēs ad
diuīe offenſe euitationē.ꝛ ꝙ eccle
ſia per gr̄am xp̄i eſt ſufficiens ad
impetrandā diuinā ꝓpiciationē.
hodie oſtēdit̄ ꝙ ſynagoga cuꝫ au
xilio legꝭ ñ fuit efficax ad deponē
dum cordiū immundiciā.duri⸗
ciā.ꝛ vetuſtatē.ꝛ ꝙ eccl̄ia ꝑ gr̄aꝫ
noui teſtamenti eſt efficax ad ob⸗
tinēdā cordiū mūdiciā mollicié
et nouitatē.vñ oībꝫ iudeis cōuer
tendis ad fidē xp̄i ꝛ q̄ erāt futura
mēbra corꝑis myſtici ꝓmittit de
us in iſta p̄ma huiꝰ diei ꝓphetia.
q̄ eſt ezechiel̄ ꝑ gr̄aꝫ noui teſtam̄
ti cordiū mūdatōꝫ ꝛ mollificatio
nē. Jn ſcd̄a ꝓ̄o q̄ eſt Eſaye hortat̄
eos ad gr̄e p̄dicte ſuſceptiōem et
boni vſus executōeꝫ di. Lauami
ni.mūdi eſtote. Prius q̄ꝫ ꝓ̄o ex⸗
ponamꝰ iſtas ꝓphias:duo ſūt p̄⸗
mittenda. Primū eſt ꝙ iō hodie
due legunt̄ ꝓphie in quaꝝ vtraqꝫ
fit mētio de lauatiōe ꝛ mūdatōe.
qꝛ in p̄mitiua eccl̄ia iſto die inci⸗
piebāt cathezizari illi q̄ in ſancto
ſabbato debebāt baptizari.vñ ſi
mil̄ īſtruebant̄ in fide xp̄i et infor
mabant̄ de ꝟtute gr̄e noui teſta⸗
mēti. Jn iſta p̄ma ꝓphia etiā mo
nebant̄ ad ſuſceptōem baptiſmi.
cū dicebat̄.lauami ꝛc̄. Jtē in iſta

q̄rta feria fit ſcrutiniū ꝛ examia-
tio illoꝝ q̄ in ſeq̄nti ſabbato ſunt
ordinādi. q̄ p̄ ceteris xp̄ianis de-
bēt hr̄e corda mūda. corda mol-
lia. ꝛ corda noua. qḋ q̄dem habe
būt p̱ grām quā in ſua ordinati-
one recipiēt. dū tn̄ nō ficte: ſʒ pa-
ti ꝛ diſpoſiti ꝛ cū bono ꝓpoſito ac
cedant. vn̄ in p̄ma ꝓp̄hia ꝓmittit
eis deꝰ p̱ grām ordinatiōis cor-
diū imutationē ꝛ renouationem.
In ſecūda v̄o hortaꝛ eos ad con-
gruā diſpoſitōem. Secundū q̄d
notandū eſt. eſt q̄ v̄ba iſtiꝰ. xxxvj
ca. Ezechiel' de q̄ ſumpta ē p̄ſens
lectio q̄ fuerūt ꝓp̄he reuelata ī cal
dea. xij. anno trāſmigratiōis deci
mo mēſe ꝛ decimo die mēſis ī q̄-
bus ꝓmittebaꝛ iudeis poſt capti
uitatē mlt'iplex ꝯſolatio ꝛ plena
felicitas. Quidā iudei ꝛ iudaiʒā
tes dicūt fuiſſe verificata. ſm̄ Je
ronymū. xj. li. ſup̱ Ezechielē ī re-
ditu de babylone ſub Zorobabel
Eſdra ꝛ Neemia. Qḋ ſm̄ eum
ſtare nō pōt etiā ſm̄ ſenſum lr̄alē
qꝛ illis q̄bꝫ ꝓp̄ha loquebaꝛ ꝓmit
tebat deꝰ plenā reductionē. ꝛ pfe
ctā īmutatōem ꝛ ꝑpetuā terre bo
noꝝq; poſſeſſionē. Sʒ certuʒ eſt
q̄ nō fuerūt oēs iudei ſub illis re
ducti. imo mlt'i remāſerūt ſb̄ me
dis ꝛ perſis ꝛ etiā īter egyptios.
nec fuerūt in aliq̄ īmutati. Poſt
reditū nāq; fuerūt ita duri ꝛ īmū
di ſic añ. Nec legiꝛ q̄ aliam aq̄m
habuerīt poſt q̄ʒ ante per q̄m mū
darenꝛ nec corpalē nec ſp̄ualem.
Itē nō fuerūt ꝑpetui poſſeſſores
Nō quidē pacis. imo ſat' cito fu
erūt impugnati per Nabuchod.
de q̄ habeꝛ Judith p̄mo. etiāʒ po
ſtea p̱ grecos. ꝛ vltimo p̱ Roma
nos. Nec etiā fuerūt reſtituti li-
berati. imo quaſi extūc diſp̄ſi inter
gētes. fuerūt ſerui. Nec etiā vber
tatis. imo poſtea multociēs fue
rūt in fame. Nō etiā fuerūt poſ-
ſeſſores ꝑpetui illiꝰ terre: imo per
Antiochū fuerūt multi expulſi.
et tandē p̱ romanos omēs. et ta-
mē iſta ꝓmittebanꝛ illis quibꝫ p̱
pheta loquebaꝛ. Propter qḋ ſm̄
Jeronymū q̄daʒ aliq̄ iudei dicūt:
iſta fore v̄ificāda ſub xp̄o ſuo quē
adhuc expectant. cuiꝰ regnuʒ (vt
dicūt) durabit per mille annos.
et ſub q̄ edificabiꝛ ieruſalē auro ꝛ
lapidibꝫ p̄cioſis. ſicut eis innuivi-
deꝛ Thobie vlti. ꝛ tūc in ea edifi
cabiꝛ illud templū de quo iſte ꝓ-
pheta in vltima pte loq̄tur huius
libri. Tūcq; habebūt plenā beati
tudinē. ſ. pacē tempis. mlt'itudi-
nē ꝓlis. plenitudinēq; vētr' ꝛ gut
turis. ꝛ quietā poſſeſſionē terre ꝓ
miſſionis. Sʒ iſta ſūt verba de-
lirantiū. xp̄s eīn venturus nō eſt
qꝛ iā venit. nec ille quem ipi expe
ctāt eſt xp̄s: ſʒ antixp̄s. cui adhe-
rebūt. ſic ſaluator dicit Joh̄. v. c.
Nec tal' ciuitas corpalis. nec tale
tēplū corpale. ſic ipſi imaginanꝛ.
ſūt futura. nec ipi manētes iudei
habebūt felicitatem. nec poſſide
būt illam terrā: niſi forſan tribꝫ
annis ꝛ dimidio quibꝫ regībit an
tichriſtus. ꝓpter quod ſm̄ Jero.

et doctores aliquos.ſenſus ꝑnci
palis hui⁹ cap̄.etiā litteralis:eſt
de ip̄a eccl'ia.i.de iudeis iā ꝯuer
ſis ad fidē xp̄i ꝛ incorꝑatis ecc̄ie.
ꝛ q̄ȝmaxime de illis q̇ ī fine mū-
di poſt mortē antixp̄i ꝯuertētur.
De illis em̄ ꝯſtat fidelib⁹ ꝙ iam
ſunt reducti in terrā ſuā.i.eccl'iā.
q̄ eſt terra credentiū i'li q̇ ſup.iā
ſūt ꝯuerſi.ꝛ ꝙ plene reducent̄ q̄n
in fine mūdi erit iudeoꝝ conuer
ſio gn̄alis.De illis etiā certuȝ eſt
ꝙ habuerūt ꝛ hn̄t verā pacē.ſcilȝ
pectoris.q̄ȝuis nō tp̄is.frequen
ter em̄ poſtea fuit impugnata ec-
cleſia ꝑ romanos ꝛ hereticos ꝛ ꝑ
alios infideles.Habuerūt etiaȝ
verā libertatē.ſ.gr̄e.ꝛ plenā vber
tatē.ſ.bonoꝝ ſpūalium.ꝛ perpe-
tuā poſſeſſionē terre.ſcȝ eccl'ie.q̄
oīa perfectius habebūt illi q̇ in fi
ne mūdi ꝯuertent̄.De iudeis ḡ q̇
iam ꝯuerſi ſūt ꝛ ꝯuertent̄ quotti
die.ꝛ q̇ ꝯuertent̄ vſqȝ ad finē mū
di eſt ſenſus lr̄alis etiā hui⁹ cap̄.
et de ciuitate ꝛ de tēplo eccl'ie eſt
ſenſus lr̄alis vltimi capl'i Tho-
bie.ꝛ vltime.ꝑtis Eſaye.ꝛ extre-
me partis Ezechiel' M Po
teſt aūt ſic diuidi p̄ſens lectio.vt
dicam⁹ ꝙ iudeis ꝯuertēdis ad fi
dem xp̄i de⁹ q̄tuor ꝓmittebat in
iſta ꝓphetia.ſ.ſequentiū.Genera
lē adunatōnē.Uirtualē immuta
tionē.Spūalem ꝯuerſationem.
Peculiarē applicationē.Propt̄
primū ꝓmittit eccl'ia ad plenitu-
dinē ſequentiū certitudinē[Hec
dicit dn̄s]Quid dic̄,ecce[ſācti
ficabo nomē meū magnū]et hn̄
magnū.quia multū admirabile
ꝓpter ptātē.Ps̄.Admirabile eſt
nomē tuū in vniuerſa terra.Mł
tū cōmendabile ꝓpter bonitatem
Ps̄.Laudabile nomē dn̄i.Mł
tū formidabile ꝓpter equitatem.
Ps̄.Sanctū ꝛ terribile nomen
eius.Multū amabile ꝓpter pie-
tatē.Eſa.xxvj.Domine nomen
tuū in deſiderio anīe mee[San
ctificabo]dico[vt ſciāt gentes]
ſup.in q̄s diſꝑſi eſt]vos iudei cō
uertēdi ad fidē meā ꝛ incorꝑandi
eccl'ie[q2 ego ſum dn̄s]nō ſoluȝ
gentiū:ſȝ etiā iudeoꝝ.de quibus
curā ſpūalē habeo ſic̄ de ꝑp'lo quo
dā mihi peculiari[Cū ſctificat⁹
fuero in vobis corā eis]ſcȝ gēti-
bus.i.cū ſanctus eis apparuero.
vos.ſ.vocādo ad ſctitatis ſtatū.
ꝛ quid tūc[Tollā vos ḋ gētib⁹]
inter q̄s ſup.diſꝑſi ꝛ captiui ma-
nebat̄].ſ.ꝑ Antiochū epyphaneȝ
et ꝑ Tytū ꝛ Ueſpaſianū[Et cō
gregabo vos de vniuerſ terris]
id ē de vobis ꝛ alijs xp̄ianis con
uertēdis de gētib⁹ vnū gregē fa-
ciam.ita ꝙ fiat vnū ouile ꝛ vnus
paſtor Joh̄.x.[Et adducaȝ vos
in terrā vr̄am]id ē in eccleſiaȝ.q̄
eſt terra fideliū.figurata ꝑ iudeā
īmo ip̄a eſt iudea.nō lr̄a:ſed ſpū.
q2 in ip̄a ſola eſt ꝯfeſſio ſalutaris
ꝛ ip̄a fuit ꝓmiſſa ꝑncipaliuſ ſan-
ctis pr̄ib⁹ q̄ȝ ip̄a terra chananeo
rū.De iſta adductōe dixit xp̄s di
ſcipul' ſuis Johā.x.Alias oues
habeo.loq̄bat̄ ſup.de iudeis ꝛ gē

tib⁹ ꝯuertēdis. q̄ nō ſūt ex h ouí-
li.ſ.eccl'ie.in q̄ tunc erāt apoſtoli
⁊ diſcipuli.⁊ illas opꝫ me addu
cere. Ecce general' adunatio iude
oꝛū ꝯuertēdoꝝ ad fidē xp̄i. q̄ et ſi
fuit ī pncipio eccl'ie q̄n̄ ꝺ vniuerſ
terí ſ aliq̄ fuerīt ꝯuerſi: q̄ꝫ maxie
tm̄ erit in fine mūdi.ꝓpter quaꝫ q̄
dē ꝯgregationē voluit xp̄s moꝛi.
Joh. xíȷ. vt filios inq̄t dei q̄ diſp
ſi erāt ꝯgregaret in vnū. Promit
tebat ḡ pmo generalē adunatiōeꝫ.
Propter ſecūdū addit ⌊Et effū
dam ſup vos aquā mūdā ⌋effecti
ue ſup.i.mūdatiuā.ſ.ſꝫ glo. aq̄ꝫ
baptiſmi ſalutaris. vel aquā ſpū
alem.ſ.gr̄e ⁊ doctrine ⌊Et mun-
dabimi ab oīb⁹ inq̄namētis ve-
ſtris ⌋.i.pctīs ⌊⁊ ab vniuerſ ido
lis vr̄is mūdabo vos ⌋Ad l'ram
ſeruerūt iudei ydol' durāte etiaꝫ
captiuitate in irl'm.ſic̄ ꝺꝛ Ezech
viíȷ. Et foꝛſā diſpſi etiā īter gētes
⌊Et dabo vob coꝛ nouū ⌋id eſt p
grām renouatū.qꝺ per pctm̄ fue
rat vetuſtū ⌊Et ſpm̄ nouū ponā
in medio vr̄i ⌋ Nota ꝙ li ſpm̄ pt
teneri p ſpū increato.⁊ tūc li no-
uū capiꝛ effectiue. vt ſit ſenſ⁹ ⌊ſpi
ritū nouū ⌋id ē īnouatm̄. Juxta
illꝺ pſ. Emitte ſpm̄ tuū ⁊ crea-
bunꝛ. Uel pōt teneri p ſpū hūa-
no.⁊ tūc li nouū capiꝛ paſſiue. vt
ſit ſenſus ⌊ſpm̄ nouū ⌋.i.innoua
tū. Et vide ſm glo. ꝙ p̄cedit coꝛ
dis mūdatio.⁊ ſeq̄ꝛ coꝛdis ⁊ ſpi-
ritus innouatio.iuxta illꝺ quod
petebat pſ. Cor munduꝫ crea in
me deus ⁊c̄. Et quoniā iſta aq̄ de

qua locutus eſt non ſolum ſoꝛdi
da mundificat: ſed etiā dura mol
lificat.ideo addit ⌊Et auferaꝫ a
vobis coꝛ lapideum ⌋id ē coꝛ iu-
daicum.quod ſemper fuit durū
cuius figura preceſſit in tabulis
lapideis.in quibus lex fuit ſcri-
pta. ⌊Et dabo vobis coꝛ carne-
um ⌋id eſt molle et tenerū.ac fa-
cile cedens diuino tactui.vt poſ-
ſit ſigillari diuino ſignaculo.⁊ i-
primi ſcriptura ſalutari. Quia
vero hec omnia fiunt per gratiaꝫ
et virtutem diuini ſpiritus: ideo
ſubiungit ⌊Et ſpiritum meum
ponā ī medio veſtri ⌋ N Notā
dum contra iudeos qui contem
nunt baptiſmuꝫ eccleſie. qui nō
ſolum eſt in aqua: ſed etiā in ſpi-
ritu ſancto. Johan. iíȷ. et q̄ mun-
datur homo a peccatis omnib⁹.
et renouatur a vetuſtate peccati.
et mollificatur contra omnē coꝛ-
dis duriciam. Quando habue-
runt ipſi aquam iſtam de qua de
us per prophetam loquitur hic.
Nō em̄ fuit talis aq̄: aqua luſtra
tionis.nec aqua aſpſionis.nec a
liqua alia aq̄ de qua lex loquereꝛ.
Nō ei iſte aque mūdabāt coꝛda:
ſꝫ ſolū ſoluebāt irregl'aritates le
gis.nec mollificabant coꝛda.n̄
ad earum aſperſionem dabatur
ſpūſſanctus.ſicut ꝺ iſta diciꝛ hic
Nec per ipas fiebat aliqua reno
uatio mentalis. Non etiam fu-
it talis aqua: aqua probatice pi-
ſcine q̄ ſolū ſanabat egritudines
coꝛpis.nec eſt credibile. ꝙ aliq̄ a-

qua debebat eſſe impoſterꝝ maio
ris ꝟtutis ⁊ efficacie q̄ꝫ fuit ſub
Moyſe.qn̄ deus tanta mirabi-
lia voluit ꝑ illo populo operari.
Cōcludamus ḡ ꝙ iſta verba nō
poſſunt intelligi niſi de aq̄ baptiſ
mi. vel de aqua ſpūali vl' doctri
ne ſeu gr̄e. de quibꝫ iudei carna-
les nunq̄ꝫ intellexerūt. Ecce ḡ i-
mutatio ꝟtualis. Propter terti
um ſubdit̄ [Et faciā] ſup. dic̄ do
min⁹ [vt in p̄ceptis meis ambu-
letis] ꝯtra q̄ ꝓus fuiſtis [Et iu
dicia mea cuſtodiatis] q̄ ꝓus cō
tempſiſtis. trāſgrediēdo legē mo
yſi. nec ſeruādo eā [et operimini]
ſup. ſm legē ſpūaliter intellectā.
et ſm intentionē mādantꝭ. q̄ oīa
ſpūſſctūs per vos faciet. quē i ba-
ptiſmo recepturi eſtis. Ecce ſpū
alis ꝯuerſatio. Uere tal' fuit con
uerſatio aplo'ꝝ et ꝓmitiuoꝝ fide-
liū. in q̄ꝝ ꝑſona dicebat apoſto-
lus Phil. iij. Nr̄a ꝯuerſatio i ce
lis eſt. talis etiā erit oīm fideliuꝫ
in fine mūdi poſt mortē antixp̄i.
quādo ſm apl'm intrauerit ple-
nitudo gētiū ⁊ reliq̄e iſrl' ſalue fiēt
Propter quartū ſubiūgit̄. [Et
habitabitis in terra quā dedi pr̄i
bus vr̄is] id eſt in eccl'ia. q̄ ē ter-
ra ꝓncipalius danda pr̄ibꝫ iude
orū. ſ. Abrahā yſaac ⁊ iacob. q̄ di
cta eſt terra ꝓmiſſionis [Et eritꝭ
mihi in populū] ſup. peculiareꝫ.
cui Pe. j. ſue canoni. ij. dic̄. Uos
eſtis gen⁹ electū. regale ſacerdo-
tiū. gēs ſctā. ꝓpl's acq̄ſitiōis [Et
ego ero vob in deū. Ait dn̄s om-
nipotēs] ꝯcludit eccl'ia. Ecce pe
culiaris applicatio q̄ xp̄ian⁹ ꝓpl's
ſpēal'r iter oēs ꝓpl'os applicat̄ do.

Sciēdū ꝙ Jeronym⁹ vbi ſup̄
exponit ꝟba hui⁹ cap̄. alio mō de
eccl'ia q̄ꝫ ſit dcm̄. dic̄ em̄ ꝙ eccl'ia
ꝓmitiua ⁊ ꝓpter ſui purgationē ⁊
ꝓbationē fuit multū ipugnata ꝑ
romanos. maxie ſub Dyocleciā-
no. poſtea ꝑ hereticos. poſtmodū
per hunos ⁊ vandalos ⁊ gothos.
Deinde reddita pace eccl'ie. q̄ in-
cepit ſub Cōſtātino. ⁊ maior fu-
it ſub Karolo magnifico: habita
uerūt fideles in terra eccl'ie. ger-
minauitq̄ꝫ ip̄a fideles pl'imos in
diuerſis ſtatibꝫ ſuꝑ q̄s effuſa aq̄
mūda. ſ. doctrine ⁊ gr̄e. ip̄is mol-
lificatis ⁊ renouatꝭ cordibꝫ dn̄o
in vnitate ſpūs ſeruierūt. Prima
aūt expoſitio magis vid̄r intenti
oni ꝓphete cōuenire.

Feria. 4. poſt Letare lcō ſcd̄a.

HEc dicit do
minus. Lauami. mūdi
eſtote. ⁊c̄. Eſa. j.

Sic appuit i p̄ria ꝓphia h⁹ dici:
deſcp̄ſit dn̄s efficaciā ſalutarꝭ ba
ptiſmatꝭ ⁊ ſacri ordis. In iſta ꝟo
ſcd̄a mōet eccīa baptizādoſ i ma
gno ſabbato. ⁊ ordinādos i ſeq̄n
ti ad gr̄e ſacr̄al' ſuſceptōeꝫ ⁊ boni
vſ⁹ eiuſdē ꝓſecutōeꝫ. Et pꝫ ordo.
qꝛ q̄zuꝭ eſayas lōge ꝓus q̄ꝫ ezech.
ꝓphauit. tn̄ qꝛ deſcriptio efficacie
ſacram̄toꝝ dꝫ p̄cedere monitōeꝫ
ad ſacr̄oꝝ ſuſceptōꝫ ⁊ debitā exe
cutionē. Jō eccl'ia ꝓmittit ꝓphiā

Ezechiel'ꝓphetie Eſaye. Scien-
dum aũt ꝙ iſte Eſayas qui lõge
añ captiuitatẽ ꝓphare cepit ſb O
zya rege iuda. ꝓphetiãqꝫ ſuã cõti-
nuauit vſqꝫ ad Manaſſen affinẽ
ſuũ. qui qñ increpabat eũ de pec
catis ſuis: p̃cipue de ydolatria: fe
cit eum ſecari ſerra lignea iuxta
piſcinã dictã ſyloe. Et dũ ꝓpheta
ſiti anguſtiaret᷑. ⁊ nollẽt ſibi da-
re aquã: deus de celo miſit aquã
in os eius. ꝓpter qꝺ ⁊ iſta piſcina
fuit dicta ſyloe. qꝺ interpretatur
miſſus. Iſte igit᷑ ꝓpheta poſtq̃ꝫ a
ſpere increpauerat pctã iudeoꝝ
et indignas eoꝝ aſſeruerat cele-
brationes. oblatiões. ⁊ oratiões.
dat eis ⁊ in ipis omnibꝫ homini-
bus: ordinãdis aũt p̃cipue ſalu-
bre ꝯſiliũ. d [lauamini ⁊c.] Ubi
tria facit. Primo eñ hortat᷑ vt ac
cedamus ad efficax remedium.
Scꝺo deſcribit remediũ effectum
ibi [et venite ⁊c.] Tertio cõmia
tur penã ꝯtra contemptũ. ibi. in
littera ꝓphete q̃ꝫuis eccl'ia illꝺ nõ
recitet [ꝙ ſi nolueritis] Prĩo g̃
deſcribit efficax remediũ q̃ꝫtũ ad
duo in quibꝫ ꝯſiſtit. Primo q̃ꝫ-
tum ad fugã mali. Et ſcꝺo q̃ꝫtuꝫ
ad ſequelã boni. ibi [Diſcite bñ-
facere] Adhuc in p̃ma pte ad fu-
gam mali monet dupl'r. Primo
q̃dem ſuadẽdo purgationẽ p̃teri
ti. Scꝺo cautelã futuri. Propt᷑
fugam mali q̄ ꝯſiſtit in purgati-
one p̃teriti. dicit [Lauami. mun
di eſtote. Hoc etiã dicit᷑ baptizã
dis ⁊ lauandis vt lauacrũ ba-
ptiſmale recipiant quo fit perfe-
cta mũdatio. ⁊ ordinãdis vt loti
et mundati ꝑ penitentiaꝫ ſacros
ordines recipiant. Utriſqꝫ enim
ꝺr Ieremie. iiij. Laua a malicia
cor tuum ieruſalẽ vt ſalua fias.
Uſqꝫquo morabunt᷑ in te cogita
tiones noxie. Prouerb. xxij. Qui
diligit cordis mundiciã habebit
amicũ regem. Quantum aũt ad
cautelam futuri addit [Auferte]
⁊c. Ubi ſciẽdũ ꝙ malũ cauet᷑ du
pl'r. ſ. corꝺ ñ cogitãdo. ꝓpt᷑ qꝺ dic̃
[aufer. ma. cogitati. vr̃aꝝ ab o-
culis meis] Michee. ij. Ue q̄ co-
gitatis inutile. ⁊ opamini malũ
in cubilibꝫ veſtris. Item cogita
ta ope nõ ꝯſumando. ꝓpter quod
addit [Quieſcite agere pꝰerſe]
Iuxta illud pſ̃. Dixi iniq̄s noli-
te inique agere. Quantũ vero ad
ſequelã boni ſubdit [Diſcite bñ
facere. Ubi ſciendũ. ꝙ q̃ꝫtum ad
boni pſecutionẽ hortat᷑ nos ꝺ tri
bus. ſ. vt addiſcamꝰ. ꝓpter qꝺ di-
cit [Diſcite bene facere] Ierem̃.
vj. dicit᷑. Erudire ieruſalẽ ne for-
te recedat anĩa mea a te: ⁊ ponam
te terrã deſertã ⁊ inhabitabilem.
Ut diſcernamꝰ ꝓpter quod addit
[Querite iudiciũ] q̃ nunc iudi
ciũ eſt mundi Ioh. xij. Iudiciuꝫ
dico diſcretiõis boni a malo. Ut
miſeris ſubueniamꝰ. ꝓpter quod
ſubiũgit [Subuenite oppreſſo]
Prouer. xxiiij. Erue eos qui du-
cunt᷑ ad mortẽ. ⁊ qui trahunt᷑ ad
interitũ liberare nõ ceſſes. Etatꝭ
ignorantia. q̃ꝫtum ad hoc addit.

[ Iudicate pupillo. Eccl'i.iiij. In
iudicando eſto pupill' miſericors
vt pater. Sexus impotētia. ꝛ q̄ꝫ
tum ad hoc addit [ defendite vi-
duā ] ſicut heliſeus defendit iſtā
viduā a violēta repetitōe credito
ris.iiij. Regū.iiij. Quo cōtra dr
Job.xxij. Uiduas dimiſiſti vacu
as ꝛ lacertos pupilloꝝ ꝯminuiſti
Et in pš dicit̃ de petōribꝫ Uidu
am ꝛ ad. iter.ꝛ pupillos occide-
runt. ¶ Cōſequēter pōit̃ ſe-
cūda ps. vbi deſcribit remediū ef-
fectū. cū dicit [ ꝛ venite ] ꝛ tangit
duo.ſcꝫ ꝓmittentis obligationeꝫ
et ꝓmiſſi effect⁹ exhibitionē. Pro
pter ꝓmū dicit [ et venite ꝛ argui
te me. dic dn̄s ] q̄ſi diceret. ſi fece
ritis qđ ego vobis nūc ꝯſulo. ſcꝫ
ꝙ purgetis vos a malis p̄teritis
et caueatis a futuris. ꝛ exerciteť
vos in opibꝫ bonis. ſcꝫ addiſcen
do ſalubria. diſcernēdo inter no-
ciua ꝛ vtilia. ꝛ releuādo ꝓximoꝝ
grauamina: niſi ego tūc vobis be
nefecero. ſcꝫ delēdo pctā ꝛ exhibē
do grē beneficia: ego me obligo ꝙ
audacter me poteſtis arguere de
iniuſticia. vel ſaltē de immiſcdia.
vn̄ tunc cū ſup. feceritis ꝛ ego nō
fecero. venite ꝛ arguite me. Cui⁹
tn̄ ꝯppoſitū dr Job.vj. Nō em̄ eſt
qui poſſit deū arguere. qꝛ homi-
ni bn̄facienti ſemp̄ bn̄ facit. Quā-
tum aūt ad ſecundū ſubdit. [ Et
ſi fuerint ] Ubi tangit duplicem
remediū effectū. ſcꝫ petōꝝ deletio
nē. ꝛ bonoꝝ collationē. Dic ergo
q̄ꝫtuꝫ ad petōꝝ deletionē [ Si fu
erint pctā veſtra vt coccinū: q̄ſi
nix dealbabūt̃. Et ſi fuerit rubra
q̄ſi v̄micul⁹ velut lana alba erūt.
Ad cui⁹ euidentiā ſciendu ꝫ ꝙ ad
lrām ſanguine cuiuſdā vermicu
li tingit̃ coccinū. vn̄ ꝛ vtrūqꝫ taꝫ
coccinū q̄ꝫ vermiculus ſūt rubei
coloris. ſed in coccino eſt purior
rubedo q̄ꝫ in vermiculo. in q̄ ali-
quantulū ad albedinē vergit. ꝛ p̄
vtrūqꝫ ſm glo. intelligunt̃ pecca
ta grādia. p̄cipue illa q̄ Dauid i-
telligit. cū dicit. Libera me đ ſan
guinibꝫ ꝛc̄. ꝛ que intellexit idem
ꝓpheta cū dixit parū ſupra petōri
bus. Manus em̄ veſtre ſangui-
ne plene ſunt. ſ. homicidiū ꝛ adul
teriū. Uult ergo dicere dn̄s. Si
feceritis q̄ ego dixi vobis ꝓmit-
to vobis ꝙ [ ſi fuerit pctā veſtra
ꝛc̄. ] id eſt q̄ꝫtūcunqꝫ grauia [ de-
albabunt̃ ſic nix. ꝛ velut lana al-
ba erūt ] id eſt delebunt̃ penitus
q̄ꝫtū ad maculā ꝛ offenſam. quia
dabit̃ vobis grē refrigeriū ꝯ fer-
uorē ꝯcupie. qđ per niuē intelligi
tur. ꝛ veſtis mollis caritatis ꝯ al-
gorē inuidie ꝛ malicie. q̄ per lanā
albā figurat̃. quibꝫ factis anime ve
ſtre remanebūt albe. i. ſine pecca
ti nigredine. ꝛ frigide ſic nix. i. ſi-
ne noxio calore. ꝛ indute veſte la-
nea caritatis ꝯtra omnē malam
frigiditatē. Primū docuit ꝓpha
dicēs in pš. Lauabis me ꝛ ſuper
niuē dealbabor. Scd̄m aūt xp̄s
oſtēdit Math.xvij. Cū veſtimē-
ta eius fuerūt facta alba ſic nix.
Caritas em̄ veſtis eſt pellēs ma

lum ſrigus. ⁊ veſtis eſt niuea re-
frigerās malū calorē. Aliter poſ-
ſunt iſta duo diſtingui. vt dicat
ꝙ ꝑ coccinū qḋ eſt magis rubeū
intelligūt pctā q̄ ꝓcedūt ex amo
re male inflāmāte. ꝯtra q̄ dat de-
us vere penitētibꝫ niuē. i. grāꝫ re
frigerantē. Per vermiculū aūt ī
telligunt iſta pctā q̄ ꝓcedūt ex ti
more male humiliāte. ꝯtra q̄ dat
deus lanā. i. grām ꝯfouentē ⁊ ca-
lefacientē. i. caritatis veſtē. Ipſe eī
eſt qui dat niuē ſic lanā. in pſal.
Sequit̄ q̄ꝫtum ad collationē bo
noꝝ [Si volueritis ]ſup. facere
que dixi. volūtatē eīn hoīs vult
deus: nō ſolū verba Math. vij. c.
Qui facit voluntatē prīs mei ⁊c̄.
[Et audieritis me ]id ē mihi obe
diētes eritis. iuxta illud pſ. ī au-
ditu auris obediuit mihi [bona
terre ]ſcꝫ viuentiū. de quo in pſ.
Credo videre bona dn̄i in terra
viuentiū [comedetis ]id eſt ad
fruitionē btificam ꝑcipietis. de q̄
comeſtione dr̄ Eſaye. lxv. Ecce ſ
ui mei comedēt. ⁊ vos eſurietis. dr̄
pctōribꝫ. Q Nota ꝙ iudei
carnales qui oīa carnalr̄ ſapiūt:
nō intelligūt per iſta bōa niſi bo-
na terrena ⁊ corꝑalia q̄ delectant
et ſatiant guttur ⁊ ventrē. in qui
bus ſuā ꝯſtituerūt btitudinem.
Sed certe deus ſm̄ hec nō eſſet
largus retributor. pauca eī ⁊ par
ua bona retribueret ſeruis ſuis.
qui vt plurimū min⁹ habent de
iſtis bonis q̄ꝫ peccatores. de qui-
bus in pſ. Ecce ipi pctōres et a-
bundantes in ſeculo obtinuerūt
diuitias. Intelligi igit̄ debet ver
bū iſtō de bonis dictis q̄ ſola poſ
ſunt hoīem ſatiare. de quibꝫ pſ.
Replebimur in bonis dom⁹ tue
ſanctum eſt templum tuum. ⁊c̄.
Et alibi. Qui replet in bonis de
ſideriū tu. Et tā virgo ait in ſuo
cantico. Eſuriētes impleuit bōis
et diuites dimiſit inanes. vt ptꝫ
Luce pmo. Deinde ſubiungitur
tertia pars q̄ꝫtum ad penā contē
nentiū. in lr̄a. ſup. ꝓphete. quā tn̄
eccleſia nō recitat. cum dicit pro
pheta [ꝙ ſi nolueritis ]ſup. face
re que dixi [⁊ me ]ſup. ꝓpter pec
cata veſtra [ad iracundiā ꝓuoca
ueritis ]id eſt ad voluntatē vindi
candi me de vobis. Mea eīn eſt
vltio. ⁊ ego retribuā eiſ in tempꝫe
vt labat̄ pes eoꝝ. Deute. xxxij. ca.
[gladius meus deuorabit vos ]
id eſt iuſticia mea deuorari faci-
et vos Ezechiel. v. Gladiuꝫ eua
ginabo poſt eos. ⁊ complebo fu-
rorem meum. et quieſcere faciaꝫ
indignationem meam ī eis. No
tandum ꝙ hic gladius ad litte-
ram quantum ad iudeos fuit ꝑ-
ſecutio chaldeorum. grecorum. ⁊
Romanorum. quantum autem
ad quoſcunqꝫ peccatores: gladi
us iſte eſt quelibet afflictio tem-
poralis propter peccata inflicta.
et p̄cipue damnatio eterna. Hic
enim eſt iſte gladius de quo di-
citur Deuteronomij triceſimoſe-
cundo capitu. Gladius meus de
uorabit carnes. i. hoīes carnales

Q, aũt iſta infallibiliter ⁊ imu⸗
tabil'r ṽa ſint oñdit ꝓpha. cũ dic̃.
[Os em̃ dñi locutũ eſt] Nõ eni
eſt deus q̃ſi homo vt mentiatur.
nec vt filius homĩs vt mutet̃. ꝓ⸗
pt̃ q̃d ecc̃a ꝯcludit [Ait dñs om
nipotẽs] Patet aũt cõcordia
inter iſtas lectiões ⁊ euangelium
hodiernũ. q̃ꝺ ſcribit̃ Joh. ix. ⁊ in
cipit. Preteriens Jeſus. ⁊c̃. In
vtraq; em̃ lectiõe agit̃ de aqua et
lauachro ſalutari quo pctã mun
dant̃. anime renouantur. ⁊ corda
mollificant̃. In euãgelio ṽo agit̃
per figurã de eodem lauachro. et
oſtendit̃ ſub figura aque Syloe.
ꝙ nõ ſolũ iſta ſpũalis aqua ha⸗
bet effectus p̃dictos: verũ etiam
purgare habet oculũ ceci nati. et
ei reſtituere ſpũalem viſum. Ce⸗
cus enĩ de mandato dñi qui ſpu
to ſuo liniuit eius ocl'os abijt ad
natatoria ſyloe. ⁊ lauit ibi ocl'os
et ſtatim vidit. Sic ⁊ homines a
natiuitate ceci ꝓpter originalem
culpã: vel poſtea excecati ꝑ quã⸗
cunq; actualẽ: ſi lauent̃ aqua ba⸗
ptiſmatis: vel etiã cuiuſcunq; g̃
tie ſacramẽtalis: maxime penitẽ
tie: ſtatim illuminãt̃. Lux igit̃ ve
ra chriſtus ſic nos lauando ĩ hac
vita illuminet vt ipm̃ in futuro
perpetue cernere valeam⁹. Amẽ.

Feria quinta poſt Letare

In diebus
illis. Uẽit mulier ſuna⸗
mitis ad Helyſeum. iiij. Reg. 4.

X Die imediate p̃cedenti o⸗
ſtendit nobis ſancta mater ecc̃ia
ꝙ ip̃a per g̃ram noui teſtamenti
habet efficaciã ad auferendũ cor
diũ duriciẽ. ad recipiendũ molli⸗
ciem. ⁊ ad renouandũ corda per
ſpũſſancti virtutẽ. ad que ſynago
ga nunq̃ꝫ fuit efficax: etiã cuꝫ au⸗
xilio legis. ſemp̱ em̃ manſit lapi⸗
dea ⁊ vetuſta. Hodie autẽ oſten⸗
dit nobis ꝙ ip̃a per eandẽ g̃ram
habet ⁊ habuit efficaciã ſuſcitan
di mortuos ſpũaliter. ad quod ſi
nagoga ſemp̱ inefficax fuit. Hoc
vero oſtẽdit per figurã in ſuſcita
tione filij ſunamitis facta per he
liſeum. quẽ tñ Gyeſi cũ baculo e⸗
iuſdẽ ꝓphete nõ potuit ſuſcitare.
Circa iſtã lectionẽ ſic ꝓcadamus
Primo em̃ ponit̃ ſenſus hyſtori
cus ⁊ l'ralis. Secundo ſenſus al
legoricus ⁊ ſpũalis. Tertio tro⸗
pologicus ⁊ moralis. Circa pri⸗
mũ duodecim per ordinẽ tangũ
tur. ſcꝫ mulieris aduẽtus. Hely
ſei occurſus. mulierꝭ deuotio. he⸗
lyſei compaſſio. mulieris q̃rimo
nia. helyſei ꝓuidentia. mulieris
ſtabilitas. helyſei curialitas. Gie
ſi relatio. ꝓphete opatio. pueri ſu⸗
ſcitatio. matris g̃rarũactio. Ad
euidentiã p̃mi ſciendũ ꝙ iſta que
hic narrant̃ ꝯtigerunt poſt mira
culũ q̃ꝺ ꝓpheta fecerat de augmẽ
to olei pro vxore vnius ꝓphetaꝝ
qui mortuus erat. ⁊ vt mg̃r dicit
fuit Abdyas. Contigerũt etiam
poſtq̃ꝫ Helyſeus habitabat ĩ ci⸗

uitate ſuna apud q̄ndam muli-
erem magnaȝ q̄ vnacū viro ſuo
parauerat ei cellam: lectulū: mē-
ſam ⁊ candelabrū. ⁊ miniſtraue-
rat ei. Ob quaȝ cauſam dedit ei
de⁹ filiū iuxta ꝓphete vaticiniū.
qui q̄dam die eſtiuo tpe incepit
grauiter infirmari. ⁊ tandē cir-
ca meridiē mortu⁹ fuit. quē ma-
ter poſuit ſup lectū helyzei: q̄ iaȝ
receſſerat. ⁊ tunc ī monte erat car
meli. ad quē venit mr̄: ſicut dr̄ h
p ſuſcitatiōe ſui nati. [In dieb⁹ ꝗ
illis] premittit eccl'ia [venit mu
lier ſunamitis]. id eſt ciuis ſune
ciuitatis. Mulier dicit text⁹ ma
gna. non ſolū corpe: ſed etiā mē-
te. non ſolū magna diuitijs ⁊ ho
norib⁹: ſed etiā virtutib⁹. que cū
nō haberet filiū: ob ſeruitiū q̄d ꝓ
phete impenderat: a deo meruit
fecundari. [ad helyzeū ꝓphetaȝ].
ſup quē duplex helie ſpūs reqe-
uit. iiij. Re. j. Tāte q̄ppe excellē
tie fuit helyze⁹ ꝙ qn̄ ꝓpheta no-
minat̄ abſolute: intelligūt hebrei
de helyzeo. vn̄ cū dicebāt Johā-
ni. ꝓpheta es tu. q̄rebant de hely-
ſeo Joh. j. [ī montē carmeli]. in
monte etenim illo ſepe morabat̄.
q: ibi ſepe morat⁹ fuerat mgr̄ ſu
us helyas: vt apparet. iij. Reg.
xviij. Notanduȝ ſm mgr̄m ꝙ
duo ſunt montes carmeli. vn⁹ in
ſorte iuda: ⁊ ali⁹ in ꝯfinio paleſti
ne ⁊ phenicis. vbi helyas ꝓphas
baal occidit. ⁊ de iſto loq̄tur ſcri
ptura. Quātū ad ſcōm ad he-
lyſei occurſuȝ. Occurrit ei mu-
lieri pſonaliter: ſed p gieſi puerū
ſuum addit̄. [Cūq3 vidiſſet eaȝ
vir dei de ꝯtra.] Uir dei vocaba
tur helize⁹ ꝓpter virtutꝫ excellen
tiā. ſicut helyas vocabat̄ hō dei.
iiij. Reg. j. Unde iſta mulier di-
xerat ſtatim. ſ. de helyzeo. Anim
aduerto ꝙ vir dei ſanctus ſit iſte
[ait ad gyeſi puerū ſuū] Ecce ſu-
namitis illa] q̄ ſup. nobis ſedu-
le ſeruiuit. ⁊ cui de⁹ ꝓpter hoc fili
um donauit. De eadē ciuitate fu
it illa abyſac q̄ dauid ſeruiuit. iij
Reg. j. [vade ergo in occurſū ei⁹
⁊ dic: Recte ne agit̄ circa te ⁊ cir
ca virū tuū ⁊ filiū tuū. q̄ rn̄dit re
cte]. Non oportet ꝙ iſta de men
dacio excuſet̄. vel pōt dici ꝙ iſta
tm̄ ꝯfidit in ꝓpha ꝙ etiā morteȝ
filij reputabat ſibi pſperā. q: ſpe
rabat eam cedere ad honoreȝ dei
ꝓpter ſuſcitationē quā firmiter ex
pectabat. Quantū ad tertiū. ſ.
ꝓpter deuotionē mulierꝫ ſubdit̄.
[Cumq3 veniſſet ad viruȝ dei in
montē: apphendit pedes ei⁹] pre
deuotione ſup. ⁊ humilitate ma
gna: ſit'is in hoc ſcē magdalene:
q̄ etiā ſtetit iuxta pedes ieſu. Lu
ce. vij. Non apphendit iſta ma-
nus ꝓphete. q: nō fuiſſet honeſtū.
[Et acceſſit gieſi vt ammoueret
eā] Non eni videbat̄ ſibi decens
ꝙ mulier ſic tangeret ꝓphetam.
Item iſte gieſi typū gerebat iu-
daici populi: q̄ murmurabat ꝙ
chriſt⁹ recipiebat pctōres: ⁊ mā-
ducabat cū eis Mat. ix. ⁊ Luce
xv. Unđ ⁊ iſte ſimon dicebat in-

tra ſe de chriſto. hic ſi eſſet ꝓphe-
ta ſciret ⁊c. ⸿ Propter q̄r-
tum autē. ſcȝ helyſei cōpaſſionem
ſequit̃. [Et ait homo dei] Ecce
ꝙ iſte qui priꝰ vocabat̃ vir dei:
ꝓpter magnā virtuteȝ: hic vocat̃
homo dei ꝓpter magnā pietateȝ.
[Dimitte illā] ſupple tangere pe-
des meos. [Aīa enim eiꝰ ī ama-
ritudine eſt]. Excuſauit nempe
helyſeus eaȝ ſicut xp̄s excuſauit
ↄtra ſimonem magdalenā. [Et
dominꝰ celauit a me ⁊ nō indica-
uit mihi] ſuẽ ſup. amaritudinis
cauſam. id eſt filij ſui mortē. Ec-
ce ꝙ ꝓphetis nō reuelant̃ omnia.
Vnd̄ cui fuerant reuelate conce-
ptio ⁊ mors huiꝰ pueri: mors nō
fuit reuelata: donec mulier vēit
ad eum. Et forte tūc anteq̄ȝ mu-
lier aliq̄d loqueret̃: deus reuela-
uit ſibi. Propter q̄ntū ſequit̃
[Que dixit illi. Nunq̄d petiui
filium a dn̄o meo]. Certe nec fi-
lium nec aliq̄d aliud petiuerat.
ſicut apparet ſupra eodē: ſȝ ad v̄-
bum giezi ꝓpheta filiū ei ꝓmiſit.
vn̄ ⁊ liberaliter ⁊ abſqȝ ſpe remu-
nerationis tꝑalis ſeruierat eis.
[Nūq̄d nō dixi tibi: ne illudas
me.] Non legit̃ ꝙ iſta dixerat ſi-
bi. ſȝ ſic locuta ē. Noli q̄ſo mēti-
ri ancille tue: ſed credendū eſt ꝙ
ita dixerat ei. ⁊ vocabat illuſiōeȝ
ſ̃m magiſtrū. ſi h̄ret filium ⁊ ſta-
tim ꝑderet eum. Quantū aūt
ad ſextū ſcȝ helyzei ꝓuidentiam
ſubdit̃. [Et ille ait ad giezi. Ac-
cinge lumbos tuos] ſup̄. vt cele-
rius vadas [⁊ tolle baculū meū
in manu tua ⁊ vade]. Si occur-
rerit tibi homo: nō ſalutes eum.
⁊ ſi ſalutauerit te quiſpiā. non re-
ſpondeas ei]. q. d. q2 in mora pe-
riculū eſt vade celeriter ⁊ caue ꝙ
nihil te impediat in eūdo: etiam
ſalutatio alicuiꝰ. vel trāſio ad ſa-
lutationes. Sic̃ dixit xp̄s diſci-
pulis ſuis. Luce. x. qn̄ miſit eos
ad predicandū. neminē inquit ꝑ
viā ſalutaueritiſ. Hoc nāqȝ dice-
bat ad lr̄am: monens ↄtra om̄e
impedimentū. [Et pones bacu-
lum meū ſuꝑ faciē pueri. in qua
ſup̄. vigent oēs ſenſus. ⁊ ꝑ quam
ṗncipaliter deprehenditur vita.
Quātū vero ad ſeptimū. ſ. mu-
lieris ſtabilitatē. ſequit̃. [Porro
mater pueri ait. viuit dn̄s: et vi-
uit aīa tua. q2 nō dimittā te] Nō
enī cōfidebat nec in puero nec in
baculo ꝓphete. vn̄ ⁊ p̄ſentiā eius
ꝑſonalē volebat. ſic̃ ſ illi regulo
qui dicebat xp̄o. Joh. iiij. Domi-
ne deſcende ⁊c. Nota ꝙ illud fu-
it iuramentū antiq̄ꝝ. viuit dn̄s
⁊c. q. d. ꝑ viuentē deū quē ſolum
colere debeo. nō deos mortuos:
⁊ ꝑ vitā anīe tue: quā ſꝑ ꝓſperaȝ
eſſe cupio. Quantū ad octauuȝ.
ſcȝ ꝓpter helyzei curialitatē. ſequi-
tur. [Surrexit ergo ⁊ ſecutꝰ eſt
eam] in hoc ſic̃ ſ xp̄o. q̇ venit ad
ſuſcitationem filie archiſynago-
gi. Matth. ix. ⁊ ad tumulū laza-
ri vt ſuſcitaret eum. Johis. xj.
Quantū ad nonū. ſcȝ ad relatio-
nem giezi. ſequit̃. [Giezi vero p̄-

ceſſerat eos.⁊ poſuerat baculum
ſup faciem pueri. Et nō erat vox
neqȝ ſenſus]. .i.nō apparebat in
eo vita:que motu labioꝝ vl' cor
poris dephendit' vel ſenſu.[ Re
uerſuſqȝ eſt:⁊ nūciauit ei.d. Non
ſurrexit puer] Quantum vo ad
decimū.ſcȝ helizei operationem
ſubditur.[ Ingreſſus eſt ergo hely/
zeus. Ubi ſciendū ꝙ iſte ꝓpheta
parans ſe ad impetrādū ſuſcita/
tionē pueri multa fecit.ſcȝ intra/
uit domū:clauſit oſtium:orauit
dn̄m.aſcendit ſup lectuȝ. Incu/
buit ſup mortuū.coaptauit ſe ſu
per ipſum. deambulauitqȝ huc
⁊ illuc ꝑ domicilium. que om̄ia
aliquid myſtice figurabāt. Dicit
ergo [ Ingreſſus eſt ergo helyſe
us domū.⁊ ecce puer mortuꝰ ia/
cebat in lecto eius ].ſcȝ Helyzei.
quē mr̄ pueri priꝰ vt dictū ē:para
uerat ei.⁊ in quo filiū mortuum
poſuerat:ſperās ſtatim ip̄m ob
eius merita ſuſcitari. [ Ingreſ/
ſuſqȝ clauſit oſtium ſuper ſe ⁊ ſu
per puerū ].ne ſupple in oratione
quam volebat facere ꝑ alios im/
pediretur.[ Et orauit ad domi/
num ⁊ aſcendit ſup lectulū in q̄
iacebat mortuus.⁊ incubuit ſu/
per puerū.poſuitqȝ os ſuuȝ ſup
os eius.⁊ oculos eius ſup ocu/
los eius.manus ſuas ſup manꝰ
eius.⁊ incuruauit ſe ſup eum.et
calefacta eſt caro pueri ].i.iā reci
piens virtutem dei diſponebat'
ad vitam.[ At ille reuerſus ].id
eſt de lectulo deſcendens:⁊ ſe eri

gēs.[ deābulauit ī domo ſcl' huc
atqȝ illuc [. Anxius ſupple ⁊ ſoli/
citus de vita pueri et de honore
dei. ¶ Quantū vero ad vn
decimum ſcȝ ad ſuſcitationē pu
eri additur.[ Et aſcendit ]ſupp̄.
iterum ſcȝ lectulū.[ ⁊ incubuit ].
ſupple iterum [ ſuper euȝ:⁊ oſci/
tauit puer ſepties ].id eſt os ſuū
aperuit vt attraheret ſpiritū.id
eſt aerem.qđ fuit euidens ſignū
vite.⁊ non ſolum oſcitauit ſemel
vel bis:ſed ſepties.vt eſſet euidē
tius ſignuȝ.[ Aperuitqȝ ocl'os ]
ad videndū.vnde ⁊ motu labio
rum ⁊ palpebrarū attractiōe ae/
ris ac viſione ꝙ iam reuixerat:
apparuit manifeſte. Quantū ve/
ro ad duodecimū ⁊ vltimum.ſ.
mr̄is adorationē ⁊ gr̄aꝝ actionē
ↄcludit'[ Et ille ]ſcȝ ꝓpha.[ voca
uit giezi ⁊ dixit ei. Uoca ſuna/
mitem hanc ].apparet in hoc ho/
neſtas ⁊ caſtitas helyzei.q̇ cum
diu fuiſſet apud illam: neſciebat
nomē eius.[ Que vocata ingreſ
ſa eſt ad eum. Qui ait.tol le fili/
um tuū.venit illa ⁊ corruit ad pe
des eius ⁊ adorauit ]ſupple deū
[ ſup terrā. Tulitqȝ filiū ſuū ⁊ e/
greſſa eſt:⁊ helyzeꝰ reuerſus ē in
galgala ] Hūc locū vt dicit mgr̄
freqntabat helyzeꝰ.tū ꝓ religiōe
loci.tum quia ibi natus fuit.vbi
.ſ.in ortu ſuo tale contigit pro/
digium:vt dicunt hebrei.ꝙ vna
ex vitulis aureis acute mugi/
ret.qđ cū fuiſſet relatū ſacerdoti:
q̇ erat in hierl'm diuīo nutu ait.

ꝓpheta nat⁹ eſt in iſrael q̇ deſtru-
et idola fuſilia deoꝝ. De iſto ſcō
ꝓpheta quot ⁊ q̄nta miracula fece
rit: notaui ſuperi⁹ ſatis plene fe-
ria tertia poſt dñicā tertiaꝫ. xl. in
epl'a. Quantū vero ad ſenſuꝫ
allegoricū ſcienduꝫ ꝙ iſta ſuna-
mitis figurabat naturā hūanam
ꝓpter peccatū primoꝝ parentuꝫ
culpabiliter ⁊ penaliter infectaꝫ.
que q̇dem mulier dicit̃ ꝓpter fe-
cunditatem. ſed ſunamitis ꝓpter
calamitatē. Interpretat̃ eni mi-
ſera: captiua ⁊ mortifica. Uir au
tem hui⁹ mulieris erat lex natu-
ralis ſeu iudiciū naturale: cōmu-
ne omībꝫ hominibꝫ. qꝺ ipam tūc
regebat ⁊ ad virtuteꝫ excitabat.
Fili⁹ hui⁹ mł'ieris mortu⁹ ſigni
ficabat totū humanū gen⁹: qꝺ ex
ipſa ꝑ ꝓpagationem deſcēdit. qꝺ
tūc ꝓpter peccatū ꝑmū erat mor-
tuū ⁊ morte nature: ⁊ q̄ntum ad
maiorem parteꝫ hominū morte
culpe. Helyze⁹ autem ſignat dei
filiū q̇ tūc habitabat in mōte car
meli. id eſt in celo Interpretatur
enim carmel⁹ cognoſcēs circūci
ſionem. ⁊ in celo ſoluꝫ cognoſcit̃
ſpeculatiue ⁊ experimētaliter cir
cūciſio ꝑfecta. ſ. ab omni culpa ⁊
miſeria pene. Gieſi vero ſignat
iudaicū populū. q̇ inter oīs po
pulos pri⁹ famulat⁹ eſt deo. ⁊ co
gnouit aliq̄ de filio dei. Interp̄ta
tur enim gieſi p̄ncipiū videns. ⁊
certe ppl's iudaic⁹ fuit p̄ncipiuꝫ
vidētiū ⁊ cognoſcētiū deū. vn̄ in
ps̄. Nō fecit taliter oī natōi ⁊c̄.

Baculus aūt ꝓphe ſignat legem
moyſi durā ⁊ rigidā. q̄ tn̄ inſtar
baculi q̄ꝫtum eſt de ſe ſuſtētabat
ppl'm ne ꝑ pctm̄ idolatrie auer-
tereť a deo. Bacul⁹ vero helyzei
in q̄ iacebat mortuus figurabat
crucē xp̄i: in q̄ moriēte xp̄o mor-
tui fuim⁹. q̄ꝛ in morte ſua mor-
talitas nr̄a apparuit: ⁊ ī eo tn̄ fui-
mus vite reſtituti. Dom⁹ quā in
trauit ꝓpha volens ſuſcitare pue
rū mortuū: figurabat iſtū mūdū
quā intrauit dei fili⁹ carnē aſſu-
mens. Oſtiuꝫ āt qꝺ clauſit ꝓpha
figurabat matrē xp̄i quā ſꝑ volu
it eſſe clauſaꝫ ⁊ virginē incorru-
ptam. ꝑ quā tn̄ ſicut ꝑ oſtium in
greſſus fuit mūduꝫ. Incuruatio
etiā ꝓphe ⁊ coaptatio mēbrꝫ mor
tui: figurabat exinanitōꝫ filij dei
q̄ exinaniuit ſemetip̄ꝫ: formā ſer
ui accipiens. ꝑ aſſumptōem vere
hūanitatis: ꝑ quā fuit mortuus:
hoībꝫ ꝯformis ī natura: pene ob-
noxia: q̄ꝫuis n̄ pctō ſubiecta. Sꝫ
ſeptena pueri oſcitatio: figura-
bat receptionem ſeptem donoꝝ
ſpūſſancti. poſtq̄ꝫ mortu⁹ aperu
it oculos. id eſt vidit ⁊ cognouit
myſteria que pri⁹ erant occulta.
Hoc ergo fecit helyze⁹. id eſt in-
carnat⁹ dei filius. qꝺ tamen gie
ſi: id eſt moyſes cū ſuo baculo. i.
cū rigore legis facere nequit. vn̄
ante xp̄m non erat vox neqꝫ ſen-
ſus. Adoratio aūt matris figu-
rabat deuotōem fideliū. qui reco
gnoſcentes dei beneficia in reſu
ſcitatiōe filij: gr̄as agūt. Reuer-

ſio vero ꝓphe in galgala figura-
bat aſcẽſionẽ xp̄i in celũ: vbi non
habitãt niſi galilei. i. q̇ ꝑfecte de
miſeria ad gl'am trãſmigrãt.
V Dicit̃ ergo ꝙ hec mĺier. ſ. natu
ra humana venit ꝑ ſctõꝝ patruꝫ
deſideriũ ad helyzeũ. i. ad dei fi-
liũ in mõte carmeli. i. in celo. Di
cebat enĩ dauid ſibi in ps. Dñe
inclina celos tuos ⁊ deſcẽde: tan
ge mõtes ⁊ fumigabũt. ⁊ Iſaias
Utinã dirũperes dñe celos ⁊ de
ſcẽderes Eſa. lxiiij. quã cũ vidiſ-
ſet. i. cui⁹ deſideriũ cũ approbaſ-
ſet: miſit ad eã giezi. i. ppl'm iſra
eliticũ: q̇ prius nouit miſc'diam
dñi ⁊ infirmitatẽ generꝭ humãi.
Mulier tñ noluit plene ĩdicare
nec dolorẽ ſuũ: nec debilitatẽ vi-
ri ſui: nec mortẽ nati ſui. qꝛ ſcie-
bat ꝑ eum remediari non poſſe.
Quid ergo fecit cũ venit ad dei fili-
um. eo mõ q̄ eſt dictũ: appꝑhendit
pedes eius. i. alligauit fortiť bo-
nitatẽ ⁊ veritatẽ eius. Pedes eĩ
qui portauerũt dei filiũ cũ deſcẽ
dit in mũdum fuerũt bonitas eius
ꝓmittẽs beneficia. ⁊ veritas im-
plens ꝓmiſſa. Quaꝫ cũ vellet a-
mouere giezi. i. iudaic⁹ ppl's. qui
ſolũ ꝯfidebat ĩ lege: nec curabat
de alicui⁹ auxilio niſi ſolũ moy-
ſi ⁊ antiq̃ꝝ patrũ. nec credebat ꝙ
aliq̇s liberator ventur⁹ eẽt q̇ eſſet
ver⁹ de⁹. dixit ei ſup. ꝑ aliq̄s pro
phetas. dimitte illã ſup. vt poſtu
let aduentũ meũ. ⁊ dicat: Ueniat
deſiderat⁹ cunctis gẽtib⁹. ⁊ mul
ta v̄ba talia ꝓphaꝝ. Anĩa enĩ ei⁹

in amaritudine eſt. ſup. propter
mortẽ filij ſui. quã tñ tu non po-
tes dulcorare. ⁊ dñs celauit a me
id eſt ꝑ me celandum eſſe voluit.
nec plene indicandũ homib⁹: do
nec ego veniẽs iſtũ filiũ ſuſcitarẽ
Mors enĩ humani generis ⁊ re
demptio paucꝭ hoĩb⁹ fuerũt no-
ta. ẽt q̇buſdã angel' fuerũt occulta
donec ꝑ eccleſiã didicerũt. Sꝫ q̇d
iſta mulier anxia conqueſta fuit
iſti helizeo. qꝛ dederat ei filiuꝫ q̇
ſtatim nat⁹ in ꝑmis hoĩb⁹ mor-
tuus fuit. q. d. illuſiſti mihi. dan
do ſup. filiũ quẽ ſtatim ꝑdidi. q.
d. meli⁹ mihi fuerat ip̄m non ge
neraſſe. Quid tũc ergo. helizeus
volens mundũ cõuincere de im
potẽtia tꝑe legis moyſi. qui cõui
cerat eũ de igrãtia tꝑe legis natu
re miſit giezi. i. iudaicũ ppl'm cũ
baculo ſuo. i. cũ duricia ⁊ rigore
legis: mandans ei vt ipſum po-
neret ſuꝑ mortuo. i. totã legis ef
ficaciaꝫ mortuo applicaret. Q̄d
cum feciſſet: nõ ſurrexit mortu⁹.
qui iacebat tunc in lecto helyzei:
id eſt in cruce ieſu xp̄i. Statim eĩ
vt fuit mortu⁹: poſuit euꝫ mater
ſua in iſto lectulo: ſciens ꝑ ꝓphe-
tas ꝙ non poterat in alio lectulo
ſuſcitari. Mulier tñ confidens
ſolum in virtute helyzei: noluit
cum dimittere: nec cum giezi re-
dire. quã miſericors dei fili⁹ ſeq̇
voluit: deſcẽdens in mundũ: in
greſſuſqꝫ domũ mulieris. i. mun
dum in quo erat gen⁹ humanuꝫ
mortuum. Ingreſſus dico ꝑ car

nis aſſumptionē.clauſit oſtium
ſup.ꝑ qđ introierat.i.matrē ſuā
ſemꝑ incorruptā eſſe voluit. Fu
it enī ſꝑ porta clauſa ꝑ quaꝫ ipſe
ſolus intrauit ⁊ exiuit. Et nova
cat a myſterio qđ đr ꝙ clauſit o-
ſtiū ſuꝑ ſe ⁊ ſuꝑ mortuū.qꝛ chri
ſto ſtatim ꝯcepto in ꝟginis vte-
ro:ſtatim fuit in eo totū genꝰ hu
manū. Ipſe enī eſt ille ſamarita-
nꝰ q̇ poſuit ſauciatū ſuꝑ iumen-
tū ſuū.i.ſuꝑ corpꝰ ſuum. x

Quid vltra ingreſſus domuꝫ
orauit.xp̄s enī multas orōnes fe
cit ī mđo:⁊ orare docuit.ꝓ ſuſci-
tatione mortui.in cuiꝰ figura la
chrymari voluit cū lazarū ſuſci-
tauit.⁊ aſcēdit ſup. ſtatiꝫ ꝯceptꝰ
ſuꝑ crucē penalitates aſſumēdo.
vel aſcēdit.qꝛ ſolus ſine pctō cō-
ceptꝰ fuit.⁊ īcuruauit ſe ſuꝑ mor
tuū.i.exinaniuit ſemetip̄m:for-
mā ſerui accipiēdo.⁊ poſuit os
ſuū ⁊c̄.i.ꝯformauit ſe mortuis:
vera membra hūani corꝑis aſſu
mendo. Et incuruatꝰ ſtetit ſuꝑ
eum.i.ſic exinanitꝰ ⁊ humiliatꝰ
vſqꝫ q̄ in celū aſcēdit.⁊ calefacta
eſt caro pueri mortui. Cōcepto
enī ⁊ nato dei filio:ſtatim huma
nū genꝰ ſentire cepit dīnā virtu
tem:⁊ diſpoſitōem ad verā vitā

Ulteriꝰ ille helyzeꝰ huc atqꝫ il
luc ambulauit. Ibat enī ieſus ꝑ
ciuitates ⁊ caſtella.ꝑ iudeā ⁊ ſa-
mariā:vitā predicās gentilibꝫ et
iudeis:nō ſuffeciſſet mortuo eiꝰ
natiuitas niſi mors ſecuta fuiſ-
ſet,iođr hic. Sed quid ꝙ aſcēdit
iterū ⁊ incubuit iteꝝ. Xp̄s enim
volens ꝑficere qđ inceperat qui
prius aſcēderat crucē:penalitatē
aſſumendo.aſcēdit iterū cruceꝫ:
corꝑaliter in eo ſuſtinēdo.⁊ incu
buit ſuꝑ mortuū.qꝛ inclinato ca
pite tradidit ſpm̄.ac ſi tradēs pa
tri ſpm̄ vellet oſculari genus hu
manū.⁊ tūc vere reuixit mortuꝰ
Et oſcitauit ſepties.quia merito
mortꝭ xp̄i attraxit genꝰ hūanum
ſpm̄ grē ſeptiformis. Mors etiā
xp̄i dedit virtutē ſeptē ſacr̄is ec-
cleſie ꝑ q̄ hoīes recipiūt ⁊ attra-
hunt grām ac reſpirāt. Tūc etiā
aperuit oculos ſup.mentꝭ ad in
telligendū ſcp̄ture myſteria. Ag
nus enī occiſus ſolus fuit dignꝰ
ſcripture librū aꝑire. Hoc facto
dixit helyzeus giezi.i. ap̄lis q̇ fue
rūt iudei:vt vocarēt ſup.p̄dican-
do ſunamitē.i.naturā humanaꝫ
tam in iudeis q̄ꝫ in gentilibꝫ ad
verā ſup.xp̄i fidē. Que ſic voca-
ta venit ad chriſtū ⁊ ab eo recepit
filiū viuū.q̄ nimirū ingrata non
fuit.ꝑ fideles nanqꝫ pp̄los proci
dit ad pedes ieſu ⁊ adorauit.i.de
tanto beneficio grās egit. Heli-
zeus vero noſter reuerſus eſt in
galgala:id eſt aſcendit in celum

y Quantū auteꝫ ad ſenſum
tropologicum ſciēdū ꝙ iſta mu-
lier ſignat peccatricē animam.q̄
mulier dicitur propter mētis de
bilitatem.ſed ſunamitis:id ē ca-
ptiua ⁊ miſera propter culpe ſer
uitutem. Uir eius q̄ꝫ diu eſt ī pec
cato eſt diabolus cuiꝰ facit vo-

luntatem. Helyzeus vero christū ſignat. Mons carmeli celuꝫ ſicut priꝰ Giezi prelatos eccleſie ſignat: qui debent eſſe videns ꝓn cipium: id eſt ſibi videre ⁊ aliȷ̃s. qui aliquando ſunt imitatores giezi vendendo ſpiritualia bona Baculus ſignat auctoritatē paſtoralem. Domꝰ quam intrauit ſignat ꝯſcientiam. Oſtium huius domꝰ ſignat volūtatem humanam. Filius mortuus ſignat peccatricis anime ſpiritum: qui eſt mortuꝰ ꝑ peccatū. Lectulꝰ in quo iacet ſignat peccati ſtatuꝫ. vel crucis lignū in q̄ ſtatim debet eum mater ſua ponere ꝑ deuotionem: ſi eiꝰ expectare debeat ſuſcitationem. aliunde enim nō poteſt eſſe niſi ex virtute cruc̄. Incubatio prophete ſuꝑ mortuum ſignat christi benignū ⁊ condeſcenſiuum affectū. Aſcenſus vero prophete ſuper lectulū ſignificat virtutem chriſti: ꝯtra peccatū: precipue virtutem paſſiōis chriſti. et coaptatio ꝓphete qua coaptauit membra mortui mēbris ſuis conformitatem vite que debet eſſe inter penitentem ⁊ xp̄m. Q, autē nō ſolū ſemel aſcēdit ⁊ incubuit: ſed etiā bis: ſignificat ꝙ chriſtꝰ nō ſolum peccatores ſemel ad penitentiā excitat: nō ſolū eis ſemel ꝯdeſcendit: ſed etiā frequēter: donec ſuſcitentur. Septena oſcitatio eſt gr̄e ſeptiformis attractio. Oculoꝝ auteꝫ apertio eſt ſalubris agnitio, q̄ verus penitens cognoſcit ſeip̄m. Et mulieris adoratio eſt penitētiū humiliatio. ⁊ grāruꝫ actio ꝓ peccati remiſſiōe. Sed q̇d: helyzeus nūc deſcēdit in aīam ꝑ gratie infuſionē. ⁊ q̇ deſcendet in fine ad ſentētie ꝓmulgationem reuertetur: cū ipſa aīa in galgala in celū ꝑ gl̄e collationē. Quid ḡ facere debet peccatrix aīa. certe venire ad xp̄m ꝑ deuotionē ⁊ deſideriū. atq; pedes eiꝰ app̄hendere. i. firmiter credere in ſua bonitate: q̄ ꝓmittit penitentibꝫ indulgentiā. ⁊ in ſua veritate q̄ totū ꝑficit qđ ꝓmittit. Et ſi aliq̇ ſacerdotes ſunt ei nimis auſteri ꝓpter pctōꝝ magnitudinē. q. volentes eam amouere a miſcđia xp̄i: ſtet ipſe firmiter. q: ipſe ꝯſolabit̄ eaꝫ Item ſi aliqui ſacerdotes cū baculo vel cura paſtorali dicant ei: ꝙ ſuſcitabitur eius filius: ſi ipſe ſubeat grauem ⁊ duram ⁊. q. importabilem penitentiā: ipſe penitens non dimittat chriſtū. quia ipſe benignꝰ ⁊ miſericors intrabit domum ſuā. i. ꝯſciam: claudet oſtiū. i. volūtatē eiꝰ ne diabolus intrās impediat ſuſcitatōeꝫ. orabit ꝓ ipā deū p̄rēꝫ. aſcēdꝫ ſuꝑ lectulū. i. oñdet ſuā v̄tutē ꝯ peccatuꝫ. incūbet ſuper eam. id eſt ſibi condeſcendendo ſuam infundet gratiam. Ambulabit huc atq; illuc per domum conſcientie viſitando omnes anime potentias. et ipſas ad actus debitos excitando. Et ſic ſurget puer

de morte ad vitã. oſcitabit ſepti
es.i.grãm ſeptiformẽ attrahen-
do. Aperiet oculos: ſeipſam co-
gnoſcendo q̃ ſe ignorauerat pri-
us q̃ facto ne poſſit argui de in-
gratitudine vocata per paſtores
eccl'ie: debet ſemꝑ venire ad chri-
ſtũ ꝑ deuotionẽ: ruere ad pedes
eius ꝑ humiliationez. adorareqꝫ
ipſum ꝑ grãrũactionẽ. vt tandez
chriſto poſt iudiciũ reuertẽte ad
celũ: ⁊ ipſa reuertaꝛ cũ ipo. Pa
tet ꝯcordia inter epl'am ⁊ euãge-
lium qđ ſcribiꝛ Lu. vij. ⁊ incipit:
Ibat ieſus in ciuitatẽ q̃ vocatur
naym ⁊c. In lectiõe ſeu epl'a iſta
vt viſum eſt. agiꝛ ad lrãz de ſuſci
tatione filij mulierꝭ iacentꝭ in le
ctulo facta ꝑ helyzeũ: ꝑ quaz alle
gorice figurabaꝛ ſuſcitatio hũa-
ni generis iacentꝭ in lectulo. i. in
crucis ligno. Et tropologice ſu-
ſcitatio ſpũs peccatricꝭ aĩe iacen
tis in lectulo. i. pcĩ ſtatu. Cui ſꝫ
vtrãqꝫ expoſitionẽ ꝯcordat euã-
liũ. In q̃ agiꝛ de ſuſcitatõe ꝑ chri
ſtũ facta filij vidue iacentꝭ in lo-
culo. quẽ xp̃s tetigit. ſicut helize
us lectulũ illuz aſcendit. ⁊ ſicut
poſt ſuſcitatõem factã ꝑ helyzeũ
mr̃ adorauit ⁊ grãs egit. Sic et
poſt iſtã q̃ facta fuit ꝑ chriſtum:
omnes q̃ viderũt: magnificaue-
rũt deũ dicẽtes. qꝛ ꝓpha magnꝰ
ſurrexit in nob. longe ſupple ma
ior q̃ꝫ fuerit helyzeꝰ. ⁊ qꝛ deꝰ viſi
tauit plebẽ ſuã. Placeat g̃ chriſto
ꝙ ſic nos a morte pcĩ ſuſcitet vt
cũ ipſo ꝑpetue viuere valeamꝰ.

Feria ſexta poſt letare.

In diebus
illis. Egrota. filiꝰ mu-
lieris ⁊c. iiij. Reg. xvij.
Z Oſtenſum fuit heri ſic appa
ruit. ꝙ ſynagoga iudeoꝝ nõ po-
tuit ſuſcitare genꝰ hũanũ mortu
um cũ legis auxilio. Giezi eñi cũ
baculo helizei ſuſcitare nõ potu-
it filiũ ſunamitꝭ. qđ tñ eccl'ia po
tuit ꝑ virtutẽ chriſti ⁊ grãm no-
ui teſtamẽti. Helyzeus nẽpe qui
xp̃m ſigt: caput ⁊ ſponſuz eccl'ie:
incũbens ſuꝑ mortuum: ⁊ ſe ſibi
ꝯformans: ip̃m a morte ſuſcita-
uit. Ut aũt iſta manifeſtiꝰ appa-
reant: oñdiꝛ nobis in iſta lectiõe
allegorice expoſita in hoc ꝙ ſyna
goga iudeoꝝ: q̃ ꝑ iſtaz figurabaꝛ
viduã. etiã pñte vita. i. xp̃o filiuz
ſuũ. i. iudaicũ ppl'm ꝑdidit no-
uo mortis genere. i. infidelitate ⁊
ꝯtemptu chriſti ſibi ſubtractũ. q̃
tãdiu mortuꝰ extitit donec verꝰ
helyas. i. ieſus xp̃s ipſuz accepit
de ſinu vidue. i. carnal' legis ob-
ſeruantia. ⁊ portauit in cenaculũ
ſuũ. i. ipſum incorꝑauit eccleſie.
tuncqꝫ ille filiꝰ. i. iudaicꝰ ppl'us
q̃ꝫ tũ ad multos reuixit in princi
pio eccl'ie. ⁊ reuiuit q̃tidie: ⁊ reui
uet pleniꝰ in fine. Non ergo mi-
rũ ſi ſynagoga cũ legis auxilio ñ
potuit ſuſcitare genꝰ humanum
mortuũ. q̃ pñte vita nõ potuit a
morte infidelitatꝭ ꝓpriũ filiũ pre
ſeruare. Quãuis aũt hiſtoria hu

ſius lectõis tp̄e p̄ceſſerit hiſtoriã
ſtatim p̄expoſitam . ſicut helias
heliꝫeum. cõuenienter tñ illaꝫ ec⸗
cleſia p̄poſuit iſti . q꞉ illa cõtinet
generali⁹ myſteriũ . ſcꝫ morteꝫ ꝛ
ſuſcitationeꝫ generis hũani. iſta
vero ꝯtinet myſteriũ ꝑticulari⁹.
ſcꝫ mortẽ ꝛ ſuſcitatiõem iudaici
ꝑp̄li. cõuenienter etiã iſta legitur
in hac ſexta feria. q꞉ iſta die q̃ ad
lr̃am anno p̄mo q̄ xp̄s fuit mor⸗
tuus fuit p̄ma dies menſis p̄mi.
ſcꝫ ap̄lis. in qua q̃rebat̃ agn⁹ im⸗
molãd⁹. xiiij. die ad veſperaꝫ eiuſ
dem menſis. ꝑpter ſuſcitationem
lazari factam iſta eadem die. fuit
nãqꝫ facta ad lr̃aꝫ illa die qua ec
cleſia eam recitat. h̄ eſt hodie vt
mgr̃ dicit. cogitauerũt ih̄m iter⸗
ficere. Unde d꞉ Joh̄. xj. q̄ ab illo
die cogitauer̃t vt interficerẽt eũ.
ꝑpter qḋ ab iſta die in antea vſqꝫ
ad paſca eccl'ia memorat chriſti
paſſionẽ. vnde ꝛ dñica ſeq̃ns di⸗
cit̃ de paſſione. Jſta etiã die cay⸗
phas dixit illud verbuꝫ Joh̄. xj.
Expedit vobis ꝛc̃. Uerum dixit
q̄uis a ſemetipſo nõ fuerit locu⸗
tus. Si em̄ ih̄us nõ fuiſſet mor⸗
tuus: gens iſta tota ſpũaliter per
iſſet. Sꝫ quia mori voluit: aliqui
de illo pp̄lo fuerũt ſaluati: ꝛ ad⸗
huc ſaluabunt̃ plures. Cõueniẽ⸗
ter ergo hodie legit̃ pñs lectio . q̄
ꝯtinet myſtice ſuſcitatõeꝫ iudai⸗
ci populi factam ꝑ verũ helyam.
id eſt ih̄m xp̄m. hoc eſt ꝑ ei⁹ paſ⸗
ſionem : q̄ hodierna die incepit.
Circa igit̃ iſtam lectionem ſic ꝓ⸗
cedamus. p̄mo em̄ ponem⁹ ſen⸗
ſum hiſtoricũ ꝛ lr̃alem . ſecundo
allegoricũ ꝛ ſpũalem . tertio tra⸗
pologicum ꝛ moraleꝫ . Quantũ
ad p̄mũ ſciendũ q̄ iſta hiſtoria
ꝯtigit i diebꝫ Achab regis iſrael
qui fecit malũ corã dño ſuꝑ oẽs
reges q̄ p̄ceſſerãt ip̄m. qui nõ ſo⸗
lũ adorauit vitulos aureos iero⸗
boam filij nabath: ſed ꝛ baal de⸗
um ſydonioꝝ. ꝑpter iezabelẽ vxo⸗
rem ſuã. de q̄ habet̃. iij. Reg. xiij.
Et ꝯtigit iſta hiſtoria poſtquam
fuit reedificata ihe: icho. ꝛ poſtq̄ꝫ
helyas dixit ad achab q̄ ꝓpt̃ pec
cata ſua nõ eẽt ros nec pluuia: ni
ſi iuxta verba oris ſui. ꝛ poſtq̄ꝫ
etiã ip̄e timens achab: abſcondit
ſe de mãdato dñi in torrente ca⸗
rith. vbi corui deferebãt ei panẽ.
ꝛ poſtq̄ꝫ ſiccato torrẽte: ipſe abijt
ex precepto dñi in ſareptã ſydo⸗
nioꝝũ. vbi facto miraculo de au⸗
gmentatione farine ꝛ olei: pauit
eũ q̄dã vidua q̄ habebat vnicũ fi
liũ: apud quã cũ ipſe moraret̃: cõ
tigit iſtud factuꝫ. A Circa
qḋ q̃ttuor ſcꝑtura h̄ deſcribit. ſcꝫ
filij caſum doloroſum. Matris
planctũ q̃ruloſuꝫ. ibi. ⌊Dixit g̃ ad
helyã⌋. tertio ꝓph̄e factũ miracu⸗
loſuꝫ. ibi. ⌊ꝛ ait ad eã⌋. q̃rto cãti⸗
cũ vidue g̃roſuꝫ. ibi. dixit g̃ mu⸗
lier⌋. Dicit̃ g̃ q̄ꝫtũ ad p̄mũ p̄mit⸗
tẽte eccl'ia ⌊Jn diebꝫ illis⌋ſup. q̄
dicti ſũt. ⌊egrotauit fili⁹ mulier⌋
mr̃iſfamilias. ꝛ erat languor for
tiſſim⁹: ita vt nõ remaneret in eo
alitus⌋. i. tm̄ morbꝫ inualuit q̄

mortē induxit: ⁊ ſine reſpiratiōe
cadauer pueri remanſit. No-
tandū ꝙ hec mulier fuit illa vi-
dua ſareptana q̄ heliā pauerat. ⁊
in cuiꝰ domo ꝓdigiū fecerat de
augmento farine ⁊ olei. ⁊ apud
quā adhuc etiā morabat̄. hec di-
cebat̄ mr̄ familias. qꝛ cū eēt ſine
viro: ipſa ꝑ ſe regebat familiam
domꝰ ſue. vn̄ locū tenebat pr̄is fa
milias domꝰ. Tradūt āt hebrei
ꝙ iſte ſuꝰ filiꝰ fuit ionas q̇ poſt-
ea meruit ſpm̄ ꝓphetie. qḋ ſi verꝫ
eſt tūc oportet dicere ꝙ amathi
pr̄ jone de q̄ Jone. j. fuit vir iſtiꝰ
mulieris. ⁊ ꝙ iſte amathi fuit ꝓ-
pheta. ſm̄ regulā q̄ dicit: ꝙ prēs
oīm q̇ ponunt̄ in titul' eorundeꝫ
fuerūt ꝓphe. ſicut amos pr̄ Iſaie
⁊ helchias pr̄ Jeremie. ⁊ beeri pr̄
oſee. ⁊ phanuel pr̄ iohelis. Quā
tū vero ad ſcōm addit̄. ⌊Dixit ḡ
ad helyam. Quid mihi ⁊ tibi vir
dei⌋. i. q̇d tu habes ꝯ me: ⁊ quid
ego demerui apud te. ⌊Ingreſſꝰ
es ad me⌋ Adhuc nāqꝫ morabat̄
in domo ſua. ⌊vt rememorarent̄
iniq̄tates mee: vt interficeres fili
um meū⌋. i. ſm̄ mgr̄m: vt in cō-
paratiōe ad tuā eq̄tatem maior
appareat mea iniq̄tas. ac ꝑ hoc i
terfectio filij mei ſeq̄ret̄. Multū
hūiliabat ſe mlier ſctā. pctīs cui
ſuis ⁊ iuſticie dei q̇ ſp̄ recordat̄ ꝯ
oīb': filij ſui attribuebat morteꝫ

Cōſequēter ſubdit q̄rtum ad
tertiū. ⌊Et ait ad eā⌋ ſup. helias
Ubi notandū ꝙ in iſto ꝓdigioſo
ope multa ꝯcurrerūt. ſ. ꝙ ꝓphe-
ta puerū de ſinu matris accepit: ⁊
ꝙ ipm̄ in ſuū cenaculū portauit
ipmqꝫ ſupra lectū ſuuꝫ poſuit. ⁊
ꝙ ad dn̄m clamauit. Inſuꝑ ⁊ ꝙ
ſe ſuꝑ eū tertio menſurauit. ⁊ ꝙ
iterū orās: ſuſcitatōem eiꝰ ꝓme
ruit. ⁊ ꝙ deſcēdens in inferioreꝫ
domū matri viuum dedit. Que
oīa ſicut videbit̄ aliquid myſtice
deſignabant. Dicit̄ ergo ⌊Et ait
ad eā. Da mihi filiū tuū. Tulit-
qꝫ eum de ſinu eiꝰ ⁊ portauit in
cenaculū vbi ipe manebat⌋ Ce-
naculū erat camera parua in q̄ ⁊
comedebat ⁊ cenabat. ⌊Et poſu
it ſuꝑ lectulū ſuū⌋. Sancti viri
legunt̄ hr̄e lectulos hūiles ⁊ par
uulos. ſicut hic de helya dr̄. ⁊. iiij
Regū. 4. de helyzeo. ⌊Et clama
uit ad dn̄m ⁊ dixit. dn̄e deꝰ meꝰ
etiā ne viduā apud quā ego vtcū
qꝫ ſuſtētor afflixiſti. vt interfice-
res filiū eiꝰ⌋. q. d. nō ſolum affli
gor in ꝑſona mea q̇ fugi a facie
achab. eo ꝙ mihi mortē minaba
tur. ⁊ q̇ ſiccato torrente nō habui
qḋ potarē: ſed etiā ꝓpter me: vt vi
det̄. alij affliguntur: vt apparet ꝯ
iſta vidua q̄ filiū ſuuꝫ ꝑdidit. a-
pud quā ego vtcūqꝫ ſuſtentabar
Et ſignāter dicit vtcūqꝫ. qꝛ pau-
per mulier habūdāter ei miſtra
re nō poterat. verūtn̄ ſatis de pa
ne ⁊ oleo poterat ſibi dare. quia
ydria farine nō defecit. ⁊ lechitꝰ
olei nō fuit imminutꝰ. B

Sequit̄. ⌊Et expandit ſe atqꝫ

menſus eſt ſup puer̄ trib⁹ vici-
bus ].i. poſuit os ſuū ſup os pu-
eri. ⁊ oculos ſuos ſup oculos pu
eri. ⁊ coaptauit ſe ſic̄ potuit cor-
puſculo pueri. Sil'r legit̄ de hely
zeo. iiij. Regū. iiij. [ Clamauitq̄
ad dn̄m ⁊ dixit. dn̄e de⁹ me⁹. re-
uertat̄ oro aīa pueri hui⁹ in viſce
ra ei⁹ ]. Argumētū q̄ plene mor
tuus fuerat. ⁊ aīa ipſi⁹ ab ei⁹ cor
pore fuit ſepata. [ Et exaudiuit
dn̄s vocē helie: ⁊ reuerſa ē aīa pu
eri intra eū ⁊ reuixit. Notādū
ſicut dr̄ Jaco. vlti. Multū va-
let orō iuſti aſſidua. Iſte enī he-
lyas nob̄ hō ſilis ⁊ paſſibil' orōe
ſua impetrauit pluuiā. ſuſcitauit
mortuū: ⁊ deſcēdere fecit ignem
ad interficiēdū magnū hoīm nu
merū. Sequit̄. [ Tulitq̄ helyas
puerū: ⁊ depoſuit eū de cenacu-
lo in inferiorē domū: ⁊ tradidit
mr̄i ſue ] Camera in q̄ morabat̄
helyas q̄ vocat̄ h̄ cenaculū in ſu-
periori pte erat dom⁹. vidua v̄o
cū ſuo filio ⁊ alia faīlia ipi⁹ infe-
ri⁹ morabat̄. [ Et ait illi. En vi-
uit fili⁹ tu⁹ ]. Deinde q̄z tn̄ ad q̄r
tum ꝯcludit̄ ] Dixitq̄ mlr'ier ad
helyam. Nūc in iſto ].ſ. ope pdi-
gioſo [ cognoui ].ſ. ſpecial'r [ qm̄
vir dei es tu ] ſup. q̄ multū potes
apud deū. [ Et v̄bū dn̄i ī ore tuo
ver̄ eſt ].i. ea q̄ loq̄ndo p̄dic̄ au
ctoritate dn̄i. vera ſūt. q̄r ip̄a mi
raculis ꝯfirmas. Notādū q̄
licet iſta ml'ier pbauerit helyā eē
virū dei in augmēto farine ⁊ olei
ſpecial'r tn̄ pbauit hic ī iſto ope.

quia inter miracula maius repu
tat̄ ſuſcitatio mortuor̄. Quan
tū ad expoſitionē allegoricā ſciē-
dum q̄ iſta mulier vidua ſigni-
ficat ſinagogā iudeor̄ moiſi, q̄ndā
viri dei ſolacio. diſtātiā Helyas
vero: q̄ interpretat̄ de⁹ me⁹: ſig-
nificat ieſum xp̄m. Sarepta aūt
quā ingreſſus eſt helyas: mūdū
iſtum ſignificat: quem ingreſſus
fuit dei filius: carnem aſſumen-
do. Apud iſtam viduam mora-
batur helyas in ſarepta: que pa-
ſcebat illum. ⁊ cui ipſa impetra
uit augmentum farine ⁊ olei. q̄r
dei filius ingreſſus mundū qua
ſi ſemper manſit in terra iudeo-
rum. in qua ⁊ corporaliter paſt⁹
fuit. ⁊ cui ipſe quantū fuit in ſe
farinam. i. ſacre ſcripture intelli
gentiam. ⁊ oleū ſupple ſpiritua
lis gratie augmentauit. Fili⁹ au
tem hui⁹ vidue ſignificat iudai-
cum populū. qui ingreſſo helya
in ſareptam: ⁊ manente apud vi
duam. i. dei filio in mūdū: ⁊ mo
rante apud ſynagogā cepit egro-
tare fortiſſime febre. ſcʒ incredu
litatis. ſm̄ gloſam. Spreuit nā-
q̄ Chryſtum iſte populus. non
credidit in ipſum. cogitauit ip̄m
interficere: quod tandem fecit: p
pter quod fuerunt mortui iudei
ſpūaliter. ⁊ meruerunt pditionē
temporalem. ſcʒ iſtam diſperſio
nem ⁊ captiuitatem factā poſt-
modū p romanos. Contigit eī
eis oppoſitū ei⁹ qđ dixerāt Joh.
xj. Si dimittim⁹ eum ſic: veniēt

romani ⁊c. Vñ ingreſſus xp̄i in
mundū ⁊ mora ipſius apud eos
fuit eis occaſio nō data: ſed acce-
pta huiꝰ mortis ſue ſpūal' nō ꝑ-
ditionis tꝑalis. q2 aliq̇ ex iudeis
videlicet illi q̇ facti fuerunt fide-
les cognouerunt. Cenaculū aūt
helie ſignat eminentiorē partē ec
cleſie. ſ. ſtatū apl'oꝝ. q̇ manſerūt
in iſto cenaculo ſion vbi xp̄s cū
eis cenauit. de q̄ Matth. xxvj. et
Actu. j. Domꝰ vero inferior: ſta-
tū deſignat ſubditoꝝ ſeu eccle
ſiaſtice multitudinis. cui totali-
ter p̄eſt auctoritas apl'ica. Lectu
lus etiā helie deſignat crucē dñi
cam: in q̄ iacuit ⁊ in q̄ meridie. i.
hora ſexta crucifixꝰ cubauit. O-
ratioq3 ipſiꝰ helie ꝓ ſuſcitatione
mortui figurabat orōnē xp̄i: pre
cipue illā quā fecit ꝓ toto genere
humano. ⁊ ſpecialiter ꝓ iudeis ⁊
ſuis crucifixoribꝰ. paſſioni ꝓpin-
quꝰ: ⁊ cruci ſlig affixꝰ. Sȝ tria mē
ſuratio q̄ mēſus ē tertio ſuꝑ pue
rū ſignificabat ſm̄ glo. menſurā
fidei trinitatis. quā xp̄s fecit per
apl'os ſolenniter p̄dicari. Et be-
ne dicit̄ ꝙ fides hȝ menſurā Ro
ma. xij. q2 fides nihil ↄtinet ſuꝑ-
fluū: nihilq3 diminutū. Ad iſta
omīa ſecuta fuit ſuſcitatio plu-
rium iudeoꝝ ⁊ reſtitutio ſpūal'
vite: ⁊ redditio ſue vere mr̄i. id ē
eccl'ie ꝑ ſynagogā figurate. q̄ nō
fuit ingrata: ſed ꝓrupit in laudiſ
canticū. d. chriſto. Nunc cogno-
ui q2 vir dei es tu. id eſt virtꝰ dei
es tu. ⁊ iſta omīa maiorē effectū
habebunt q̄ↄtum ad iudeos in fi
ne mundi. qñ reliquie iſrael ſal-
ue fient. ¶ Dicit̄ ḡ allego-
rice ꝙ ingreſſo helya. i. dei filio in
mundū ⁊ morante apud ſynago
gam in iudea: filiꝰ vidue. i. eiuſ-
dem ſynagoge: q̄ dicebat̄ mr̄ fami
lias q2 toti familie iudaice preſi
debat. Filiꝰ vero. i. ppl's iudaicꝰ
ꝓpter xp̄i doctrinā vitā ⁊ miracu
la egrotauit languore fortiſſimo
id eſt ſm̄ glo. incredulitatiſ febre
ſpernens chriſtū: ⁊ nō credēs in
ipſum: cogitans ip̄m occidere: ⁊
tandē occidens. ⁊ tā fortis fuit
iſte languor ꝙ induxit ei mortē
ſpūalem: ⁊ meruit ꝑditionē tꝑa-
lem: vñ nō remāſit in eo aliquod
ſignū vite: nec attractio gr̄e: nec
emiſſio laudis diuīe. q2 ⁊ in ipſo
nō fuit alitꝰ. Et certe ingreſſus
xp̄i in m̄dm ⁊ mora apud iude-
os fuit eis occaſio nō data: ſȝ ac
cepta huiꝰ duplicis mortis. ⁊ ꝙ
ipſa ſynagoga vel ſaltē aliq̇ de ea
cognouerūt ⁊ agnoſcent in fine.
vñ dixit ⁊ dicet xp̄o. Ingreſſus
es ad me ⁊c. i. vt ꝓpter ↄtēptum
tue ſctitatiſ maior appareret mea
iniquitas. ac ꝑ hoc ſeq̄ret̄ interfe
ctio mei filij. Sed q̇d: helyas nr̄
id ē xp̄s accepit iſtū mortuū d̄ ſy
nu mr̄is. i. aliq̄s iudeos de car-
nali obſeruantia legis ꝑ quā eſti
mabāt ſe foueri. Et portauit ſuꝑ
ple per ſuam inſpirationem ī ce-
naculum ſuū. id eſt ſubiecit do
ctrine et cure apoſtolorum ac
ſucceſſoꝝ eorundē ⁊ myſterio ſa-

cramētoꝝ ī qb⁹ xp̄s cenat.i. fide
les ſibi incorporat. Et poſuit ſu
ꝑ lectulū ſuū.i. ſuꝑ virtutē ſue
crucis ⁊ merito ſue paſſionis ꝑ
quā portauit oīa pctā nr̄a p̄ſen-
tia:p̄terita ⁊ futura ſuꝑ lignum:
⁊ orauit ſup̄.in cruce ꝓ viuifica-
tione ipſi⁹. Et certe aliter nō eſt
nec fuit nec erit mortuoꝝ ſpūal'
viuificatio niſi iſto modo.ſ. v̄tu
te clauiū ⁊ myſterio ſacroꝝum ac
merito paſſiōis ⁊ orōnis xp̄i. que
oīa adhuc ſunt efficacia q̄ztū ad
hoc:⁊ erūt vſq; ad finē mundi.
Ulteri⁹ tertio menſurauit ſe ſuꝑ
puerū mortuū.id eſt p̄dicari fe-
cit ſolenniter trinitatis fidē vel
fidem catholicā:q̄ generaliter eſt
de trib⁹.ſcz de ipſa diuinitate q̄n
tum ad eſſentiā ⁊ ꝑſonas.opib⁹
diuinitatis:q̄ ſunt creatio:ſctifica
tio ⁊ glorificatio.⁊ de his q̄ ſunt
credēda de v̄bo īcarnato ad iſta
fuit ſecuta.⁊ ſeq̄tur ampli⁹ viui
ficatio iudeoꝝ. Quo facto fecit
eos ⁊ faciet deſcēdere ī domū in
feriorē.i. incorꝑauit ⁊ incorꝑa-
bit eos eccl'iaſtice multitudini:⁊
ita reddidit eos et reddet matri
ſue vere.q̄ ingrata nō fuit nec e-
rit:ſed ꝓrupit ⁊ ꝓrūpet in gr̄arū
actiones.d.xp̄o: Nunc cognoui
⁊c. D Quantū aūt ad expo-
ſitionē ad ſenſū tropologicum:
mulier iſta vidua ⁊ materfamili-
as deſignat eccl'iam q̄ regit totā
xp̄i familiā.⁊ eſt iā vidua.i. cor-
poralis xp̄i p̄ñtie ſolacio deſtitu
ta. Fili⁹ iſte mortu⁹ ſig̃t quēlibz
pctōrē q̄ violētia febris.i. pecca-
ti ſpm̄ gr̄e exalauit. Helias xp̄m
ſig̃t.cui⁹ ingreſſus ī mōm eſt cā
mal' xp̄iāis ꝓpter mariā īg̃titudi
nē mortis ⁊ ruine ſpūal'. grauiuſ
enī peccāt codē pctī genere fide-
les q̄z infideles.qđ recognoſcenſ
eccl'ia dicit xp̄o. Ingreſſus es ad
me ⁊c.i. vt ꝓpter bñficia tue gr̄e ī
gratitudo mea maior ſit.ad [illegible]
ſequit̄ interfectio filij mei.i. ma-
gne partis ppl'i xp̄iani. Sed q̄d
xp̄s ſꝑ miſericors accipit mor-
tuū de ſinu mr̄is.i:eccl'ie ⁊ por-
tat eū in cenaculū ſuū.i. ſua īſpi-
ratione trahit ip̄m ad ſacr̄a eccle
ſie.ſ. pnīe ⁊ eucharistie in q̄b⁹ ip̄e
cenat.⁊ ponit eū ſuꝑ lectulū ſuū
.i. ſuꝑ virtutē ſue paſſiōis ⁊ cru-
cis:⁊ orādo ꝓ ip̄o clamat ad deū
p̄rem.eſt enī aduocat⁹ nr̄ vſq; ad
finē mōi.vt dr̄.j. Joh.j.⁊ intro-
iuit in ip̄m celum vt appareat
nūc vultui dei ꝓ nob. Hebreo.x.
Mēſurat q; ſe tertio ſuꝑ ip̄m.i.
facit ip̄m ſibi ꝯformari ꝑ tres ꝑ
tes pnīe.q̄ ſunt ꝯtritio: ꝯfeſſio et
ſatiſfactio. vl' ꝑ tres ꝑtes ſatiſfa-
ctionis ꝯdigne.ſ. ꝑ orōnes: ieiu-
nia ⁊ elemoſynas.⁊ ſic plene reſti
tuit̄ ſpūali vite. Quo facto vt cō
ſeruet̄ in vita ⁊ ne moriat̄ iterū:
reddens eū mr̄i ſue.i. eccl'ie. vt ſit
deinceps de numero filioꝝ eius
ac merito. deponit eū ī inferiorē
domū.i. ponit ipſum in obediē-
tia ⁊ diſciplina rectoꝝ eccl'ie.ꝑ q̄
ſpūalis vita in hoīb⁹ ꝯſeruatur.
Et certe mr̄ iſta non eſt ingrata

de tanto bñficio: ſed ſꝑ agẽs gra-
tias pro ſuſcitatiõe ſui filij. d. ei.
Nũc cognoui qm̃ vir dei es tu.
id ẽ v̾tꝰ dei es tu ad ſuſcitãduz ꝑ
grãm: mortuos ꝑ culpã. venit ei
hora ⁊ nũc eſt qñ mortui audiẽt
vocẽ filij dei. ⁊ q̇ audierint viuẽt
Joh. v. ⁊ v̾bũ dñi in ore t. verũ ẽ.
verbũ. ſ. illud qḋ dr̄ Ezech. xviij.
Cũ auerterit ſe impiꝰ ab ĩpieta-
te ſua: ⁊ fecerit iuſticiã: ipſe aĩam
ſuã viuificabit. Patet concor
dia inter iſtã eplam ⁊ euãgelium
qḋ incipit. Erat q̇dã langues ⁊c̃
Joh. xj. In hac enĩ lectõe ſic̃ ap-
paruit fit mẽtio de lãguore egro
tantis: q̇ mortẽ induxit quẽ hely
as a morte ſuſcitauit. Et ĩ euan-
gelio fit mẽtio de lãguore infir-
mantꝫ. ſ. lazari: q̇ etiam languor
mortẽ induxit quẽ ſepultũ ⁊ liga
tũ inſtitis ſuſcitauit orãdo ⁊ la-
chrymãdo verꝰ helyas ieſus xp̃s
⁊ ſuis aplis tradidit ſoluẽdum.
Et ſi q̇s diligẽter ꝯſideret ꝑ vtrã
qꝫ lectõem idẽ ꝑ oĩa allegorice ⁊
tropologice deſignat̃. Placeat
xp̃o vt ſic nos a morte ſuſcitet et
ſoluat a pctõꝝ vinculis. vt ei ſer
uire libere valeamus.

## Sabbato poſt Letare.

Hec dicit
dñs. In tp̃e placi-
to exaudiui te ⁊c̃.
Eſa. xlix. E
Oſtenſuz fuit ĩ p̃cedẽtibꝫ ꝙ ſyna
goga cum auxilio legꝭ nõ potuit
hoies a morte ſpũali p̃ſuare: nec
ab ea ſuſcitare. q̃ tñ põt eccl'ia ꝑ
v̾tutẽ xp̃i ⁊ grãm noui teſtamẽti
In h̾ aũt ſolẽni ſabbo in q̃ ſacri
celebrant̃ ordies oñdit̃ nobis ꝙ
eccl'ia tp̃e grẽ ꝑ v̾tutẽ xp̃i ⁊ graꝫ
noui teſtamẽti p̃cipue p̃mitiuã q̃
fuit tp̃e aploꝝ (q̇bꝫ ſuccedũt ĩ of
ficio ꝓmoti ad ſacros ordies) ha
buit ⁊ hꝫ ꝑ v̾tutẽ xp̃i nouiqꝫ teſtĩ
ptãtẽ ⁊ efficaciã ad q̃ttuor. ſ. Ad
deuotaꝝ precũ exauditõem. Ad
iuſtoꝝ opeꝝ executõez. Ad cũcta
rũ gentiũ ꝯuerſionẽ. Ad digna-
rũ laudũ exhibitõez. Ad q̃ q̃ttu-
or ſynagoga nũqꝫ fuit efficax per
v̾tutẽ legꝭ. vñ ⁊ ſi aliq̇ iuſti q̇ fue-
rũt tp̃e ſynagoge. vtpote moyſes
dauid: helias: helyzeꝰ: ⁊ pl'es alij
fuerũt exauditi a deo: ⁊ iuſticiam
oꝑati. ipiqꝫ digne deũ laudaue-
rũt. ⁊ aliq̇ ex eis gẽtes ꝯuerterũt.
ſicut ionas conuertit niniuitas:
iſtud fuit q: erãt figura xp̃i. vl' h̾
nõ fuit v̾tute legꝭ vl' ſacroꝝ eius
ſed v̾tute grẽ ⁊ fidei quam habe
bant. ⁊ q: ad verã xp̃i eccl'iam ꝑ-
tinebant. Ad euidentiã aũt huiꝰ
lectionis ſciendũ ꝙ verba iſtius
xlix. capl'i Eſaie. de q̃ ſumpta eſt
pñs lectio ſm glo. p̃ncipaliter ex
ponũt̃ de xp̃o ⁊ p̃mitiua eccia ſpõ
ſa ſua. Verba enĩ illa q̃ ponunt̃
in p̃ncipio ca. ſ. dñs ab vtero vo-
cauit me ⁊c̃. nõ ſic ꝓprie exponun
tur de aliq̇ ſicut d̾ chriſto. nec de
Jeremia: nec de Johe baptiſta.
qḋ ptꝫ ꝑ illud qḋ dr̄ ꝯſeq̃nter illi

ad quē dirigebant verba. dedi te
in lucē gentiū ꝛc. ſic xp̄s ꝑ apl'os
vocauit. Nec exponi pn̄t de iſto
meſſia quē adhuc iudei expectāt.
tum qꝛ ventur⁹ non eſt. tū qꝛ ſm
intentionē eoꝝ: erit tm̄ iudeoꝝ
nō gentiū ſaluatoꝛ. Illa ḡ q̄ ꝯti-
net pn̄s lectio ꝓmiſſa fuerūt a deo
pr̄e xp̄o ei⁹ filio ꝛ eccl'ie: maxime
primitiue. Pōt aūt hec lectio ſic
diuidi. Primo eni ꝓmittit eccle
ſie mira efficacia. Scd̄o excludi
tur q̄rundā falſa ſn̄ia. ibi. [Et di
xit ſion]. In p̄ma pte ꝓmittebat
xp̄o ꝛ ip̄i eccl'ie virtus ꝛ efficacia
ad q̄ttuoꝛ. ſ. Ad dep̄candū gra-
tioſe. cū p̄mittit [in tp̄e placito]
Et ad opandū ꝟtuoſe. cū addit.
ꝛ in die ſalut[is]. Et ad p̄dicandū
etiā fructuoſe. ibi. ꝛ ſuaui te. Et
ad laudandū gratioſe. ibi. lauda
te celi. Et qm̄ iſta q̄ttuoꝛ debent
eſſe p̄cipue in ꝓmotis ad ſacros
oꝛdines: maxīe in ſacerdotib9 q̄
xp̄m repn̄tāt. ꝛ ſunt p̄ncipales ī
eccl'ia. id̄o ꝯuenienter legit hec le-
ctio iſta die. Ip̄i eni p̄ ceteris ha
bent offerre ſolennes oꝛōnes. ex-
ercere ꝟtuoſas opationes. face-
re ſalutiferas predicatōes. ꝛ deo
exſoluere dignas ꝛ letas grāꝝ-
actiones. Quantū igit ad pri
mū dr̄ ſic [Hec] q̄ ſequūt [dīc do
min⁹] ſupple pr̄ xp̄o eius filio.
ſm glo. [in tempe placito]. i. in
tempe gratie qd̄ incipiet in aduē
tu ſuo in carne. de quo apl'us. ij.
ad Corinth. vj. Ecce nūc temp⁹
acceptabile ꝛc. ꝛ ad Gal'. iiij. At
vbi venit plenitudo tp̄is ꝛc. In
tēpe dico iſto placito et accepto
[exaudiui te]. id eſt exaudiā te.
Erat eni ꝓphetia d̄ futuro: ſed ꝓ
pter immobilē certitudinē ponit
preteritū ꝓ futuro. ſicut eni cer-
tum eſt preteritū fuiſſe. ita certū
erat predictū ꝓphetice debere im
mutabiliter euenire. Exaudiuit
aūt de⁹ pater chriſtū in ſuis oꝛa-
tionib9 ſemꝑ. Ipſe enim dicit ei
Joh. xj. Scio qꝛ ſemꝑ me audis
Unde apl'us ad Hebre. v. dicit
de chriſto. ꝙ in dieb9 carnis ſue
preces ꝛ ſupplicatiōes offerens
exauditus eſt pro ſua reuerētia.
¶ Quantū autē ad ſcd̄m ad
dit. [Et in die ſalut[is]] ſup. huma
ne. que q̄dem dies eſt totum tem
pus gratie. ꝛ precipue dies illa ī
qua chriſtus pro nobis fuit cru-
cifixus. Illa enim dies proprie
fuit dies ſalutis humane. quan-
do ſcꝫ ip̄e dixit: conſummatū eſt
Joh. xix. In hac dicit pater [au-
xiliatus ſum]. id eſt auxiliaboꝛ.
[tui] ſupple in cruce dicentis. de
us meus. deus meus: vt q̄d de-
reliquiſti me Matth. xxvij. Cer
te in toto tempoꝛe quo chriſtus
fuit inter homines: precipue in
agonia paſſionis. deus pater au
xiliatus eſt ei: vt poſſet perficere
humani generis ſalutem: ꝛ vt ꝓ
ipſa toleraret acerbiſſimam paſ-
ſionem. In cuius ſignum appa-
ruit ei angelus de celo confoꝛ-
tans eum. Luce. xxij. Sic igitur
ꝓmiſit ei deus pater efficaciam:

ad deprecãdũ gratioſe: vt mere-
ret exauditionẽ: ⁊ operandũ virtu
oſe: vt mereret ꝯſũmatõem. ⁊ nõ
ſolũ iſta ꝓmiſit xp̃o: ſed etiã eccle
ſie in ipſo. ⁊ ſicut ꝓmiſſuȝ eſt: ita
implet. Ipſa eni᷑ merito xp̃i ⁊ ſue
orõnis: de q̃ dixit petro Luc. xxij
Ego rogaui ꝓ te vt nõ deficiat fi
des tua. Exaudit in ſuis deuotis
orõnibꝫ ⁊ iuuat in ſuis iuſtis ope
ratiõibꝫ. Et ꝙ iſta nõ ſolũ fuerũt
ꝓmiſſa xp̃o ſed ⁊ eccl'ie i ip̃o eui-
denter oñdit Apl's. ij. ad Corinth.
vj. cũ dicit fidelibꝫ referẽs verba
iſta. Hortamur vos ne inuacu-
um gr̃am dei recipiatis. Ait eni᷑
Tp̃e accepto exaudiui te ⁊c. ſeq-
tur. Ecce nũc tempꝰ acceptabile
⁊c. Et ꝑ iſtis duobꝫ ⁊ q̃ȝtum ad
xp̃m ⁊ eccl'iam fuit ꝓphia dauid
dicens in ps̃. Exaudiat te domi
nus in die tribulatiõis. ſ. q̃ȝtũ ad
primuȝ. Mittat tibi auxiliũ de
ſancto ⁊c. ſ. q̃ȝtũ ad ſcõm. Seq-
tur q̃ȝtum ad eccl'iaȝ. letabimur
in ſalutari tuo ⁊c. ⁊ ſeq̇t. in potẽ
tatibꝫ ſalus dextere eiꝰ. Et infra
Dñe ſaluũ fac regẽ ⁊c. Quãtũ
vero ad tertiũ p̃ncipale ſubditur
[Et ſeruaui te] vbi ſciendũ ꝙ p̃
dicatio xp̃i ⁊ eccl'ie fuit ordinata
ad federandũ diuiſos. ad ſuſcitã
dum mortuos. ad poſſidẽdũ ꝑdi
tos. ad diſſoluenduȝ ligatos. ad
dirigendũ deuios. ad nutriẽduȝ
mendicos. ad muniẽduȝ infir-
mos. ad colligenduȝ diſperſos.
Dicit ergo deꝰ pr̃ xp̃o filio eius.
[Et ſeruaui te] ſup. morte ſupe-
rata a corpis corruptõe. q2 nõ da
bo ſctm̃ ſup̃. corpꝰ tuũ videre cor
ruptionẽ. Ps̃. [Uel ſeruaui te]
faciens ſupp̃. cito reſurgere poſt
mortẽ. Uel [ſeruaui te] in apl'is
⁊ diſcipulis ⁊ alijs fidelibꝫ tuis.
q̃ ſunt corpꝰ: cuius tu es caput.
Tu eni᷑ hoc petiueras: d. in ps̃.
Conſerua me dñe ⁊c. [Et dedi
te]. ſup. ꝑſonã tuã. q̃ eſt caput. et
membra tua. q̃ ſunt huiꝰ capitis
mẽbra ſiue corpꝰ. [in fedꝰ ppl'i]
ſcȝ tã gentilis q̃ȝ iudaici. ad fede
randũ mecũ ꝑ caritatẽ ⁊ amicici
am. Aliq̃s ex iudeis ⁊ plurimos
ex gentilibꝫ a me ꝑ pctm̃ ſepara-
tos. De te eni᷑ ſcriptũ eſt ꝑ figurã
Geñ. ix. d. Arcũ meũ ponã i nu-
bibꝫ celi: ⁊ erit ſignũ federis inter
me ⁊ inter terrã. De tp̃e aduentꝰ
tui dr̄ Iere. xxxj. Ecce dies veni-
unt: ⁊ feriam domui iſrael ⁊ do-
mui iuda fedus nouũ. [vt ſuſci-
tares terrã]. i. vt doctrina ⁊ p̃di-
catione apl'oꝝ tuoꝝ ⁊ alioꝛũ fi-
deliũ ſuſcitares mortuos in pec-
catis ad vitã gr̃e. ⁊ ſepultos i ter
renis ad deſideriũ ſupnoꝝ. ⁊ nõ
ſoluȝ aliq̃s ex iudeis: ſed ⁊ pl'es
ex gentibꝫ. s̃. e. c. Parũ eſt vt ſis
mihi ſeruꝰ ad ſuſcitãdas tribꝫ ia
cob. ⁊ feces iſrl' ꝯuertendas. q. d.
paꝝ eſſet ſuſcitare iudeos a feci-
bus pctõꝝ: niſi etiã gentes ſuſci
tares. [Et poſſideres heredita-
tes diſſipatas]. i. ciuitates gen-
tium diuerſis erroribꝫ idolatrie
deſtructas. He eni᷑ ſunt heredi-
tates xp̃i. iuxta illud qđ ei dicit

pater in Pſ. Poſtula a me ⁊ da
bo tibi gentes hereditatē tuam:
et poſſeſſionē tuā terminos terre
Et certe cū eccleſia poſſedit ſic ci
uitates gentiū: fuit verificatum
verbū illū. O iſrael q̄ꝫ magna eſt
domus dei. ⁊ ingens locus poſ/
ſeſſionis eius. Baruch. iij. c. [Et
diceres] ſup. p̄dicādo per viros
apl'icos [his qui vincti ſūt] ſup.
peccatoꝝ funibꝫ Vn̄ pſ. Funes
peccatoꝝ circūplexi ſuut me. ait
peccatoꝛ [exite] ſup. de carcere
peccati. ſicut dictū fuit Petro in
carcere. Surge velociter. ⁊ ſtatiꝫ
ceciderūt cathene. ⁊c̄. Actuū. xij.
[Et his qui in tenebris ſunt [. ſ.
erroꝝ ⁊ ignorātie [reuelamī] id
eſt illuminamī. q̄ꝫtuꝫ ad iudeos
fuit dēm de xp̄o Eſaye. lx. Sur/
ge illuminare ieruſalē ⁊c̄. Et q̄ꝫ/
tum ad gētiles dixit Symeō Lu
ce. ij. Lumē ad reuelatōem genti/
um ⁊c̄. B Sequit̄ [Super
vias paſcent̄] id eſt ꝯuerſi p̄ do/
ctrinā eccl'ie ⁊ p̄dicationē [paſcē
tur] ſup. paſtu ſpūali [ſup vias]
id ē ſup ꝓphetaꝝ ⁊ aplꝭoꝝ doctri/
nas [Et in om̄ibꝫ planis]. id ē
doctrinis ad capiendū facilibus
[paſcua eoꝝ] paſcua ſcriptura/
rū ante xp̄m fuerūt aſpera: ſed pꝰ
xp̄m facta ſunt plana. Iuxta illō
Eſaye. xl. Erūt praua in directa.
et aſpa in vias pla. Bene ꝗ pōt di
cere qlibet ꝯuerſus ad fidē ⁊ vni/
tatē eccl'ie illud Pſ. In loco pa/
ſcue ibi me collocauit. q̄ꝛ xp̄s dic̄
Joh. x. Per me ſi q̄s introierit:

ſaluabit̄. ⁊ paſcua inueniet. Pa/
ſcua q̄dem verbi dei ⁊ ꝯſolatio/
nis interne. ⁊ ſic paſcent̄ ꝙ ſatia
bunt̄. vn̄ ſequit̄. Nō eſuriēt. ſup.
panē verbi dei. neqꝫ ſitient ampli
us. ſup. aq̄m ſapīe celeſtis. dic̄ gl'.
interlinia. Chriſtus em̄ eſt fide/
libꝫ panis viuus Joban. vj. cap̄.
Qui eſuriētes īplet bonis. ⁊ am/
plius nō eſuriēt Luce. j. Et fons
aque viue. quā qui biberit nō ſiti
et iterū Joh. iiij. Sequit̄ [Et nō
p̄cutiet eos eſtus. neqꝫ ſol]. id ē.
ſ̄m interlinia. nō nocebūt eis ad
uerſa ſeculi. q̄ꝛ ſup. cum patiētia
et gaudio om̄ia ſuſtinebūt. ſic dꝛ
de apl'is Actuū v. Jbant apoſto
li gaudentes a ꝯſpectu ꝯcilij. ⁊c̄.
Et poſſumꝰ diſtinguere inter e/
ſtum ⁊ ſolē. vt dicamus ꝙ eſtus
qui eſt qn̄ ſol latet ſub nube. ē ad
uerſitas ⁊ temptatio occulta. ſol
autē ſit aduerſitas manifeſta. Et
p̄ro vtraqꝫ dicit̄ fideli in pſ. Per
diem ſol nō vret te. Et Job. v. c.
Jn ſex tribulatiōibꝫ liberabit te.
et in ſeptima nō tanget te maluꝫ.
Bene dico. nō eſuriēt ⁊c̄. [q̄ꝛ mi/
ſeratoꝛ eoꝝ] qui ſup. redict eos
in miſericoꝛdia [reget eos] Jux
ta illud Exodi. xv. Dux fuiſti in
miſericoꝛdia p̄p̄lo quē redemiſti
[Et potabit eos ad fontes aqua
rū] qui q̄dem fontes ſūt ſcriptu
re veteris ⁊ noui teſtamēti. de q̄/
buſ Eſaye. xij. Haurietis aq̄s in
gaudio de fontibꝫ ſaluatoꝛiſ. Si/
mile dꝛ Apocalip̄. vij. Agnus in
quit, q̄ in medio throni eſt reget

eos. ꝛ ducet ad vite fontes aq̄rū.
[Et ponā eis ]ſup. qui conuertē
tur ad vnitatē eccľie [om̄es mon
tes meos ] id eſt oīa geſta ꝛ facta
apľoꝝ meorū [in viaȝ ]ſupple p
quā poſſunt incedere ſi ea velint
imitari [Et ſemite mee ] id ē ſm
interli. gradientes p ſemitas me
as [exaltabunť ]id ē de ſtatu pec
cati infimo in alto ſtatu ſcȝ gra
tie collocabunť. vt dicat quilibet
illud pš. Exaltas me de portis
mortis. Et illud Ecc̄i vlti. Exal
taſti ſuper terrā habitatiōem me
am. Uel etiā ſm interli. [Ponaȝ
omnes montes meos in viā ꝛc. ]
id eſt amouebo om̄ia impedimē
ta q̄ min⁹ poſſunt greſſu concito
ad eccľiam venire. ꝓpter qδ ſub/
ditur [Ecce iſti de lōge ]id eſt ab
oriente venient ſup. ad ciuitateȝ
eccľie [Et illi ab aq̄lone ꝛ mari ]
id eſt ab occidente [ Et iſti de ter
ra auſtrali ]id eſt de om̄ib⁹ parti
bus mūdi. quod fuit impletum
per apľos xpi. de quib⁹ in pš. In
omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ. ꝛc.
et Eſaye. lx. Ambulabunt gētes
in lumine tuo ꝛc. Et ſequiť. Dēs
iſti congregati ſunt venerunt ti/
bi. De iſta ꝯgregatiōe ſatis inue
nies Thobie vlti. Jeremi. xxxj. ꝛ
Ezechieľ. xxxvj. Apparet ex dictꝭ
virtus ꝛ efficacia ſingľaris p̄di/
cationis xpi ꝛ eccľie: merito ꝛ oro
ne ipſius. p ipſam em̄ fuerunt deo
federati qui erāt ab eo diuiſi. ſu/
ſcitati q̄ erāt mortui. poſſeſſi ab
eo q̄ erant perditi, liberati q̄ erant
vincti. illuſtrati q̄ erant ceci. refe
cti qui erāt famelici ꝛ ſitibundi.
ꝯfortati q̄ erāt infirmi ad ſuſtinē
dū aduerſa ſeculi. ꝯgregati ī oui/
le ſalutis q̄ erāt errabundi. et hoc
de vtroq; ꝑpľo. ſ. gētili ꝛ iudaico.
et de omnib⁹ ꝑtib⁹ orbis. ſic h dr
ad lřam [Ecce iſti de lōge veniēt
ꝛc. ] id eſt de omni genere peccati
vt allegorice loquēdo p iſtos qui
veniunt de longe intelligamus in
pctō ꝯſuetudinarios. pcti ꝯtem/
ptores. Uel etiā de venia deſpan
tes. Per illos aūt qui ab aq̄lone
intelligamus inuidos frig⁹ odij
ſecuȝ portātes. Per illos ℣o qui
a mari: intelligam⁹ iracundos ꝛ
ſupbos: cor amarū ꝛ tumidū ha
bentes. Et p illos q̄ de terra au/
ſtrali: intelligam⁹ cupidos et lu/
bricos. in quib⁹ furor vtriuſq; cō
cupiſcētie viget. Jſta aūt effica/
cia p̄dicatiōis fuit q̄ȝ maxie in p̄/
mitiua eccľia qn̄ illi p̄dicatores
pfectiſſime imitabanť xpm. et ad
huc durat in eccľia: ꝛ ſemp dura
bit. maxime per illos p̄dicatores
qui nō ſūt nec erunt degeneres a
xpi ſanctitate. ℌ Quantuȝ
℣o ad q̄rtū p̄ncipale ſubiungitur
[Laudate celi ꝛ exulta terra. iubi
late mōtes laudē ] Et pōt illud le
gi p̄dictiue. vt ſit ſenſus [lauda/
te. i. laudabūt. ſup. in eccľia tem/
pore gr̄e [celi ]. i. alij p̄ſidentes
[Exulta ]. i. exultabit [terra ]id ē
ſubditi ꝛ p̄latis obediētes [Jubi
late mōtes ]. i. iubilabūt montes
id eſt viri ꝯtemplatiui ſuper ali/

os ſe leuãtes. Uel [ celi ] id ē cõ-
tinẽtes et vitã celibem agentes.
[ terra ] id eſt ꝯiugati ⁊ curã terre
noꝝ habẽtes [ mõtes ] id eſt p̄lati
ſtatũ ſubditoꝝ ſpeculãtes. Cer-
te laus exultatio ⁊ iubilatio om
niũ ſctõꝝ eſt fuit ⁊ erit in eccleſia
xp̄i. vñ poſtq̄ꝫ ꝓpheta in pſ̄. mo-
nuerat celũ ⁊ terrã. mõtes ⁊ col-
les ad laudandũ deũ. oſtẽdenſ ꝙ
iſta laus debet eſſe ꝑfecta in eccle
ſia. ꝓpter hoc cõſeq̄nter dič. Can-
tate dño canticũ nouũ ⁊c̄. Ul' po
teſt totũ illud legi hortatiue. vt ꝑ
pter beneficia ſtatim deſcp̄ta mo
neat ad laudē dei angelos. vnde
ait. laudate celi. i. angeli ⁊ hoĩes
⁊ h̄ tam ſubditi q̄ꝫ p̄lati. propter
qđ ſubdit. iubilate mõtes. i. pla-
ti. Quocũqꝫ aũt mõ exponantur
ſtati h̄ aſſignat̄ cã ⁊ rõ hui⁹ ⁊ tã-
te laudatiõis ⁊ iubilatõnis. cum
ſubdit̄ [ Quia ꝯſolat⁹ eſt dñs po
pulũ ſuũ ] ſup. iudaicũ. multos
de ipis ad fidē vocãdo. Eſaye. xij
dicit̄ in pſona illi⁹ ꝓpl'i. Conuer
ſus eſt furor tu⁹: ⁊ ꝯſolat⁹ es me.
Cõſolatio aũt iſta magis deſcri
bit̄. cũ ſubdit ibidē. haurietꝭ aq̄s
⁊ poſt. Exulta ⁊ lauda. De chri-
ſto nãqꝫ dictũ fuit in figura Noe
Geñ. v. Iſte ꝯſolabit̄ nos ab opi
bus ⁊ laboribꝫ manuũ nr̄arũ in
terra cui maledixit dñs. Sequit̄
[ et paupeꝝ ſuoꝝ ] id eſt gentium
pauperũ. ⁊ oĩ bono carentiũ [ mi
ſerebit̄ ] ſup. de ipis pl'es ad fidē
vocãdo. Uñ pſ̄. Tibi eñ dereli
ctus eſt paup. i. ꝓpl'us gẽtilis qui
erat orphanus. i. ſine pr̄e. orpha
no tu eris adiutor. Et nota ꝙ in
toto iſto ꝓceſſu Eſayas tenꝫ mo
rē ꝓphicum. Cũ eñ eſſet ꝓphetia
de futuro. q̄ tñ iã impleta eſt: ali-
qñ ponit verba p̄teriti tp̄is. ali-
qñ futuri ] Sequit̄ vltima
pars lectõis. vbi ꝯcludit̄ quorũ-
dã falſa ſnĩa. cũ ſubiũgit̄ [ Et di
xit ſyon. Ubi ſciendũ ſm̄ gloſaꝫ.
ꝙ ſyon ⁊ ieruſalē accipiunt̄ quat
tuor mõis. Uno mõ ꝑ ciṫate ter-
rena q̄ iam d̄ſtructa eſt. Alio mo
pro eccl'ia militãte. Tertio mõ ꝑ
triũphãte. et iſtis tribꝫ modis ve-
re accipit̄. De p̄ma intelligit̄ illđ
Math. xxiij. Jeruſalē ierl'm que
occidis ꝓphetas. De ſcđa pſ̄. Di-
ligit dñs portas ſyon. De tertia
illud ad Gal'. iiij. Illa q̄ ſurſũ eſt
ierl'm: libera eſt. Sꝫ q̄rto mõ ſu-
mit̄ ꝑ illa quã fingũt iudei de ce-
lo deſcenſurã. de qua intelligu nt
finē libri Ezechiel'. De ſyon auteꝫ
p̄mo mõ ⁊ ſecundo dicta exponit̄
pars iſta. Ubi duo fiũt. Primo
nanqꝫ ponitur falſa opinio. Se-
cundo opiniõis excluſio. ibi [ nũ
quid obliuiſci ⁊c̄. ] Pro p̄mo di
citur [ Et dixit ſyon ] terrena iu-
daici populi caput ⁊ domĩa [ de-
reliquit me dominus ] ſupple ca
ptiuam ⁊ miſeram et ſeruitutem
legis et gentium ſuſtinentē [ Et
dominus oblitus eſt mei ] ſup-
ple nullum de filijs meis a ſui-
tute liberando. et ad libertatem
gratie trahendo. de quo conq̄rit̄
pſalmiſta. Uſqꝫ quo dñe obliui-

ſceris me in finē. Et alibi. Obli-
uiſceris inopie noſtre ꝛ tribulati
onis noſtre. Uel ſic [Et dixit ſy-
on ]id eſt militās eccl'ia [dereli-
quit me dñs ] ſup. in manib⁹ ro
manoꝝ. qui longe tpe. me affli-
xerūt [Et dñs oblitus eſt mei ]
ſup. vt videt. q2 etiā poſt roma-
nos miſit m'ltas gētes q me affli
xerūt. vtpote hunos. alanos. ꝛ vā
dalos. gothos. ꝛ ſaracenos. ꝛ qđ
peius fuit falſos fratres. i. hereti
cos. Iſta fuit ſentētia quoꝝūdā
in pmitiua eccl'ia. ꝙ deus ſcʒ de-
reliqſſet ſuā eccl'iam. ꝓpter violen
tiā tyrannoꝝ. ꝛ fraudulentiā he-
reticoꝝ. cotra quā ſniam ꝯpoſu-
it Aug. librū de ciuitate dei. Pro
ſecūdo aūt. ſ. ꝓ opīonis hui⁹ ex-
cluſione addit dulcis ꝛ grōſa re-
ſpōſio dei. et hoc q̄cunq; mō ſyō
accipiat. ait eñi ſic deus [Nūqd
obliuiſci pōt mulier infantē ſuū
vt nō miſereat filio vteri ſui. ſup
ple mētis duricia vincēs nature
iura. q̄ſi diceret nō [Et ſi illa ob-
lita fuerit ] ꝛ hoc ſup. ſit poſſibile
[ego tñ nō obliuiſcar tui ] ſyō. ſ.
terrena qn aliq̄s de tuis filijs li-
berē ꝛ ad libertatē grē vocē. qđ ī
pletū fuit in pncipio eccl'ie. et q̄ʒ
maxime implebit in fine. Ul' [nō
obliuiſcar tui ]ſyon id ē militās
eccl'ia. qn te ſup. a pſſuris roma-
naꝝ ꝛ alioꝝ gentiū liberem: tibi
pacē tpis ꝯcedēs. qđ impleri in-
cepit ſub magno Cōſtātino. ma
gis impletū fuit ſub Karolo ma
gnifico. ꝛ pfectiſſime ꝯplebit ī fi-
ne mortuo antixpo. Fecit eñi ꝛ fa
ciet dextera excelſi grōſam muta
tionē. Uñ Pš. dixerat. Nūquid
obliuiſcet miſeri deus: aut ꝯtine
bit in ira ſua miſericordias ſuas
ſtatim ſubdit ꝯſolatōem dicens
Et dixi nūc cepi: hec mutatō dex
tere excelſi. Cōcludit aūt eccleſia
[ait dñs omps ] Pater cōcor
dia inter epl'am ꝛ hodiernū euan
geliū. qđ ſcribit Joh. viij. ꝛ inci-
pit. Ego ſum lux mūdi ꝛc̄. In i-
ſta lectiōe nāq; deſcripſit Eſa. ꝓ
pheta virtutē ꝛ efficaciā doctrine
xpi. quā qdem ꝓphetiā ipſe chri-
ſtus oſtēdit impletā. cū dicit: do-
ctrinā ſuā eſſe mūdi directiuā et
erroꝝ effugatiuā. dicēs. Ego ſuʒ
lux mūdi. ꝛ q ſequit me ꝛc̄. H eniʒ
deus pater pmiſerat. cū dixerat.
Dedi te in fedus ppl'i: vt diceres
his q in tenebris ſunt reuelami-
ni. Dicit etiā ī euāgelio doctrīaʒ
ſuā eſſe verā ꝛ autenticā ꝛ saluti-
ferā. quia ei teſtimōiū phibebat
deus pr̄. Placeat ergo ſibi ꝙ ſic
nos illuminet ſui euāgelij doctri
na: vt tandē nos illuminet clari-
tate celi. Quod nob ꝯcedat. Am̄

## Dñica in paſſione.

Christus aſ- c
ſiſtens pontifex ꝛc̄. Ad
Hebre. ix. K Per
totā ebdomadā īmediate pcedē-
tem oñſum fuit nobis m'ltiplici
ter eminētia eccl'ie reſpectu ſyna-
goge ꝛ legis euangelice reſpectu

moſayce. Et q̄nia poſſet aliq̄s q̄rere. vnde habet eccl'ia eminentiā reſpectu ſynagoge. ⁊ lex noua reſpectu veteris. Idcirco in hac ſolenni dn̄ica legit̄ iſta pauli epiſtola ad hebreos directa in q̄ rn̄det̄ ſufficiēter huic queſtiōi. In ipſa nanq̄ oſtendit apl's. q̄ totā eminentiā quā habet eccl'ia reſpectu ſynagoge. ⁊ lex euangelica reſpectu moſayce: habet a paſſiōe xp̄i. ⁊ a vero ſacrificio q̄d ipe ꝓ nobis in ara crucis obtulit: incōparabiliter eminentius ⁊ efficaci⁹ ſacrificijs veteris legis: q̄ ipam figurabant. Et ꝯuenienter iſta ep̄l'a in qua agit̄ de ſanguinis chriſti aſperſione ⁊ mortis ꝑpeſſiōe: legitur in hac dn̄ica que dicit̄ de paſſione xp̄i. qm̄ ab hac die in antea vſq̄ in diē paraſceues recolit eccleſia dn̄icam paſſionē. Poſt ſuſcitationē enim lazari. q̄ ſm magiſtrū in hiſtorijs fuit in illa ſexta feria in q̄ illā recolit eccl'ia. id ē immediate precedēti. q̄ anno dominice paſſionis fuit prima dies aprilis. in q̄ ſm legē debebat q̄ri agnus imolandus. xiiij. die ad veſperam: cogitauerūt iudei. vt dr̄ Joh. xj. agnū verū. ſ. ieſū chriſtum interficere. ꝓpter q̄d iſta dominica imediate ſequēs vocatur de paſſione. Heri etiā ſero in veſperis fuit dict⁹ hymn⁹. vexilla regis prodeunt. Iſta aūt vexilla q̄ttuor ſunt cruc̄ cornua que fuerūt ornata regis purpura: ⁊ agni veri ſanguīe rubricata. ꝓpter q̄d iſta die legit̄ ep̄l'a in q̄ de xp̄i ſanguine apl's loquit̄ multū efficaciter ⁊ deuote. Et ſciendū q̄ apl's in iſta ep̄l'a oñdēs efficaciā ſacrificij q̄d xp̄s ī cruce ꝓ nob obtulit effectū ei⁹ duplicē deſcribit. q̄ruz p̄m⁹ eſt generis hūani redēptio. ſcd̄s eſt noui teſtamēti ꝯfirmatio. Primū deſcribit cū dicit [ Xp̄s aſſiſtēs pontifex ]. ſcd̄m cū addit [ Et id̄ noui teſti ] Circa primū oñdit duo. ſ. ipſā redēptionē. et redēptōis ꝓbationē. Prīo q̄ xp̄s nos redemit. cū dr̄ [ xp̄s aſſiſtēs pontifex ]. ſcd̄o q̄ nos redimere potuit. ibi. [ Si enī ſanguis hircoꝝ ⁊c. ] Adhuc in p̄ma pte tangit tria. ſcʒ Redemptoris ſtatuʒ [ Xp̄s aſſiſtēs inq̄t pontifex ] Et redimēdi modū. ibi. [ neq̄ p ſanguinē ] ⁊ redēptōis fructum. ibi. [ Eterna ] Eſt enī ſtat⁹ redēptor̄ nobil'. Mod⁹ redimēdi humiliſ Fruct⁹ redēptōis vtilis. Statū vero redēptoris nobilē oſtendit Apl's ex triplici eminētia. ſ. ſanctitatis. cū dicit [ xp̄s. [ ptātis. cū dicit [ aſſiſtens ] Et dignitatis. cū ſubdit. [ pontifex. ] Dicit ḡ ſic ſe ꝯtinuās ad p̄cedentia. Sacerdos leuitic⁹ ſel' ītroibat ī āno ī p̄tē tabernaculi manufacti. q̄ dicebat̄ ſctā ſctōꝝ. nō in ſanguīe proprio: ſʒ in ſanguīe hoſtie. i. vitule rufe. In tabernaculo etiā manufacto introibāt ſacerdotes ad offerendū hoſtias ⁊ munera. q̄ nō poterāt iuxta ꝯſciam ꝑfectū facere ſeruientē Sed pontifex noſter

ieſus chriſtus nõ ꝑ hoſtias nec ꝑ
alienũ ſanguinẽ.ſꝫ ꝑ ꝓpriũ ĩtroi-
bat in tabernaculuꝫ nõ manufa-
ctum.i.in ſctãſctõꝝ celeſtia.q̃ fi-
gurabanť ꝑ ſctãſctõꝝ manufa-
cta. Uñ dicit [xp̃s ].vnct⁹ oleo
gr̃e.in pſ̃. Unxit te de⁹ de⁹ tu⁹
oleo leticie.ac ꝑ hoc ſctũſſctõꝝ.
cui⁹ ſanctitas in totũ corp⁹ eccle
ſie ſe diffudit[ Aſſiſtens ]. ſ.deo
pr̃i ad interpellandum ꝓ nobis.
Roma.viij.[ Aſſiſtens ] etiam ꝓ
nobis ad iuuandũ. Actu.vij. Ec
ce video celos aꝑtos ⁊c̃. Et [ aſſi
ſtens pontifex ] ſup.ad offerẽdũ
ꝓ nobis hoſtiã. Heb.vij. Talez
habem⁹ põtificẽ ⁊c̃.[ Pontifex ]
dico [ futuroꝝ bonoꝝ ]ſup.largi
tor gr̃e ⁊ glorie:q̃ tp̃e legis erant
futura. Juxta illud pſ̃. Gr̃am ⁊
gloriã dabit dñs. Jſte dico pon-
tifex nõ ꝑ tales hoſtias introiuit
in ſctã ſicut illi:ſed ꝑ alias vt pa
tebit. Eſt ergo ſtat⁹ redemptoꝛ
ſublimis ex triplici eminẽtia ſu-
pra dicta.tum qꝛ xp̃s.tum quia
pontifex futuroꝝ bonorũ.tũ q̇a
aſſiſtens. L Lr̃a aũt que ſeq̄-
tur dupliciter legiť. Uno modo
ſm̃ ꝙ ly ꝑampli⁹ eſt vna pars.⁊
tũc tabernaculũ ſumitur ꝓ celo
Alio mõ ſm̃ ꝙ ly ꝑ ⁊ ampli⁹ ſũt
due partes.⁊ ly per eſt ꝑ̄poſitio.
⁊ tunc tabernaculũ accipiť ꝓ xp̃i
carne vera:quã ꝓ nobis obtulit.
in qua diabolũ expugnauit. Pri
mo mõ ſic [ Chriſt⁹ ] ſup.põtifex
intrauit tabernaculũ ] .i.celũ.ſu-
miť enĩ hic figurans ꝓ figurato.
ſm̃ glo.qꝛ tabernaculũ vet⁹ q̃n-
tũ ad illã ꝑtẽ q̃ dicebať ſctãſctõ-
rũ:figurabat celũ.qđ eſt taberna
culũ qđ nequaq̃ traſferri poteſt
Eſa.xxxiij. Tabernaculuꝫ dico.
[ ꝑampli⁹ ].i.multo ampli⁹ q̃ꝫ ta
bernaculuꝫ vet⁹.qꝛ plures capit
Jo.xiiij. Jn domo pr̃is mei mã-
ſiones multe ſunt.[ ⁊ ꝑfecti⁹ ] qꝛ
ibi eſt eterna beatitudo. Jn vete
ri aũt appebat ad horã glĩa dñi
in nubecula q̃dã.tabernaculũ di
co[ nõ manufactũ ].ſ.hũana opa
tione:ſꝫ dĩna.qđ exponẽs ſubdit
[ id eſt nõ hui⁹ creatõis ].i.ꝯſilis
factionis.ſicut ſup.illud qđ fuit
in heremo.qđ q̇dẽ fuit factũ ope
hũano. Exo.xxvj.iſtud aũt ope
diuino.ꝙ̃ tabernaculũ glĩe eſt ap
petibili⁹ ſuꝑ oĩa mõi tabernacu
la.tum qꝛ ſpacioſi⁹ ad capiẽdũ.
tum qꝛ durabili⁹ ad retinenduꝫ.
tum qꝛ precioſi⁹ ad poſſidendũ.
Jntrauit dico iſte põtifex.ſꝫ quõ
[ nõ ꝑ ſãguinẽ hircoꝝ aut vitulo
rũ ] effuſum.ſup.ſic̃ fiebat in ve-
teri teſtamẽto. Jntrabat nãq̃ꝫ põ
tifex in ſctãſctõꝝ cũ ſanguine vi-
tule ruſe vel hirci. Leuiti.xvj.⁊
Nume.xix. Jſte aũt nõ ſic intra-
uit tabernaculũ ꝑ̄dictũ.[ ſed ꝑ ꝓ
priũ ſanguinẽ introiuit ſemel in
ſctã ] ſup.ſctõꝝ celeſtia. Uñ ex-
ponit qđ ſupra dixerat taberna-
culũ nõ mãufactũ. Heb.4. Ha
bentes pontificẽ q̇ penetrauit ce
los ieſum.[ Jntroiuit ſemel ] in
aſcenſiõe. Mar.vl.tũc enĩ intra
uit ꝑ ſe corꝑalr̃.ꝓ nob vo ſ̃tuali
ter.vel [ introiuit ꝑ ꝓpriũ ſangui
nẽ ſel ] ſup.in cruce fuſum. Non

enī ampliꝰ fundeꝛ.qꝛ illa vna ef-
fuſio ſufficiēs fuit. Ro.vj. Xp̄us
reſurgens ex mortuis:iā nō mo-
riꝛ ⁊c. Pꝫ ğ ſm illā expoſitōem
ꝙ modꝰ redimēdi fuit ſūme hūi
lis.qꝛ ſua paſſione nos redemit.
Paſſus aūt fuit:vt hic oñdiꝛ.vi
ctorialiter.qꝛ ꝑ ip̄am introiuit ī
ſctā. Dignāter.qꝛ ꝑ ꝓpriū ſangui
nē. Sufficiēter.qꝛ ſel. Seqꝛ ob-
latiōis fructꝰ.cuꝫ ſubdit.[eterna
redēptōe inuēta] Introiuit dico
ſꝫ ꝗ fructu.ecce.[inuēta] ſup.ab
ip̄o ꝓ nob.[redēptōe eterna]ꝗ in
antiq̇s ſacrificiȷ̄s nō potuit inue
niri. Et pꝫ ſūma ꝯmoditas fru
ctus ex trib᷑.ſ.ex rei ꝑdite recu-
peratiōe.qꝛ[inuēta]Ex ſuitutꝭ
oneratōe.qꝛ[redēptōe]. Et ex rei
acq̇ſite ꝑpetua duratiōe.qꝛ[eter
na] Et nota ꝙ ly eterna pōt con
ſtrui cū ly ſctā.in ſctā inq̇t eterna
Sctā enī in ꝗ intrabat pontifex
leuiticꝰ nō fuerūt eterna. qꝛ iam
trāſierūt. Uel pt ꝯſtrui cū ly re-
demptiōe. Redēptio nāqꝫ quam
xp̄s inuenit d̄r ſignanter eterna.
tum qꝛ redimēs eternꝰ.ſ.xp̄s.⁊
redēpti eterni.ſ.aīe ⁊ fructus re-
redēptōis eternꝰ.ſ.gl'ia. M

Scđo mō legiꝛ ſic.[xp̄s pon-
tifex] largitor ſup.nō carnaliū ⁊
p̄ntiū:ſꝫ[futuroꝝ bonoꝝ] ſicut
ṗus [Aſſiſtens].ſ.p̄ri.ſicut ṗus
ꝑ[tabernaculū].i.ꝑ carnē ſuam
quā ꝓ nob obtulit. Nihil enī in-
uenit in hoīb᷑ qđ offerret ꝓ eis.
Et idcirco carnē ſuā mundā ꝓ ī-
mūdis obtulit vt eos faceret mū

dos.[Tabernaculū] dico [per-
ampliꝰ]q̄ꝫ illud ſup.tabernacu-
lum aliud.⁊ hoc ꝓpter ꝯtinentiā
ſeu excellentiā ſanctitatis.[Ta-
bernaculū]dico [nō māufactū]
id eſt nō humano ope factum.qꝛ
nō ex ſemine virili:ſed opere.ſſ.
Luce.j. Sp̄ūſſanctꝰ ſuꝑuēi.t.⁊c
[id eſt nō huiꝰ creatiōis] hoc eſt
nō ſilis cū aliȷ̄s hoīb᷑.qꝛ aliȷ̄ ha-
bent duplicē corruptōem. culpe
ſcꝫ ⁊ pene.iſte autē tm̄ vnā.ſ.pe-
ne. Iſte dico pontifex nobis ad
futura pontē faciens [aſſiſtens]
ſcꝫ p̄ri ꝓ nobis ꝑ illud taberna-
culum].i.carnem ſuā ꝓpriā quā
ſtigmatiꝫatā ſibi oſtēdit ꝯtinue.
[introiuit in ſctā].i.in celeſtia.
nō q̇dem in alieno ſanguīe ſic le-
galis pontifex.qꝛ [nō ꝑ ſangui-
nē hircoꝝ aut vituloꝝ:ſed ꝑ pro
priū ſanguinē ſemel] expone ſi-
cut priꝰ.[in ſctā] dico [eterna]
id eſt in celeſtia.⁊ hoc [redempti
one]ꝓ nobis ſup.[inuēta] que
nō poterat ſup.ꝑ alia ſacrificia ī-
ueniri. Ul' ꝯſtrue ſic ṗus. eterna
redēptōe. Scđm p̄mū modū ex
ponēdi ly tabernaculū ꝯſtruiꝛ cū
ly introiuit. Scđm ſo aliū mo-
dū ꝯſtruiꝛ cū ly aſſiſtēs. Et ſm
vtrūqꝫ modū ī tota iſta pte:vt di
ctū eſt tāguntꝛ tria.ſ. Offerentis
ſtatꝰ.offerēdi modꝰ:⁊ oblatiōis
fructꝰ. Ex q̇b᷑ oīb᷑ pꝫ ꝑfectō no
ui ſacrificiȷ̄ qđ xp̄s ī cruce obtu-
lit.⁊ qđ omī die in eccl'ia īmolaꝛ
ſacfal'r. Idē eī ē ſacrificiū quod
xp̄s obtulit ⁊ qđ ſacerdotes nr̄i

offerũt. q̃zuis ſm aliũ modũ. q2
ipſe corꝑaliter. iſti aũt ſacr̃aliter
ac ꝑ hoc ptz ꝙ lex noua eſt ꝑfecti
oꝛ veteri. ⁊ ſacerdotiũ aplĩcũ le-
uitico. ⁊ ecc̃ia q̃z ſynagoga ¶ No
tandũ ãt ꝙ caro xp̃i ꝯgrue dr̃ ta
bernaculũ ꝓpt̃ militiã ⁊ acerbitatẽ
paſſionis. ꝑ ampli⁹ ꝓpter ꝯtinẽ-
tiã diuinitatꝭ. ꝑfecti⁹ ꝓpter eminẽ
tiã ſanctitatꝭ. nõ manufactũ pro
pter modũ ꝯceptõis. ⁊ nõ huius
creatiõis ꝓpter immunitatẽ cor-
ruptiõis. De tabernaculo veteri
q̃ztũ ad vtrãq; ſui ꝑtẽ. ⁊ de hiſ q̃
ꝯtinebant̃ in vtraq; ꝑte taberna
culi. ⁊ de ſacrificijs q̃ offerebant̃
q̃ztũ ad vtrãq; expoſitõem. ſ. lr̃a
lem ⁊ allegoricã: inuenies ſatis
plene notatũ in ſabbato q̃ttuoꝛ
tẽpoꝝ mẽſis ſeptẽbꝛis. ⁊ in ep̃la
q̃ incipit: tabernaculũ. [ Si eni
ſanguis ]. vbi poſtq̃z oſtendit ꝙ
xp̃s nos redemit: oñdit ꝑ locũ a
minoꝛi ꝙ nos redimere potuit.
⁊ intendit talẽ rõnez. Sanguis
aĩaliũ q̇ fundebat̃ in lege veteri.
⁊ q̇ tm̃ figurabat dñicaz paſſio-
nem fuit efficax ad emundatiõez
carnis. g̃ multo foꝛtius ſanguis
xp̃i ĩ cruce fuſus corꝑal̃r. ⁊ in ſa
cramẽto eccl̃ie exñs v̾tualiter. ac
ꝑ illũ preſignat⁹ figural̃r: eſt ef-
ficax ad emundatõez aĩaꝝ. ꝯña
ptz ꝑ illã maxĩam. Si illud qđ
min⁹ videt̃ ineſſe ineſt. ⁊ illđ qđ
magꝭ. ſed min⁹ videt̃ ꝙ ſanguis
aĩaliũ mundꝫ corꝑa. cũ ſanguis
magis habeat inq̇nare q̃z mũda
re: q̃z ꝙ ſanguis xp̃i dei q̇ hꝫ v̾tu

tem diuinã aĩas emundet. Cir-
ca iſtam rõnem ſic ꝓcedit. Prĩo
enĩ ponit minorẽ in q̃ fundat̃ an
tecedens. ſc̃do maiorẽ. q̃ eſt ꝯñs
ibi [ q̃zto magis ] In ꝑ̇ma aũt tã-
git tria. ſcꝫ ritum legalem in ſan
guinis aſperſione. cũ dicit. [ Si
enĩ ſanguis ]. Ritus virtutez in
ſanctificatiõe. cum addit. [ inqui
natos ſanctificat ] v̾tutꝭ q̃ntitatẽ
in emundatiõe. cũ ſubdit. [ ad e-
mundationem carnis ]. ¶
Ad euidentiã oĩm predictoꝝ
notãda ſunt tria. Primũ eſt ꝙ
ſm legem oĩs hõ tãgens moꝛtu-
um: ⁊ oĩs leproſus ĩmũdus erat
⁊ tanq̃z irregularis ſuſpenſus e-
rat ab ingreſſu tabernaculi. do-
nec ſm legẽ erat purificat⁹. De h̃
habes in leuitico in multꝭ locis
Sc̃dm ꝙ tales ĩmundi aſperſio
ne ſanguĩs aĩalis oblati munda
bãt̃ a talibꝫ irregl̃aritatibꝫ: ⁊ mũ
dati oſtendebant̃. Special̃r autẽ
ſicut habet̃ Num. xix. Accipie-
bat heleazar ſacerdos a Moyſe
vnã vitulã ſeu iuuencã rufam ſi
ne macula. ⁊ q̃ iugum nõ porta-
uerat. ⁊ eijciebat̃ extra caſtra. ⁊ in
loco mundo occidebat̃ in cõſpe-
ctu heleazari. ⁊ poſtea cõburebã
tur carnes ei⁹ cum pelle ⁊ fimo
in ꝯſpectu eiuſdẽ. q̃ ꝑ̇us ſanguĩe
ei⁹ aſperſerat ſepties ꝯtra faciez
tabernaculi. Quãdo aũt cõbure
bat̃: ponebat̃ in loco cõbuſtiõis
lignũ cedrinũ yſopũ ⁊ coccinũ. ci
neres vero ei⁹ immiſcebat ſacer
dos aqua. ⁊ totũ illud mixtũ vo

cabatur aqua expiatõis.qꝛ ea ex
piabanť immundi:⁊ q̇ erant irre
gulares ⁊ ſuſpenſi ab ingreſſu ta
bernaculi reddebantur habiles.
Tertium eſt ꝙ ille ſanguis figu-
rabat xp̄i ſanguinē.⁊ iſta vitula
rufa ieſum xp̄m.⁊ illa aqua expi
ationis figurabat ſacr̄a eccleſie.
q̄ habent virtutē a xp̄i ſanguine.
precipue baptiſm⁹.⁊ ſicut illa a-
qua immūdi fiebant habiles ad
ingreſſum terrēi tabernaculi. ita
digna ſuſceptiōe ſacroꝝ. p̄cipue
baptiſati fiunt hoīes habiles ad
ingreſſum tabernaculi celeſtis.
Hec omīa tangit gloſa valde dif
fuſe in hoc loco. vide. Dicit ergo
ſic ſe ꝯtinuans. Xp̄s ꝑ ſuum ſan
guinem redemptionem invenit.
qđ q̇dem poſſibile fuit.[Si enī
ſanguis hircoꝝ aut vitulorū].
ſupple ſm legem effuſus:⁊ ſuꝑ ī
mundos aſperſus.[⁊ cinis vitu
le] ſup. mixt⁹ aqua: que dicebať
expiatiōis. Leui.xvj.⁊ Nume.x.
[Aſperſus inqnatos].i. irregu-
lares ⁊ ſuſpenſos ab ingreſſu ta
bernaculi.[ſanctificat].i. ad in-
greſſum habilitat. amouēdo pe-
nam ⁊ irregularitatem legis. vel
[ſanctificat].i. mūdos eē demō-
ſtrat. ſicut dꝛ de leproſis. Leuit.
xiij. Et hꝰ [ad emundatōem car-
nis].i. carnalis pene ex cōtactu
mortui ꝯtracte. q̄ tñ oīa erant fi-
guralia ⁊ futura preſignantia.⁊
tñ tantā efficaciā hēbant. Seq̄ť.
[q̄nto magis] Ubi poniť ꝯñtis
fundamentū in maioritate. ſ. in

paſſione xp̄i. Et implicat ꝙ chri
ſtus paſſus eſt veraciter. qꝛ vſqꝫ
ad ſanguinis effuſionem.[San
guis inquit xp̄i] obedienter. q̄a
[per ſpm̄ ſctm̄] libenter. qꝛ [ſe-
ip̄m obtulit] innocēter. qꝛ [ima
culatum. vtiliter q̄ꝫtū ad duo. ſ.
q̄ꝫtum ad amotionē mali. vnde.
[emundabit ꝯſciam nr̄am]. Et
q̄ꝫtum ad oꝑatōnē boni. propter
qđ addit [ad ſeruiendū deo viuē
ti] Dicit ergo. ſi tantū fuit effi-
cax ſanguis figuratiu⁹ vt eſt di-
ctum.⁊ ſi ille tantū potuit.[q̄nto
magis ſanguis xp̄i. Sanguis]
dico in cruce fuſus corpalr̄. et in
ſacr̄is exīis ſꝑtualiter. digne nā-
qꝫ ꝑcipiētes ſacr̄a lauāt ſtolas ſu
as in ſanguine agni. Apoca. vlt.
[Xp̄i] inquā.[qui ꝑ ſpiritū ſan-
ctū] ſup. dictante ei vt ſe offerret
Ipſe enim eſt ille de q̄ dꝛ Eſaie
lix. Cū venerit q̄ſi fluui⁹ violen-
tus quē ſpūs dn̄i cogit. Uł [per
ſpm̄ ſanctum] qui habundāter
deſcendit ſuper eum:⁊ ſanctifi-
cauit eū.i. ſcm̄ demōſtrauit Eſa.
xj. Requieſcet ſuꝑ eum ſpūs do
mini.[Semetip̄m] nō aliā ho-
ſtiā: ſicut pōtifices legales Nihil
enim invenire potuit xp̄s in hoī
bus qđ eſſet ſufficiens ꝓ eis obla
tio.⁊ ideo ſeip̄m obtulit. Ephe.
v. Chriſtus dilexit nos ⁊ tradi-
dit ſemetip̄m ꝓ nobis.[Semet
ipſum] dico [immaculatū] qua-
ſi ſup. agnum paſchalē Exo. xij.
⁊.j. Petri.ij. Redempti eſtis ſan
guīe precioſo. q. agni immacula

ti. In cui⁹ figura illa vitula ru=
fa debebat eſſe ſine macula. Nu=
me. xix. [Obtulit] ſup. deo pa=
tri ſponte ⁊ obedienter. Eſa. liij.
Oblat⁹ eſt qꝛ ipſe voluit. In cu
ius q̇dem figura yſaac ſponte ꝑ
miſit ſe offerri. Gen̄. xxij. Iſte di
co ſanguis habens virtutem di=
uinam rōne ſuppoſiti cui⁹ erat.
[Emundauit] .i. ꝑfecte munda
uit [ꝯſciam noſtrā] .i. nō tm̄ car=
nem. ſicut ſanguis figuratiuus.
[ab opib⁹ mortuis] .i. pctīs. q̄
dicunt̃ opa mortua. tum quia le
dunt vitaꝫ nature. tum qꝛ aufe=
runt vitā gr̄e. tū qꝛ reddunt ho=
minē indignū vita gl'ie. tū etiaꝫ
qꝛ ſunt merita mortis eterne. qꝛ
ſtipendia pctī mors eſt. Ro. vj.

D De iſta emūdatiōe dicit̃
j. Pe. ij. ꝙ chriſt⁹ pctā nr̄a ꝑtulit
in corꝑe ſuo ⁊c̄. Apoca. j. Chri=
ſtus lauit nos a pctīs noſtris in
ſanguine ſuo. ⁊. j. Johis. j. San
guis xp̄i emūdat nos ab oī pctō
In cuius figura ſanguis vitule
aſꝑgebat̃ ſepties. qꝛ ſanguis xp̄i
aſperſus ſeptē mūdat pctā mor
talia. i. vniuerſa. Quā mundatio
nem ꝯſequunt̃ illi q̄ digne recipi
unt ſacr̄a eccl'ie. in q̇b⁹ q̄ꝫtū ad h̄
eſt tota virt⁹ ſanguinis ieſu xp̄i.
Quo autē fine ⁊ fructu fiat iſta
emundatio. ꝯn̄ter oñdit cū dicit
[ad ſeruiendūꝫ deo viuenti] cui
ſeruire regnare eſt. Signāter au
tem dicit: viuenti. ad differētiaꝫ
idolorū q̄ erant dij mortui. vnde
dꝛ de idolatra Sapiē. xiiij. ꝙ ꝓ
vita mortuū rogat. Patet igit̃ ꝙ
iſta oblatio debuit eſſe efficaciſſi
ma. tum qꝛ fuit cū doloꝝ vehe=
mentia. tū qꝛ cū innocētia. tū q̇a
ex obedientia. tū qꝛ nihilominꝰ
fuit ſūme ſpontanea ⁊ volūtaria
Et ptꝫ vlteri⁹ ꝙ iſta mūdatio ē
gratioſiſſima. ⁊ hoc qꝛ eſt ꝑfecti
or. emūdauit inq̇t. tum etiam qꝛ
res mundata nobilior. [ꝯſciam
addit nr̄am] tum qꝛ īmundicia
turpior. [ab opib⁹ dicit mortu=
is] tum etiā qꝛ fruct⁹ copioſior
[ad ſeruiēdū. ſ. deo viuenti]. Se
quit̃ [Et ideo noui teſtamti] ⁊c̄.
vbi apl's deſcribit ſm̄ effectū ſa=
crificij ieſu ieſu xp̄i. q̇ eſt noui te=
ſtamenti ꝯfirmatio. Et ſciendū
ꝙ iſta ꝯfirmatio q̄ eſt ꝑ ſanguinē
⁊ mortem chriſti hꝫ duplicē fru=
ctum. q̇ hic tangunt̃. Quoꝝ pri=
m⁹ eſt remiſſio culpe. ſcd̄s ado=
ptio gl'ie. Dicit ḡ xp̄s inquā ſe=
metip̄m obtulit. [Et iō noui te=
ſtamenti mediator eſt] .i. medi⁹
dator ⁊ medi⁹ ꝯfirmatoꝛ. Me=
dius q̇dem mediatōe ſubſtātiali
qꝛ de⁹ ⁊ hō. Thimo. ij. Media=
tor dei ⁊ hoīm xp̄s ieſus. ⁊ medi
atione etiā. q. accidētali. qꝛ parti
cipat vtriuſqꝫ ꝓprietates dī ⁊ ho
minis. fuit enī moꝛtalis vt hō. ⁊
ſctiſſim⁹ ſic de⁹. [Mediator di=
co vt morte] ſup. ci⁹ nouū teſtm̄
ꝯfirmāte [morte inquā īterce dē=
te] q̄ ſup. fuit neceſſaria [in redē
ptionē] .i. ad remiſſionē. [pꝛeua=
ricationū] .i. pctōꝝ. q̄ dicebātur
ſub lege ꝑuaricatōes. Nō enī le=

gem vtiqꝫ pctā fuerūt: ſꝫ nō p̄ua
ricatōes. vbi nō eſt lex nec p̄uari-
catio. Ro. iiij. Eſt ei p̄uaricatio
leg̃ trāſgreſſio. lege eni data: oīa
pctā fuerūt preuaricatōes q̄s lex
faciebat: nō q̇dē cauſal'r: ſꝫ occa-
ſionaliter. occaſiōe q̇dē nō data ſꝫ
accepta. Ro. vij. ꝛ ꝯ q̄s lex q̄ꝫtuꝫ
erat de ſe nō iuuabat. qꝛ legis ſa-
crificia nō potuerūt ꝑfectū face-
re ſeruientē. s. eodem ca. q̄ mors
xp̄i neceſſaria fuit [in redēptōnē
earū p̄uaricationū q̄ erāt ſub p̄o
ri teſtō] vt ſup. ill'remiſſis [repro
miſſionē accipiāt eterne heredi-
tat̃] de q̄ hereditate loquit' i pſ.
Cū dederit dilect̃ ſuis ſomnuꝫ:
ecce hereditas dn̄i ꝛc̄. Hec fuit
freq̄nter electis ꝓmiſſa ꝑ ꝓphas. i
pſ. Dn̄s ps hereditat̃ mee. ꝛ tu
es q̇ reſtitues hereditatē meā mi
hi. Et Eſa. lviij. Cibabo te here
ditate iacob p̄ris t. ꝛ etiā ꝑ xp̄m
Mat. v. Bti paupes ſpū. ꝛ ideꝫ
vij. Qui facit voluntateꝫ patris
mei ꝛc̄. [Accipiāt dico ꝛ q̇ voca-
ti ſunt] ſup. vocatōe eterne p̄de-
ſtinatōis: q̇ imutabil' eſt. de qua
Ro. viij. Quos p̄deſtinauit hos
ꝛ vocauit. nō ſup. ſolū vocatione
p̄ntis iuſtificatōis. q̄ q̄ridie muta
tur. cuꝫ de iuſto fit nō iuſtꝰ. de q̄
Matth. xx. Multi ſunt voca-
ti pauci vero electi. Iſtā aūt here
ditatem etiā predeſtinati nō po-
terant accipere niſi intercedente
morte chriſti que ianuam aperu
it: ꝛ rumpheam amouit. Aliter
poteſt hec littera conſtrui ꝛ pla-
nius. ſic dicendo [mediator eſt]
ſcꝫ chriſtus [vt qui vocati ſūt].
ſicut prius [repromiſſionem ac
cipiant eterne hereditatis] ſicut
prius. ꝛ hoc ſupple [morte eius
intercedente]. i. interueniente in
ter promiſſionem ꝛ cōpletionem
[morte] dico neceſſaria [in redē
ptionem] id eſt ad remiſſionem
ꝛc̄. ſicut prius. Et patent h̄ duo
fructus confirmationis noui te
ſtamenti que fuit per mortem te
ſtatoris. Primꝰ eſt remiſſio cul
pe. qui notatur ibi. [i redemptio
nem. Secundus eſt adeptio glo
rie. qui notatur. ibi [repromiſſio
nem accipiant] Iſtum auteꝫ du
plicem fructum nemo poteſt cō-
ſequi niſi in virtute ꝛ merito ie-
ſu chriſti. ꝓpter quod ꝛ cōcludit
eccleſia. [In xp̄o ieſu dn̄o nr̄o.]

¶ Ad euidentiam iſtiꝰ vl-
time partis aliqua ſunt notāda.
Primo notanduꝫ eſt ꝙ teſtamē
tum eſt ſacra ſcriptura publica
ꝛ autentica: voluntatē teſtatoris
mundo denuncians. Et quoniā
deus diuerſis tēporibꝰ ſ'm diuer
ſas hominū exigentias denunci
auit hominibꝰ voluntatem ſuaꝫ
ꝑ ſcripturam duplicem: publicā
ꝛ autenticam. ideo duplex ſcri-
ptura autētica duplex d'r teſtm̄. ſ.
ſcriptura moyſi: ꝛ ſcriptura euan
gelij. Gal'. iiij. Hec ſunt duo te-
ſtamenta. Prima aūt ſcriptura
d'r teſtm̄ vetꝰ. tū qꝛ p̄us fuit ꝯdi
ta. vn̄ vocat' in iſta ep'la p̄mū te-
ſtamētū. ſub p̄ori inq̇t teſtō. tū ēt

qꝛ ſacramēta eiꝰ nō ꝯferebāt ꝙtū
eſt de ſe renouantē grāz ꝯtra cul
pe vetuſtatē. tum inſuꝑ qꝛ ſolum
ꝓmittebat tꝑalia. in qbꝫ homies
veteraſcunt. Secūda aūt ſcꝑtu⸗
ra dicta eſt nouū teſtamētū. tum
qꝛ poſteriꝰ cōditū. vnde vno mō
ꝺꝛ nouū .i. nouiſſimū. tum etiaꝫ
qꝛ ſacramenta eiꝰ ꝯferūt renouā⸗
tem grāz. tum inſuꝑ quia ꝓmit⸗
tit celeſtia. qbꝫ adeptꝭ oīs depone
tur vetuſtas. Et qm̄ teſtamentū
poſteriꝰ: ꝑcipue cū eſt ꝯfirmatuꝫ
morte teſtatoris annullat prius
ideo lex euangelica xp̄i morte cō⸗
firmata euacuat moſaycā: eiꝰ ce⸗
rimōialia termīando. iudicialia
mitigādo. ſacramentalia cōmu⸗
tando. moralia cōſūmando ⁊ ꝑ⸗
ficiendo. Dicitꝛ etiaꝫ teſtamentū
eternū. vñ noui ⁊ eterni teſtam̄ti
ꝺꝛ. qꝛ nullū aliud ei ſuccedet. co
ꝙ ip̄m eſt ī morte teſtatorꝭ ꝯfir
matū. Scd̄o notādū eſt ꝙ ſic̄
vetus teſtm̄ ſanguīe figuratiuo
aīaliū ꝯſecratū fuit. ſic̄ habetur
Exo. xxiiij. ⁊ ad Heb. xi. vñ nec
primū ⁊c̄. Sic teſtm̄ nouuꝫ fuit
ꝯſecratū ſanguine ieſu xp̄i. vñ ⁊
Mat. xxvj. ⁊ Luc̄. xxij. ꝺꝛ de ſan
guine xp̄i. Hic eſt ſanguis noui
teſtamenti ſup. ꝯſecrator ⁊ ꝯfir⸗
mator. Tertio notādū ꝙ ſcri
ptura euāgelica ꝺꝛ teſtm̄ nō ſolū
rōe ꝑdicta: ſꝫ etiā qꝛ ab ore teſta⸗
toris ꝓmulgatū Mat. v. Apiens
os ſuuꝫ docebat eos dicens ⁊c̄.
Et qꝛ appoſitōe ſigilli ſignatuꝫ
Eſa. viij. Liga teſtimoniū: ſigna
legē. Iſtud aūt ſigillū poteſt dici
fuiſſe quelibet plaga xp̄i. Inſuꝑ
qꝛ teſtiū aſſertōe firmatū Actꝭ. j.
dictum fuit apl'is. Eritꝭ mihi te
ſtes in irl'm ⁊c̄. Et qꝛ nihilomi⸗
nus heredis inſtitutōe vallatum
Math. v. Beati paupes ſpū ⁊c̄.
Ulterius qꝛ legatorū ꝑcioſitate
dotatū Joh. xiiij. Pacem meam
do vobis ⁊c̄. Et Luc̄. xxij. Diſpo
no vobis ſicut diſpoſuit mihi pr̄
meꝰ regnū. Et quia ꝑ executores
publicatū ⁊ executioni demāda⸗
tū. Math. vltio dictū fuit apl'is
Euntes docete omnes gētes ⁊c̄.
Et Marci vltio. Euntes in mū
dum vniuerſum ⁊c̄. Et Joh. xx.
Accipite ſpiritūſanctū ꝙꝝ remi
ſeritis ⁊c̄. Et etiā qꝛ morte teſta⸗
toris ꝯfirmatū infra eodē capl'o.
Teſtamentū in mortuis confir⸗
matum eſt. Et s. e. c. dicitꝛ de xp̄o
ꝙ noui teſtamenti mediator eſt.
vt morte intercedente ⁊c̄. Debis
omnibꝫ ꝺꝛ Eccl̄i. xxiiij. ꝙ hec oīa
liber vite. ⁊ teſtamentū altiſſimi.
⁊ agnitio veritatꝭ. Et de xp̄o ꝺꝛ
Heb. viij. ꝙ melioris teſtamēti
mediator eſt q̄nto in melioribus
repromiſſionibꝫ ſanccitum eſt.

Q Quarto notandū ꝙ euā
geliū ꝺꝛ teſtamētū nouū. tum q̇a
in ip̄o a nouo teſtatore leges cō⸗
dūtꝛ. ſ. a xp̄o q̇ fuit nouꝰ hō. Eph.
ij. In vnū nouū hoīeꝫ faciēs pa⸗
cem ⁊c̄. tum etiam quia in eo no
ua ⁊ inſolita audiuntur. ſicut ꝙ
ꝺ̄go eſt ⁊ mr̄. ⁊ mulier hꝫ ī vtero
viꝝ ꝑfectū. Jere. xxxj. Nouū faciet

dominus ſuper terram: femina
circumdabit virum: tum inſuper
quia in eo antiqua ſigna īmutā-
tur. Olim aq̄ amara indulcabať
nunc aūt taq̄ vinū fuit factū Jo. ij
Olim aqua mūdauit lepraz cor
poris. nūc aūt aqua mūdat leprā
anie Actuū. ij. Baptiſeť vnuſq̄ſ-
qz vc. in remiſſionē pctōꝝ. Olim
panis ſine vita deſcendit de celo
nunc aūt panis viuus Joh. vj.
ꝓpter quod Eccī. xxxvj. diciť. Jn
noua ſigna ꝛ immuta mirabilia.
tum nihilominus qꝛ in ea noua
p̄cipiunť ꝛ ꝯſuluntť. Joh. xiiij. c.
Mandatū nouū do vobis. Et
Roma. vj. Jn nouitate vite am-
bulemus. tum vlterius qꝛ in eo
noua ꝓmittunť. Apoc. ij. Vincē-
ti dabo in calculo nomē nouum.
tum qꝛ in eo renouātia infundū
tur. i. in ſacramētis eius. ſ. grā ꝛ
virtutes. Ezech. xxxvj. Dabo vo
bis cor nouū ꝛ ſpm̄ nouum. ꝛc̄.
tum etiā qꝛ in ipō ꝛ per ipm̄ cun
cta renouāda p̄dicunť. Apoc. xxj
Ecce ego noua facio omnia. Pa
ter ꝯcordia inter eplām ꝛ euāge-
liū quod ſcribiť Joh. viij. ꝛ īcipit
Quis ex vobis arguet me de ꝛc̄.
Jſta nanqz dn̄ica dr̄ de paſſione
ꝓpter quod ꝯueniēter legitur iſta
epl'a in qua euidēter agiť de chri
ſti morte ac ſanguine ꝛ vtilitate:
ac efficacia vtriuſqz. Cui pulcre
correſpōdet euāgeliū. in quo etiā
agiť de chriſti paſſiōe. Quia nē
pe chriſtus veritatē noui teſtam̄
ti docebat. quod ei⁹ mors poſtea
confirmauit. ꝛ ſanguis ꝯſecrauit
idō paſſus fuit līguis iudeoꝝ. ml'
tas blaſphemias ſuſtinēdo. Naz
vocauerunt eū. ſicut dicit euange
liū. ſamaritanū ꝛ demoniacuz et
manib⁹ eorūd multas īiurias. qꝛ
vt in fine euāgelij diciť. Tulerūt
lapides iudei vt iacerēt in eū. cri
ſtus aūt ad tempus abſcondit ſe
ab eis. quia nondū venerat hora
eius. ꝛ exiuit de templo. iteruz ſe
eis oblaturus. ꝛ in eorū iniquis
manib⁹ traditurus. Placeat ei
ꝙ ſic nos in hac vita obſeruato-
res noui teſtamenti efficiat vt tā
dem fructū ſue paſſionis aſſequi
valeamus ꝛc̄.

### Feria ſecunda poſt Judica

IN diebus illis. Factum eſt ꝟbuz
domini ſecundo ad Jo
nam. Jone. iij. R Recolēs
pia mater eccl'ia dn̄ice paſſionis
myſteriū nō ſolum ꝓponit fideli-
bus verba p̄conis noui teſtamē-
ti. ſcz Pauli apl'i. que oſtendunt
cum iā fuiſſe factā pro ſalute om
niū. ꝛ ſpēaliter pro ꝯuerſiōe gen
tiū: iudeis in cecitate relictis: ve
rū etiā verba ꝛ quedā facta patꝝ
antiquorum. ſcilicet Moyſi E-
ſaye Jone Danielis Oſee. ſic̄ in
proceſſu patebit. que ꝓ eiſdez. ſ. ꝓ
ſalute omniū ꝛ ꝯuerſione gentiū
iudeis in cecitate ꝑmāſuris: futu
ram eā p̄figurabant. Vez qꝛ ꝓ-

ꝓpheta Jonas.ꝑut innuit Jeroñ.
in quodã paruo ꝓlogo. ſuo nau-
fragio:paſſionẽ dñi ꝑfigurabat.
ſtaqꝫ mora in ventre ceti per tri-
duũ eiuſdẽ ſepulturã. ac ſua liba
tione:gl'ioſam xp̄i reſurrectionez
q꞉ etiã ſua ꝑdicatio ꝙ niniuitas
cõuertit ad pniam fuit figura eui
dens ꝑdicatiõis apl'ice. que poſt
xp̄i paſſionẽ ⁊ reſurrectionẽ ſalu
tem denunciauit gentibꝫ:mun-
duzqꝫ renouauit ab erroribꝫ ⁊pec
catores ab amore viciorꝫ. iõ hac
ſecunda feria legit̃ ꝑſens lectio io
ne. que ꝯtinet eius ꝑdicationem.
niniuitarũ ꝯuerſionẽ. ⁊ dei miſe
rationẽ. Ad euidentiã autẽ hu
ius lectõnis ſunt aliq̃ ꝑnotanda
Primũ eſt.ꝙ ſm Jſidorũ.ix.eti
mologiarũ:inter oĩa regna fuerũt
duo ꝑcipua:reſpectu quorũ om-
nia alia regna fuerũt quaſi q̃daz
appendentia. Unũ in oriẽte.ſ.aſ-
ſyriorꝫ. Et aliud in occidẽte.ſcilꝫ
romanorũ. Regnũ aſſyriorũ fuit
ꝑus.cuius finis ⁊ terminus.ſm
oẽs hiſtoriographos.initium re
gni romanorũ fuit. Secundum
eſt ꝙ cum a tribꝫ filijs Noe.ſcilꝫ
Sem.Cham.⁊ Japhet ſint diſ-
ſemĩati hoĩes ſup terrã ꝑ ſeptua
gintaduas generationes.ſcilꝫ de
Sem vigintiſeptẽ qui tenuerũt
aſyam. Et de Cham triginta qui
tenuerunt affricã. Et de Japhet
quindecim qui tenuerunt euro-
pã.ſm q̃s lingua hũana. q̃ ſoluz
erat hebrea fuit diuiſa in.lxxij. i-
diomata.i edificatione.ſ.turris ba
bylonice:que ob hoc fuit dc̃a ba-
bel.i.ꝯfuſio. Jlli q̃ ꝓdierũt d̃ chã
ſcꝫ babilonij ⁊ aſſyrij ꝑus regna-
uerũt in mũdo. poſtea illi de ſem
ſcꝫ medi perſe ⁊ greci. Et poſtea
illi q̃ de iaphet.ſ.romani. Terti-
um eſt ꝙ Neroth gigas filius chus
filij Cham fuit ꝑmus rex in mũ-
do. Nam Gen̄.x.dr̄ de ipo ꝙ ce-
pit eſſe potẽs in terra.robuſtuſqꝫ
venator corã dño.i.extictor ⁊ op
preſſor hominuz amore dñandi.
Fuit autẽ ꝑncipiũ regni eius in ter
ra ſennaar babylon ciuitas. quã
ipe ꝑncipal'r edificauit. Methodius
dius aũt dic̃.ſic magiſter refert ĩ
hiſtorijs. ⁊ dicunt etiã Oroſius et
Uegetius de re militari ꝙ iſte nẽ
roth fuit de filijs Aran filij Sem
Nec tñ obſtat opioni. ſm ꝙ di-
cũt.illud qd̃ ſcriptura dicit ꝙ fu
it de filijs Cham Gen̄.x. Nã il-
lud pro tanto dr̄.q꞉ cũ vellet reg̃
re ſup fratres ſuos ſem noluerũt
eum recipe. ⁊ tũc ꝯuertit ſe ad fi-
lios Cham.q̃ receperũt cuz in re-
gem. Unñ ſm hoc ꝑmus rex mũ-
di fuit de Sem. hoĩes tñ q̃ ꝑmo
habuerũt regẽ.⁊ fecerũt regnuz:
fuerũt de Cham.ꝑmũ tñ magis
ꝯſonũ eſt ſcripture Gen̄.x. Quar
tũ eſt ꝙ iſte nẽroth factus rex in
terra iſta expulit inde Aſſur filiũ
Sem.ad quẽ iure hereditario ꝑ-
tinebat. ⁊ a q̃ fuit denoĩata aſſy-
ria. vñ Gen̄.x. Jñ egreſſus aſſur.
vno mõ exponit̃ de filio Sem. q̃
vi nẽroth fuit inde expulſus. Se
cundo ꝟo mõ ſm ꝙ dic̃ mgr̃ ex-

ponit̃ ſic.ĩn.i.babylone egreſſus
eſt aſſur.i.regnũ aſſyriorũ. quod
vtiqꝫ verũ eſt.qꝛ de filijs Neroth
regis babylonis fuerũt aſſyrioꝝ
reges. Quintũ eſt ꝙ in ꝓceſſu tē
poris poſt mortē nēroth q̇dam q̇
ex eo ꝓceſſit noīe Belus incepit
occupare aſſyriā.parũ tñ obtinu
it in ea.ꝛ incepit edificare ciuita
tē q̄ndā magnā.ſ. Niniuē. q̄ fuit
caput regni aſſyrioꝝ. ꝛ tũc habu
it initiũ iſtud regnũ q̇ꝺ fuit.ſm
magiſtrũ.in dieb9 Saruch pro/
aui Abrae. Deinde mortuo belo:
Ninus fili9 ei9 ꝯſũmauit illā ci/
uitatē.ꝛ ex ſuo noīe vocauit nini
uen.ꝛ occupauit aſſyriā. vñ ipſe
fuit p̄mus monarcha aſſyriorũ.
et durauit iſta monarchia ſm O
roſiũ mille centũ ſexaginta ānis
vſqꝫ ad tp̄s Oſie regis iuda.ſub
quo fuit terminata.ſm magiſtꝝ
et tũc habuit p̄ncipiũ regnuꝫ ro/
manoꝝ. S Sextũ eſt ꝙ il/
lo tempe quidā p̄fectus medoruꝫ
noīe Arbatus vidēs dñm ſuum
Sardanapalũ:monarchā aſſyri
orũ muliebrē ꝛ miſerũ.ꝛ haben/
tem potius mores feīne q̄ꝫ regis
ſurrexit ꝯtra euꝫ.ꝛ ſubripuit ſibi
regnũ.ꝛ trāſtulit monarchiaꝫ in
medos.ꝓpter quod ip̄e miſer ſar
danapal9 ſeip̄ꝫ cōcremauit. Fue
runt aũt extũc reges aſſyriorum
fortes ꝛ potētes.ſic̄ ſalmanaſar.
ſennacherib.nō tñ mōarche. Se
ptimũ ē ꝙ i ꝓceſſu tp̄is regnũ ba
byloniorũ iualuit ꝯ medos. ꝛ ſb
ripuit eis monarchiā.ꝛ fuit voca

ta extunc monarchia chaldeorũ.
Illa eīm terra fuit vocata babylo
nia a cōfuſione liguarũ. Sed fu/
it dicta chaldea.ab Arphaxat fi/
lio Sem. Uel ſm Iſidorum a
chas filio Nachor fratris Abra/
ham. vnde chaldea dicta q̄ſi caſ/
dea. Et durauit iſta monarchia
a p̄mo Nabuchodonoſor vſqꝫ ad
Balthaſar. de quo Danielis.v.c.
Contra quem venerunt Darius
rex medorũ.ꝛ Cyrus rex perſa/
rum.ꝛ obtinuerunt monarchiā.
et tranſtulerunt eam in medos ꝛ
perſas. Sciēdũ autē ꝙ regnũ
aſſyriorum ꝓceſſit de babylone.ꝛ
ille Arbatus prefectus medoruꝫ
parum tenuit monarchiam. iđo
aliqui ſub monarchia aſſyrioruꝫ
comprehendunt monarchiā cal/
deorum.nec vnam ab alia diui/
dunt. vnđ magiſter ſuper illo ver
bo Danielis ſeptimo capitu. pri
ma beſtia quaſi leena habens a/
las quaſi aquile.dicit ꝙ hec ſig̃/
bat regnum aſſyriorum.quod di
citur habuiſſe alas quaſi aquile:
propter longeuitatem. Inchoa/
uit autem in tertia etate ſub Sa/
ruch.de quo ſtati ſupra. Et pro
tendit ſe in quartam etatem.ſci/
licet vſqꝫ ad Balthaſar vltimuꝫ
monarchā chaldeorũ. Deiñ vo
greci ſub Alexādro obtinuerunt
mōarchiā.ꝛ vltio romani. Octa
uũ ē ꝙ iſta ciuitas niniue: q̄ fuit ca
put regni aſſyriorum,ad quaꝫ fu
it miſſus iſte propheta Ionas nō
fuit ſtatim deſtructa quando

fuit terminata monarchia. quod
pꝫ.quia Thobias fuit ductus
per aſſyrios in Niniuē.ꝛ tamē h̄
fuit poſt terminatiōꝫ monarchie
Thobie.j. Quādo aūt fuit ꝺ̄ſtru
cta ꝛ quomō:nō plene ſcit̄. Dicit
tamen Jeronymus ſup̱ Naum.
et refert mgr̄.ꝙ ſ̄m Oroſiū hec
ciuitas fuit deſtructa ſub Joſia.
rege iuda.tunc em̄ fuit eius ma‑
licia ꝯſummata. Sed ꝯtra h̄ vi‑
detur quod Judith.j.dr̄.ꝙ Na‑
bucbodonoſoꝛ fili⁹ Cyri regna‑
bat in Niniue.ꝛ tn̄ hoc fuit lōgiſ
ſimo tempe̱ poſt Joſyā.ꝛ dicunt
aliqui ꝙ fuit deſtructa a chalde‑
is.magiſter tn̄ dic̄ in hiſtoꝛijs ꝙ
fuit deſtructa miraculoſe p̱ terre
motū.ꝛ ignē miſſum celitus.ꝛ p̱
turbinē ꝛ tempeſtatē. ꝛ inundati
onē fluminis circūdantis ip̄am.
Nonū eſt ꝙ iſte Jonas ſ̄m hebꝛe
os fuit fili⁹ vidue ſareptane.ita
dicit Jeronym⁹ in ꝓlogo.ſanctū
Jonā quē ſuſcitauit Helyas .iij.
Regū.xvij. Decimū eſt ꝙ iſte io
nas facto ſibi p̄cepto diuino ꝙ i‑
ret in Niniuen ad p̄dicandū Ni
niuitis ſubuerſionē niſi ꝯuerterē
tur:noluit ire:ſꝫ fugit a facie do‑
mini:diſponēs ire in tharſis.id ē
in quādā ciuitatē que eſt ī india:
credens tut⁹ eſſe ꝛ deo abſcōdi‑
tus ſi eſſet in terra in qua de⁹ nō
colebat̄. Cauſam aūt quare vole
bat ire:tangit duplicē Jerony.in
ꝓlogo.qui incipit. ſanctū Jonā.
Primā qꝛ ſciebat miſericoꝛdiā
dei.ꝛ ꝙ ſtatim p̱ceret ſi ꝯuerterē
tur.ꝛ ip̄e mendax remaneret. q̄a
dixit dominus abſolute. p̄dica.
adhuc q̄draginta dies ꝛ Niniue
ſubuertet̄. Secūdā. qꝛ videbat ī
ſpū ꝙ ꝯuerſio gentiū que figura
bat̄ in ꝯuerſione niniuitarū erat
futura abiectio pplī ſui.ſcꝫ iudeo
rū.fugit ergo ꝛ intrauit mare.et
paſſus fuit naufragiū.ꝛ degluti‑
uit eum cetus:qui poſtea eū euo
muit.ſicut habet̄ Jone.j. ꝛ.ij.ca.
Poſtmodū autē factū eſt ad ip̄ꝫ
idem p̄ceptū. qđ ſcꝫ timēs pati ſi
cut p̄us.poſuit in executionē. nō
tamē ſponte:ſꝫ inuitus p̄dicauit
et de ſua p̄dicatione cōuerſi ſunt
niniuite.ſicut d Jone.iij. ſuper
quo ip̄e nīs afflictus fuit. q̄ſi in‑
uidens diuine bonitati.ꝓpter qđ
et deus puniuit eum arefactione
cucurbite ſilueſtris.qua deſicca‑
ta:ip̄e q̄ꝫ plurimū eſtuauit.ſic̄ de
his habet̄ Jone.iiij. Puto autēꝫ
ꝙ iſta ꝯtigerunt an̄ terminatiōeꝫ
monarchie aſſyrioꝛū. Quis autē
eſſet rex in niniue tūc:nunq̄ꝫ legi
Sed magiſter dicit in hiſtoꝛijs:
ꝙ iſte Jonas poſt reditū de nini‑
ne:tempe̱ famis aſſumpta matre
habitauit inter gentes:nolēs re‑
dire ad terram ſuam. Nā erube‑
ſcebat eſſe inter ſuos.eo ꝙ ꝓphe‑
tans ꝯtra niniuen fuiſſet reptus
mēdax.dicebat em̄. ſic auferetur
obpꝛobꝛiū meum.qui tranſacta
fame redijt in terrā ſuam.ſ.iuda.
et tandē ſepultus eſt in vna vꝛbi
um Geth in quodā viculo iuxta
ſophor. ¶ His viſis p̄ſens

lectio diuidit̾ ſic. Primo eñ de-
ſcribit iuſſum ɔſtringentē. cū ꝓ-
mittit̾ [ Factum eſt verbū domi
ni ] Scđo actum exequentē. ibi.
[ Et ſurrexit Jonas ] Tertio fru
ctum ɔſequentē. ibi. [ Et credide
runt niniuite ] Circa ꝓmū. ſ. iuſ-
ſum ɔſtringentē tangunt̾ tria. ſ.
Precipientis eminētia. Exequē
tis ɔgruentia. Et ꝓcepti ſufficiē
tia. Quantū ad ꝓmū đr: ꝓmittē-
te eccl'ia [ In dieb9 illis ] ſcꝫ ama
ſie regis iuda. ⁊ Jerohoā filij Jo
as regis iſrael. tūc eñ ꝓphauit io
nas. ſicut dicit̾. iiij. Regū. xiiij. c.
Dicit̾ eñ ꝙ Jerohoā reſtituit ter
minos iſrael ab introitu emath
vſqꝫ ad mare ſolitudinis. iuxta ſ̾
monē dñi dei iſrael. quē locutus
eſt per ſeruū ſuum Jonam. filiuꝫ
Amathi ꝓphetā qui erat đ Geth.
que eſt in ſophor. Et patꝫ ꝙ iſto
tempe multū antiqu9 erat [ Fa-
ctū eſt verbum dñi. factū ] dico ꝑ
internā inſpirationē ⁊ diuinā re-
uelatōem. Amos. iij. Non faciet
dñs verbum niſi reuelauerit ſe-
cretum ſuū ad ſeruos ſuos ꝓphe
tas. ⁊ Job. iiij. Porro dictuꝫ eſt
ad me verbū abſconditū. ⁊ quaſi
furtiue ſuſcepit auris mea venas
ſuſurrij eius. [ Factū ] dico [ ſecū
do ] Non eñ iſtud verbū fuit pri
mū factum Jone. de quo ſupra.
ꝓmo. nec tertiū. de quo infra in. 4
ſed ſecundū. de quo h̾. Quantuꝫ
vero ad ſecundū addit̾ [ ad Jonā
ꝓphetā ] . ſ. filiū Amathi. ſ. a natu
ra. q2 pater eius carnalis ſic vo-
cabat̾. ⁊ ab euentu. q2 amathi in
terp̄tat̾ veritas. qñ autē Helias
ſuſcitauit Jonā: mater ſua dixit.
Nunc in iſto cognoui q2 vir dei
es tu. ⁊ verbū dei in ore tuo ver͞
eſt. vñ hebrei ex hoc vocauerunt
eum puerū veritatis. iij. Reguꝫ
xvij. Notandū etiā ꝙ ex hoc col-
ligit̾ ɔgruentia ꝑdicatoꝝ cui de-
bet iniungi officiū ꝑdicādi. De-
bet eñ eſſe Jonas. ⁊ filius ama-
thi. Jonas iterp̄tat̾ colūba. ama-
thi veritas. Predicator aūt de-
bet eſſe colūba ꝑ ſimplicitateꝫ in
nocētie. ꝓpter quod dictū eſt pri-
mis ꝑdicatorib9 Math. x. Eſto
te prudentes ſicut ſerpētes ⁊ ſim
plices ſicut colūbe. Et fili9 ama
thi per veritatem fidei catholice.
quā ſemꝑ debet habe in ore. iux-
ta illud Malach. ij. Lex veritatꝭ
in ore eius. Et ɔgrue ſ̾m allego-
riā Jonas dicit̾ fili9 amathi. q̇a
nihil rectius q̄ꝫ ꝙ de veritate ſim
plicitas nō duplicitas naſcatur.
Quantū aūt ad tertiū ſubditur.
[ dicens. Surge ⁊ vade ⁊c̄. ] Ad
lr̄am dictū fuit illi ſurge. q2 đ vē-
tre ceti euomitus: viſis mirabili
bus maris: ⁊ cōquaſſatus flucti
bus nō poterat ſtare ſuꝑ pedes
ſuos: ſꝫ in littore iacebat. Sic di
ctū fuerat Ezechieli đbilitato ꝓ-
pter mirabilia que viderat. Sur
ge et ſta ſuꝑ pedes tuos. Ezech.
ij. [ Et vade ]. Predicatorib9 eñ
dicit̾ Joh. xv. Poſui vos vt ea-
tis ⁊c̄. [ in niniuen ] ſcꝫ quā Ni-
nus edificauit: ⁊ ſuo noie noia-

Et

uit. [ciuitatē magnā] Mag̃ qui
dem ſpacioſitate loci. magna eti⸗
am numeroſitate ꝑp̃li. magna ni⸗
hilomin⁹ diuitiarū copia: ⁊ ſta⸗
tus eminētia. q̄ erat ciuitas re⸗
gia ⁊ caput monarchie aſſyriorū
[Et p̄dica in ea p̄dicationē quā
ego loquar ad te] id eſt nō quam
tu finges aut ſomniabis. vel q̄m
habebis a poetis ſeu ph̄is Iere.
xxiij. dicit dn̄s. qui habet ſermo⸗
nē meum: loquat̄ ſermonē meū
vere. Cōtra illos qui adulterant
verbū dei. Iere. xxiij. In ꝓphetis
ieruſalē vidi ſilitudinē adulterā
tiū ⁊ iter mēdacij. ⁊ ſequit̄. Viſi
ones cordis ſui loquunt̄ ⁊c̄. Et
certe h̄ malū eſt loq̄ ſup. in p̄dica
tionib⁹ nō verba dei. Nā Ioh. vj
dic̄ xp̄s. Verba q̄ ego loquor vob
ſpūs ⁊ vita ſūt. Que aūt fuit ma
teria p̄dicatiōis: credit̄ ꝙ verba q̄
ſequunt̄. Adhuc q̄draginta dies
⁊ niniue ſubuertet̄. Notandū
aūt ad l̄ram ꝙ ex hoc debebat ꝓ⸗
pheta excitari ad ſurgēdū ⁊ eun⸗
dum ad p̄dicanduꝫ. q̄ mittebat̄
ad ciuitatē magnā. libenti⁹ em̄ p̄
dicat homo magne multitudini
q̄ꝫ parue. ſic̄ piſcatores libentius
retia tendūt vbi ſciūt multitudi
nē piſciū. ⁊ aucupes auiū. vena⸗
tores aūt ferarū. Allegoria auteꝫ
poſtea in ſermone dicet̄ V
Sequit̄ ſecūda ps [Et ſurrexit
ionas ⁊ abijt] vbi deſcribit actū
exequentē. circa quē tria tangunt̄
ſcꝫ Ione ꝓfectio. Loci deſcriptio
Ione p̄dicatio. Quantū ad p̄mū
dicit̄ [Et ſurrexit Ionas ⁊ abijt
in niniuē iuxta verbū dn̄i] .i. iux
ta p̄ceptū ſibi factū a dn̄o. loquit̄
ꝓpheta de ſe tanq̄ꝫ de alio: ad vitā
dam arrogantiā. ſic̄ Moyſes di⸗
xit de ſeip̄o Nume. xij. Erat moy
ſes vir mitiſſim⁹ ⁊c̄. Et Iohan⸗
nes euāgeliſta ſepe dicebat de ſe
ip̄o. quē diligebat ieſus. Sꝫ mi⸗
rū ꝙ deus ip̄m nō rephendit de i̅
obediētia. Rn̄det Ieronym⁹ i̅ o⸗
riginali ꝙ ſuffecit ei naufragiū et
deuorationis ſola correctio. vt q̇ i̅
perantē nō ſenſerat dn̄m: intelli⸗
geret liberantē. Preterea reatuꝫ
ſuū recognouerat ⁊ ip̄m ꝯfeſſus fu
erat. ſic̄ innuit̄. ſ. ij. c. De⁹ auteꝫ
nō punit bis i̅ idip̄m. nec vult ꝙ
pro pctō duplex tribulatio ꝯſur⸗
gat. Dicūt tn̄ aliq̇ ꝙ ionas n̄ pec
cauit. nec p̄ceptū recuſauit: ſꝫ ſo⸗
lū ſe excuſauerit. ſic̄ moyſes Exo.
iiij. Quātū aūt ad loci deſcripti⸗
onē ſb̄dit̄ [Et niniue] ſup. ad q̄ꝫ
mittebat̄ ꝓph̄a: [erat ciuitas ma
gna. itinere triū dierū] .i. tāti am
bit⁹ ꝙ vix itinere dierū triū pote⸗
rat circuiri. Sic em̄ eam inceptā
a Belo Nērothide. ninus eius fi
lius ampliauit. vn̄ qđ innuit̄ Ge
ne. x. ꝙ nēroth edificauit niniue
hoc intelligendū eſt đ ip̄o i̅ filijs
[Et cepit ionas introire ciuita⸗
tē itinere diei vni⁹] Hoc exponit̄
trib⁹ mōis. Vno mōꝙ ꝓph̄a me⸗
mor diuini p̄cepti ⁊ paſſi naufra
gij: viam trium dierū adiutus di
uinitus vnius diei feſtinatiōe cō⸗
pleuit. Secūdo modo ſic ꝙ Io⸗

nas ſolũ p̄dicauit in tertia parte
vrbis. quã vna die peragrare po
tuit. ⁊ ad reliquas ꝯfeſtim ſermo
peruenit. Tertio mõ ſic. Circu/
lus ciuitatis erat iter triũ dierũ.
ex quo ſequit̃ ꝙ dyametraľr erat
via vnius diei. Dicũt em̃ geome
tri ꝙ linea ducta a centro vſqȝ ad
circũferentiã. q̃ eſt media pars li
nee dyametralis ꝯtinet ſextã por
tionẽ circuli. ex quo pꝫ ꝙ totus
dyameter ꝯtinet tertiã partẽ. Jo/
nas vero nõ circũiuit ciuitatem
ſed ſolum dyametrum pagrauit
qđ facere potuit vna die. Quan/
tuꝫ vero ad predicationẽ ꝓphete
ſubiungit̃ [Et clamauit] ſupple
Jonas. clamandũ ei ẽ in p̄dicati
onibꝫ. nõ ſuſurrãdũ in foueis. ſi/
cut heretici. Eſaye. lviij. dicit̃ p̄/
dicatori. Clama ne ceſſes [et di/
xit. Adhuc] ſupple, reſtant. xl. di/
es ⁊ niniue ſubuert.. ] Hic notã
da ſunt tria. ſcꝫ ꝙ littera ſeptua/
ginta habet hic. adhuc tres dies.
de quibꝫ mirat̃ Jeronym⁹ in ori
ginali. quia numer⁹ ternari⁹ nõ
cõuenit penitentie ſicut quadra/
genarius. qui ꝯuenit peccatori/
bus ⁊ penitentie. ⁊ orõni ⁊ ſacco
et lacrimis et perſeuerantie dep̄/
cantis. Ad hoc dicit Auguſtin⁹
ꝙ littera ſeptuaginta referenda ẽ
ad ſenſum myſticum: non ad lit/
teralem. eſt enim referẽda ad tres
partes penitentie. que ſunt dies
myſtici. quia tollentes peccati te
nebras illuminant mentem. No
ſtra autem littera referenda ẽ ad
vtrumqȝ ſenſum. ad litteralem q̇

dem. quia ad litteraꝫ tot dies fu
erunt aſſignati diuinitus ad pe/
nitendum. Ad myſticum autẽ qꝛ
quadragenarius myſtice conue/
nit (vt poſtea patebit) penitentie
Secundo notandum. quia vt di
cit gloſa ſuper illo verbo Mat/
thei. j. Ecce virgo concipiet. du/
plex eſt prophetia. Quedã diui/
ne predeſtinatiõis. hec eſt ſimpli
citer immutabilis. quam neceſſe
eſt modis omnibꝫ euenire. et hec
ſine arbitrio noſtro impletur. q̃/
dã ẽ ꝑmiſſiõis ⁊ cõmĩatõis. ꝓphe
tie nanqȝ promittunt bonis ho/
minibus premia. ⁊ cõminantur
malis ſupplicia. Ad impletionẽ
vero iſtius cooperatur liberum
arbitriuꝫ. ⁊ hec eſt ſimpliciter cõ
mutabilis. ſm̃ ꝙ liberum arbi/
trium variabile eſt. quia boni nõ
aſſequunt̃ ꝓmiſſa premia ſi per/
uertantur ⁊ fiant mali. nec mali
incurrunt comminata ſupplicia
ſi conuertantur et fiãt boni. Jſta
autem prophetia non fuit ex di/
uina predeſtinatione: ſed ſoluꝫ ex
diuina comminatõne. accipiẽdo
ſubuerſionem corporalem. Con
uerſi nãqȝ fuerũt niniuite. ⁊ iõ ci
uitas nõ fuit ſubuerſa qđ tñ nõ
fuit ꝓphe ꝓmiſ⁹ reuelatũ. Fuit nã
qȝ ſibi reuelatũ ꝙ ſbuerteret̃ ſi nõ
ꝯuerteret̃. ſꝫ ñ fuit ſibi reuelatũ ꝙ
ꝺberẽt ꝯuerti. ⁊ iõ credidit mẽda
ciũ ꝓphaſſe. Tertio no. ꝙ iſta ſb
uerſio p̄t itelligi ľ de corpali. ⁊ ſic
ñ fuit tũc ſbuerſa. ⁊ q̃tũ ad iſtã ſb
uerſionẽ fuit ꝓphia cõminatiõis.

Uel pōt intelligi de ſpūali. ꝛ ſm
hāc fuit ſubuerſa.i.de malo ī bo-
num cōmutata.ſm illō Prouer.
xij. Uerte impios ꝛ nō erunt. Et
Treñ.pmo. Subuerſuȝ ē cor me
um in memetipā.q2 amaritudi-
ne plena ſum ꝛ q̄ȝtum ad iſtā pōt
dici ꝓphetia ꝑmiſſiōis ¶ Seq̄
tur tertia pars vbi deſcribit fru-
ctum ꝯſequentē q̄ fuit niniuitaꝝ
cōuerſio. ꝛ ꝯuerſoꝝ cuȝ deo recō
ciliatio. dicens. [ ꝛ crediderunt ]
Et hic pn̄cipal'r tria fiūt Primo
em̄ deſcribit iſta ꝯuerſio inq̄ȝtuȝ
fuit per populū inchoata. Secū
do inq̄ȝtū fuit per regē ꝯfirmata.
ibi [ et ꝑuenit verbū ad regē ] Ter
tio inq̄ȝtū fuit per deū accepta. ibi
[ et vidit deus ] Fuit autē dicta
conuerſio inchoata per populuȝ
tripliciter. ſcȝ q̄ȝtum ad animuȝ.
quia dn̄o crediderunt. q̄ȝtum ad
verbū. quia ieiuniū p̄dicauerunt
et q̄ȝtum ad factū. q2 ſaccis ſe in-
duerunt. Dicit autē q̄ȝtum ad in
choationē illius cōuerſiōis [ Et
crediderūt viri niniuite domino ]
id eſt diuine cōminatiōi. vn̄ bene
ad pn̄iaȝ ſe p̄ꝑauerūt Ro.x. Cordē
creditur ad iuſticiam [ Et predi-
cauerunt ieiuniū ] Nō ſup. ſoluȝ
audierunt ꝛ crediderunt: ſȝ ēt au
dita effectui mancipauerūt. Et no
ta q̄ in hoc facto bonū ordinē te-
nuerunt Nam pmo crediderunt
et poſtea docuerunt. ꝑus q̄ȝ fue-
runt concha q̄ȝ cannale. Quē or-
dinē petit ps̄. dicēs. Spū princi
pali confirma mea. Sequit. Do

cebo iniquos vias tuas. ergo p̄-
dicauerunt ieiuniū. Juxta illud
Johelis.ij. Canite tuba in ſyon.
ſanctificate ieiuniū ꝛc. [ Et veſti
ti ſunt ſaccis ] .i. veſtimentis vi
lib9 aptis luctui. ex quo habet q̄
etiā ieiunauerunt. Jn tali em̄ ha
bitu ſolebant veteres ieiunare.
Et certe vt dicit Jerony. in ori-
ginali. ſaccus ꝛ ieiunia arma ſūt
penitētie. auxilia ſūt peccatoꝝ. E
ſaye.xxij. Uocauit dn̄s ad fletuȝ
ad planctū. et cigulū ſacci. Quā
tum vero ad ꝯuerſiōis hui9 ꝯfir-
mationē p regē. ſubdit [ Et ꝑue-
nit ] Et qm̄ q̄d a p̄latis agit: faci
le trahit a ſubditis in exēplū. ꝛ vt
dic̄ q̄dā poeta. Regis ad aſpectū
tot9 ꝯponit orbis. id̄ h pmū tāgi
tur factū regis exēplatm̄. Secū-
do verbū dicti regis obligatiuū:
ibi [ Et clamauit ꝛc. ] Dr̄ g̊ [ Et
ꝑuenit vbū ] ſup. p̄dicatōnis [ ad
regē niniue ] et h ſup. poſtq̄ȝ ad a
lios ꝑuenerat. tales em̄ ſolēt eſſe
vltimi in faciēdo bonū. ꝛ pmi in
trāſgrediēdo. cū tn̄ deberȝ eē ecō
uerſo. j. Eſdre. v. capi. dr̄. Ma-
nus magiſtratuū fuit in trāſgreſ
ſione hac pma. Et Jere. v. dr̄ de
pncipib9. Ecce ipi magis fregerūt
iugū. ruperūt vincla. [ Et ſurre-
xit rex de ſolio ſuo ] .i. throno re-
gio [ et abiecit a ſe veſtimētū ſu-
um ] ſcȝ regiū. ſic ſcilȝ ſe p̄parans
ad opa pn̄ie. ſolebāt em̄ antiq̄ no
biles veſtes p̄cioſas depōere qn̄
volebāt diuinā miſcdiam impe-
trare. Exēplū de Heſter. xiiij. et

de Job.j.vbi dicit̃.ꝙ ſurrexit iob
⁊ ſcidit veſtimẽta ſua. indutꝰ eſt
ſacco.i.veſte pn̄iali. ſic̃ de Achab
iij. Regū.xxj.dr ꝙ ſcidit veſtimē
ta ſua ⁊ operuit cilicio carnē ſuā
ieiunauit ⁊ dormiuit in ſacco [ ⁊
ſedit in cinere ] Solebant humi
liantes ſe ſedere in cinere.aut pul
uerē ſuꝑ capita ſpgere:vt vilita-
te exteriori vilitatē patrati ſcele-
ris oſtenderēt. Heſter nāqꝫ.4.dr
de Mardocheo ꝙ ſcidit veſtim̄
ta ſua.⁊ indutꝰ eſt ſacco. ſpargēs
cinerē ſuꝑ caput ſuū. Idē legitur
de amicis Job.ꝙ ſciſſis veſtibꝫ
ſparſerūt puluerē ſuꝑ capita ſua
et ſederūt cū eo in terra. Eccleſia
etiā hoc facit ī capite ieiunij.im-
ponit em̄ pōtifex ſiue ſacerdos ci
nerem capitibꝫ:rememorās illō
quod in Adam fuit dictū oī hu
mano generi Gen̄.iij. Puluis es
⁊ in puluerē reuerteris. Et quod
dixit Abrahā Gen̄. xviij.c. Loq̄r
ad do.m.cuꝫ ſim puluis ⁊ cinis.
Et certe ex hoc debet cōpmi om-
nis ſuꝑbia Eccl̄i.x.dr omni hoī.
Quid ſuperbis terra ⁊ cinis ⁊c̄.
Sic igitur patet factū regis exē-
platiuū. Exemplo em̄ ſuo niniui
tas ad penitenciam animauit

y Unde nota ꝙ iſte rex ꝯtra
vite ocioſitatē ſurrexit. Priꝰ em̄
nimia ebrietate.i. amore peccā-
di ſopitus iacebat in lectulo pec
catoꝝ. ſicut dicit̃ de Holoferne
Judith.xiiij. Prius etiam ocio-
ſam vitā ducens ſedebat. ⁊ plus
amans tempalia q̄ꝫ deum: accū-
bebat. id eſt terrenis innitebat̃.
Sed ei dictū eſt diuinitꝰ ꝙ ſurge
ret a malo lecto. id eſt a mala ſe-
de ⁊ a malo appodiamēto. Juxta
illud pš. Surgite poſtq̄ꝫ ſedenti-
tis qui manducatis panē dolor̄
Item ꝯtra mentis faſtuoſitatem
regale ſoliū dimiſit. Prius eniꝫ
erat de numero illoꝝ de quibꝫ dr
Amos.vj. Qui appropinq̄nt ſo-
lio iniquitatis:id eſt imitant̃ dia
bolū qui dixit. Suꝑ aſtra celi ex
altabo ſolium meum Eſaye.xiiij
Ulterius iſte ꝯtra carnis delici-
oſitatē veſtimentū ꝑcioſum abie
cit. Prius nanqꝫ erat ſimilis il-
li de quo dicit̃ Luce.xvj.ꝙ indue
bat̃ purpura et biſſo. Adhuc iſte
cōtra pompā regalis ſolij ſedit ī
cinere.⁊ ꝯtra pompā veſtimenti
regij indutus eſt ſacco:vt penitē-
tia peccato reſpōderet. Sic docꝫ
apoſtolus Ro.vj. Sicut exhibui
ſtis mēbra veſtra ſeruire iniquita
ti.ita nūc exhibete mēbra veſtra
ſeruire iuſticie. Ita legit̃ de He-
ſter ꝙ omnia loca in quibꝫ an̄ le
tari ꝯſueuerat:crinīū laceratione
cōpleuit. Et de Magdalena di
cit Grego.ꝙ ſicut omnibꝫ mem
bris deū offenderat:ita omnibuſ
deū placauit. Conſequēter tangi
tur verbū regis obligatiuū.cum
dicit̃ [ Et clamauit ] Prius enī
rex iſto facto ſuo animauit ꝓl'm
ad penitentiā.⁊ poſtea verbo ſuo
⁊ dicto ad hoc ipꝫ obligauit. Et
tangunt̃ hic tria.ſcꝫ pn̄ie tuba.pe
nitētie ſigna.⁊ pn̄ie cauſa. Quā-

tũ ad ꝑmũ dicit̃ [Et clamauit]
ſup. ꝑco regis tanq̃ʒ vox eius. ſic
Johãnes vocẽ xpi ſe appellat Jo-
han. j. [et dixit in niniue ex ore re
gis et ꝑncipum eius] Ex ore eñ
regis aſſyrioꝝ et ꝑncipũ regni q̇
tunc cũ ipo erant emanauit pnia
le edictũ. quod preco ꝓplis inti-
mauit. Quantũ ad ſecundũ ad-
dit̃ [homines et iumẽta et boues
et pecora] tãgit aĩalia rõnalia. q̃
pctã cõmiſerũt. hoĩes inq̇t. tãgit
et irrõnalia q̃ et ſi ñ peccauerĩt: ad
peccandũ tamen homines indu
xerũt. Et tangit̃ triplex genus ir
rõnaliũ. quedã que valẽt ad vehẽ
dũ. ſicut ſunt equi et aſini. Que-
dã que valent ad colendũ ſupple
terrã. ſic̃ boues. Quedã q̃ valent
ad veſcendũ et induẽdũ. ſic̃ oues
Dicit ergo homines et iumenta.
qḋ dicit ꝓpt̃ equos aſinos [et bo-
ues et pecora] id eſt oues et capre
[nõ guſtent quicq̃ʒ] ſcʒ in domi
bus [nec paſcãt̃] ſcʒ in agris [et
operiant̃ ſaccis homĩes et iumẽ-
ta] id eſt vilibus operimẽtis. eq̇
enim regis et principum ante no
bilibus erant cooperti. Quid au
tem meruerunt pecora et alia ani
malia vt ſic punirentur. Reſpõ-
deo duplex fuit ratio. Prima vt
quia fuerãt eis occaſio culpe fie-
rent et eis occaſio maioris pene
vt in pena animaliũ ipſi etiã pu-
nirent̃. Secunda vt homines ex
pena animaliũ magis ꝓuocaren
tur ad penitentie luctũ Geñ. iiij. c.
dicit̃ ꝙ pro peccato Adam terra
fuit punita. et ſic pro peccato iſto

rum aĩalia. ac per hoc et ipi ma
gis: ſicut et homines per punitio
nem terre [Et clament ad domi
num] ſupple homines qui cla-
mare poſſunt. et qui clamorẽ cor
dis clamore oris exꝑmere valẽt.
[et conuertatur vir a via ſua ma-
la] hec enim eſt via lata ducens
ad mortem Matthei. vij. ca. [et
ab iniquitate que eſt in manibuſ
ſuis] id eſt ab omni mala opera
tione. volebat dicere. non ſoluʒ ie
iunent et abſtineant ab alimentis
in corpore: ſed etiam ieiunẽt a vi
cijs in mente. id eſt deſerant om-
nem malam operationẽ. et omnẽ
peccandi aſſuefactionem. Juxta
illud Eſaye. lv. Derelinquat im-
pius viam ſuam. et vir iniquus
cogitationes ſuas. Et no. ꝙ
auctoritate regis et ꝑncipum fue
runt indicta niniuitis quattuor
penitẽtie ſigna. Abſtinẽtia. Aſpe
ritas. Clamor. Ceſſatio. Quan-
tum ad primũ. ſcilʒ abſtinentiaʒ
Johelis. ij. Conuertimĩ ad me ĩ
toto corde veſtro. in ieiunio. et fle
tu. et planctu etc̃. Secundũ aſpe-
ritas q̃ʒtum ad indumentũ Eſa
ye. xxij. Uocauit dominus ad fle
tum et planctũ etc̃. Tertiũ clamor
cum deuota prece. Pſ. Ad te do
mine clamabo. et. Ad dñm cũ tri
bularer clamaui. Quartũ ceſſa-
tio ab omni crimine. cuʒ dicitur.
et cõuertat̃ vir a via ſua mala etc̃.
Zacharie. iij. Cõuertimini a vijs
veſtris malis. et cogitationibꝰ ve
ſtris peſſimis. Et vide ꝙ iſta q̄t
tuor que preco regis aſſyriorum

clamando dixerat niniuitis: de-
bet clamando dicere euangelicꝰ
preco peccatoribus. precipue hoc
tempore ſacro. vt verificet̃ de ip̃o
illud quod ſcribitur Danielis. 3.
Et p̃co clamabat valenter. Quã
tum ad tertium ſubditur [ quis
ſcit ] et hic aſſignatur cauſa ⁊ ra-
tio penitentie prius predicate. q̃
quidem ẽ dubitatio de promeren
do veniam ⁊ aſſequendo diuinã
miſericordiam q̃ꝛtum ad dimiſ
ſionẽ culpe. id eſt relaxatõnez pe
ne ⁊ collationem gratie. Unđ qꝛ
peccatores ſemper de his ſũt du-
bij et incerti. quia quicquid faci-
ant: ſemper quantuz eſt de ſe: ſũt
quantum ad iſta tria miſericor-
dia indigni. Idcirco quia ſũt di-
bij de ſalute: fortius ⁊ vehemẽtiꝰ
debent penitere. Dicit ergo ſic ſe
continuans. Homines inquã et
iumenta ⁊c̃. Et bene dico ꝙ iſta
fiant ꝓpter dubium in quo ſumꝰ
[ Quis eniz ſcit ſi conuertatur ]
ſupple ad nos. dimittẽdo culpã.
[ Et ignoſcat deus ] ſup. relaxan
do penam [ et reuertatur ] ſup. cõ
ferendo gratiã. ⁊ recipiendo nos
ſup. ad ſuam miſericordiaz. Io-
helis. ij. dicitur idem. Quis ſcit
inquit ſi conuertatur et ignoſcat
deus. et reliquat poſt ſe benedi-
ctionẽ [ Reuertatur ] dico [ a fu
rore ire ſue. ⁊ non peribimꝰ ] id ẽ
a rigore iuſticie ad dulcorẽ miſe
ricordie. in deo tamẽ ira et furor
non ſunt formaliter: ſed ſemꝑ ac-
cipiuntur pro effectu iuſticie que
eſt punitio et vindicta. Et certe ſi
ſic reuertatur: non peribimꝰ ſup
ple perditõne eterna. Alias ſi nõ
reuertatur ſic peribimus. propt̃
quod dicit ille in pſalmo. Appre
hendite diſciplinã nequãdo ira-
ſcatur dominus ⁊c̃. et alibi. Pe
ribitis gentes de terra illiuſ. Re
uera ſi ſcire ſumatur ꝓprie nemo
ſcit. quia vt dicitur Eccleſiaſtes
ix. Nemo ſcit vtrum amore vel
odio dignus ſit. habere tamẽ de
hoc poteſt probabilem coniectu
ram. videlicz quando percipit ꝙ
in ip̃o refrigeſcit amor peccandi
et ſit prõptus ad opera miſericor
die proſequenda. ſed tamẽ ſemꝑ
timere debet propter incertitudi
nem. Prouerbiorꝝ. xxviij. Beatꝰ
homo qui ſemper eſt pauidus. ⁊
hoc vtiqꝫ predicandum eſt pecca
toribus. ne propter vanam ſecu-
ritatem torpeant. et torpentes pe
nitentiam negligant vel ip̃az de-
bilr̃ agãt Ier̃ i ori. Iõ ambiguũ ⁊
incertum ponitur. dicendo. quis
ſcit ſi conuertatur ⁊c̃. vt cum ho-
mines de ſalute ſũt dubij: fortiuſ
agãt pn̄iaz. ⁊ magꝭ ad miaz ꝓuo-
cẽt deũ. ſeq̃r̃ [ Et vidit de. ⁊c̃ ] vbi
deſcꝑta ꝯuerſiõe niuitarꝝ ꝓut fu
it ꝑ ppl'm ĩchoata ⁊ ꝑ regem ꝯfir
mata. mõ ð̃ſcribit̃ ſm̃ ꝙ fuit per
deũ acceptata. q̃ q̇dez acceptatio
appuit ĩ effectu ſue miſatõis. q̇a
malũ pene qđ niuit ĩferre diſpo
ſuerat: nõ ĩtulit. ſꝫ pctõribꝫ ꝯuer
ad pn̄iaz ĩdulſit. Et tãgũt̃ h. 3. ſ.
dine acceptatõis actꝰ ſr̃ctꝰ modꝰ

A Quãtũ ad diuine accepta
tionis actũ dicit᷑ [ Et vidit deus
opa eoꝝ. Uidit ] dico.i.approba
uit ⁊ acceptauit. ſic vidit lachry/
mas Ezechie, cui dixit ꝑ ꝓphetã
Eſaye.xxxviij. Audiui oꝛõnẽ tu/
am ⁊ vidi lachrymas tuas. Que
aũt vidit deus opa: ſubiungitur
[ quia ] id eſt ꝙ [ cõuerſi ſunt ].vñ
ptꝫ ꝙ ly quia nõ eſt ibi cauſale. ſꝫ
eſt articulus.i.ꝙ. Poſſet tñ dici
ꝙ etiã teneṫ ibi cauſaliter, qm̃ ĩõ
vidit.i.approbauit. qꝛ ꝯuerſi ſũt
De iſta viſione dꝛ.iij. Regũ.xxj.
Uidiſti achab humiliatũ coꝛam
me.nõ inducã malũ in dieb9 ſuis
[ Cõuerſi inquam ſunt a via ſua
mala ] id eſt a malis ſuis opibus
⁊ a mala ꝯſuetudine peccãdi vel
male opandi. Quantũ vo ad di/
uine acceptatiõis fructũ additur
[ Et miſertus eſt dñs ſup mali/
ciã ] ſcꝫ quã locut9 fuerat.i.quaꝫ
diſpoſuerat eis facere. ſup. durã/
te eoꝝ iniqtate. ⁊ niſi iuxta vbuꝫ
ꝓphete cõuerſi fuiſſent [ ſup mali
ciã ] intellige ſup penã. Uñ Jero
ny. in oꝛiginali. Maliciã dei. vt
ſupꝛa diximus. ꝓ toꝛmẽtis ⁊ ſup
plicijs accipe debem9 Aliud em̃
malũ niſi ſolũ pene. deus non pt
facere. nec vt ipm faciat cogitare
Mlta quippe ſunt huic ſimilia
in ſcripturis Judicũ.x. Doluit
dñs ſup miſerijs eoꝝ. Et.ij. Re/
gũ.vlti. Miſert9 eſt dñs ſup affli
ctionẽ. Sed quantũ ad diuie ac/
ceptationis modũ ſubdit᷑ [ ⁊ non
fecit ] id eſt nihil quod cõminat9
fuerat fecit. quia totũ ſimpliciter
dimiſit. Juxta illud Jerem̃.xviij
Si egerit pniam gens iſta a ma/
lo ſuo: agã ⁊ ego pniam ſup ma/
lo. ſcꝫ pene qđ cogitauerã vt face
rẽ ei.i.nõ inferã penã quã inferre
diſpoſuerã. hoc em̃ ẽ penitere dei
ſcꝫ nõ punire penitẽtẽ quẽ diſpo/
ſuit ferire peccantẽ ⁊ in pctõ per/
manentẽ. Nota hic fructũ ſctẽ ꝑ/
dicationis. Ad ꝑdicatõem em̃ io
ne ſecuta eſt niniuitaꝝ cõuerſio.
⁊ ad cõuerſionẽ diuina miſatio.
Nota etiã ꝙ ſicut ionas ſuo nau
fragio ꝑfigurauit xpi paſſionem
⁊ ſua moꝛa in vẽtre ceti ꝑ tridu/
um xpi ſepulturã. ⁊ ſua liberatõe
xpi reſurrectionẽ. ita cõuerſio ni/
niuitaꝝ ad ꝑdicatõem ione: filijs
iſrael in ſua duricia ꝑmanentib9
ꝑfigurauit conuerſionẽ gentiuꝫ
per aplicã ꝑdicationẽ: iudeis ꝑ/
manentib9 in infidelitate. ſic ſal/
uatoꝛ plane innuit Math.xij.c.
Generatio inqt mala ⁊ adultera
ſignũ qrit ⁊c̃. ⁊ ſequit᷑. Uiri nini
uite ſurgent in iudicio ⁊c̃. Pa
tet aũt ꝯcoꝛdia inter iſtã eplam ⁊
euãgeliũ hodiernũ. qđ ſcribit᷑ Jo
hã.vij. ⁊ incipit. Miſerũt pꝛinci
pes ⁊ phariſei miſtros. ⁊c̃. Agit᷑
em̃ in iſta lectiõe ſeu epla de con
uerſiõe gentiũ ꝑfigurata in ꝯuer
ſiõe niniuitaꝝ. ad quã ſecuta ẽ re
pꝛobatio iudeoꝝ. Et certe ꝺ his
duob9 ſatis expſſe loquit᷑ euãge/
liũ. Judeis nãqꝫ dixit xps. Que
retis me ⁊ nõ inuenietis. ⁊ q̃ ego
vado vos nõ poteſtis venire. ſup

ple. ꝓpter vr̃am cecitatē ⁊ ꝑfidiā
De gētibꝫ aūt dixerūt p̄mo iudei
Nunqd in diſpſionē gentiū itu-
rus eſt ⁊ doctur⁹ gētes. dicebant
de xp̄o. Certe verū dicebāt. quā-
uis nō cogitarēt. q: ad gētes iuit
xp̄s. ⁊ eas docuit ꝑ apl'os a iude
is repulſos. Quantū etiā ad eaſ
dē dicit xp̄s clamādo. Si quis ſi
tit: veniat ad me ⁊ bibat. ⁊c̄. ſeq̄r.
Hoc aūt dicebat ꝺ ſpū quē acce
pturi erant credētes in eū. Et cer
te credētes in xp̄m ꝓ maiori par-
te de gentibꝫ fuerūt. Placeat ei
ꝙ ſic nos potet i p̄ſenti de flumi
nibꝫ aq̄ viue. i. donis ſpūalibus
ſue gratie: vt tandē ad hauſtū fon
tis eterni in gloria ꝑuenire vale-
amus. Amen.

Feria tertia poſt Judica

IN diebus illis. Congregati ſūt ba
bilonij ⁊c̄. Dan̄. xiiij. ca.
B Sicut miſſio ſancti Jone
in mare p̄figurauit ſm̄ Jero. mor
tem ⁊ paſſionē amariſſimā. ip̄iuſ
q₃ mora in vētre ceti ꝑ triduū p̄-
figurauit xp̄i ſepulturā. eiuſdēq₃
liberatio qua fuit i littore euomi
tus dn̄i reſurrectionē gl'ioſā. Sic
et accuſatio daniel' facta ꝑ baby-
lonios p̄figurauit xp̄i accuſatio-
nē factā ꝑ iudeos. c⁹ſq₃ traditio i
man⁹ chaldeoꝝ: xp̄i traditōē₃ in
man⁹ pctōꝝ. ⁊ ipſius etiā miſſio
in lacū leonū: xp̄i cōdemnatōē₃ ⁊
mortis crudeliſſime ꝑpeſſionem
et eiuſdē liberatio: chriſti reſurre
ctionē. Jdcirco pia mater eccl'ia:
ſpōſi ſui recolēs crucē ⁊ paſſionē
poſtq₃ recitauit ione preexpoſitā
hiſtoriā: addit hiſtoriā danielis.
q̄. 4. p̄dicta de chriſto miſtice p̄fi
gurabat. Ad cui⁹ euidētiā ſūt
aliq̄ p̄notāda. Primū eſt ꝙ iſta q̄
dicunt̄ h̄ de daniele: nō ꝯtigerūt
ſub p̄mo nabuchodonoſor. nec i
recētia captiuitatꝭ. qn̄ daniel ml'
tū iuuenis erat. nec etiā ſm̄ ma-
giſtrū in hiſtorijs ſub dario me-
do. nec ſub Cyro rege ꝑſaꝝ. ſꝫ q̄
bus daniel ml'tū ſenex fuit. ſ₃ ſub
euilmerodach vel balthaſar filio
ſuo. ſub q̄bus daniel ſatis proue
cte etatis fuit. Sic em̄ dic̄ ibide₃
mgr̄ ꝙ ſub balthaſar vel ſub pa-
tre ſuo factū eſt qꝺ legit̄ in fabul'
belis et draconis. Pōt tn̄ dici.
vt vid̄r. ⁊ text⁹ q̄ſi h̄ innuit i fine.
xiiij. c. ꝙ hec ꝯtigerūt ſub cyro re-
ge ꝑſaꝝ. Dr̄ nāq₃ ibi ſic. Et rex a
ſtrages appoſit⁹ eſt ad p̄res ſuoſ
⁊ ſuſcepit cyrus ꝑſes regnū eius
Erat aūt daniel ꝯuiua regꝭ. ⁊ ho
norat⁹ ſup oēs amicoſ ei⁹. Et ſta
tim ſubdit̄ p̄ncipiū. xiiij. c. Erat
q₃ ydolū noīe bel ⁊c̄. Nō tn̄ eſt de
h̄ ml'tū curādū. Scdm̄ ē ꝙ ydo-
la habuerūt ortū a tp̄e nini regis
aſſirioꝝ. q̄ mortuo p̄re ſuo noīe
belo: fecit imaginē p̄ris ad ſui cō
ſolationē. ⁊ deferebat illi imagi-
ni tantū honorē ⁊ tantā reuerētiā
ꝙ ꝑcebat ꝯfugiētibꝫ ad ip̄a₃: q̄n-
tūcūq₃ eſſent rei. ⁊ ex h̄ cepert ho
mines diuū honorē ip̄ēdere ima-

gini illi. Ad ſilitudinē aūt huiuſ
imagīs alij in diuerſ locꝭ fecerūt
imagīes amicoꝝ ſuoꝝ mortuo
rū.⁊ eas honorabāt.ipiſqʒ alij ī⸗
pendebāt dīnos honores. Vn̄ dr
Sap.xiiij. Interueniēte tpe ac ī⸗
ualeſcēte iniq̄ ꝯſuetudine h error
tanq̄ʒ lex cuſtoditꝰ eſt.⁊ tyrānoꝝ
impꝛio colebant̄ figmēta. Et ſic
ydola fabricata ſūt ad exēpluʒ be
lis ydoli p̄dicti.ſic ⁊ noīauerunt
filij iſrl̄ ydola q̄ fabricabāt.vn̄ a⸗
liq̇ vocauerūt ydolū ſuū baal.aliq̇
ꝟo baalim. aliq̇ beelphegor. aliq
beelzebub. Babilonij autēʒ voca
bāt ydolū ſuū bel.qꝛ ſic fuit noīa
tū p̄mū ydolū babilonis.qꝺ fa⸗
bricauit ibi ninus ad honorē (vt
dictū eſt) pr̄is ſui beli ¶ Ter
tiū eſt ꝙ oēs gētiles extimauerūt
deū eſſe aliq̇d magnū ſuꝑ hoīem
et iō oīa mirabilia ⁊ ꝟtutē huma
nā excedētia colebāt tanq̄ʒ deum.
Erāt aūt tūc in babilone duo hu
iuſmodi q̄ videbant̄ excedere vir
tutē humanā.ſaltē ſcḋm babiloni⸗
rū opionē. Quoruʒ vnū ſcḋm rem
erat ſine vita.ſ.ydolum noīe bel.
qꝺ videbat̄ eis eſſe q̇d viuēs.⁊ eſ
ſe aliq̇d ſuꝑ hoīem.qꝛ videbatur
eis ꝙ comederet oī die plꝰ q̄ʒ de
berēt comedere centū hoīes.qꝺ
tn̄ nō comedebat:ſʒ ſacerdoteſ e⸗
ius cū ſuis familijs oīa occlte de
uorabant.⁊ ita regē ⁊ babiloniosſ
ſeducebāt. Hāc aūt fallaciā deꝑ
hēdit daniel dīno ſpū ⁊ hūano in
genio ⁊ dixit regi ⁊ oſtēdit.ꝓpter
qꝺ oēs illi ſeductores fuerūt iter

fecti.⁊ ydolū fuit ꝑ daniel ſbuer⸗
ſum cū tēplo eiꝰ. Aliud autē erat
viuēs.ſ.draco q̇dā magnꝰ.q̇ vi⸗
debat̄ babilonijs ꝙ eſſet q̇d dīnū
qꝛ videbāt in eo q̇d inſolitū ⁊ ex⸗
cedēs humanā ꝟtuteʒ. Dr̄ eīm ꝙ
ſacerdotes illiꝰ draconis hēbant
q̄dā inſtr̄a de corio vitulino ple⸗
na aq̄.vn̄ vocabāt ydrolia. ab y⸗
dros qꝺ eſt aq̄.⁊ ꝑcutiebāt illa ꝟ
gis.⁊ ſic reddebāt ſonitū terribi⸗
lē.ad quē excitatꝰ draco.q̇ eſt ani
mal calidiſſimū.emittebat aliq̄n
fumū.aliq̄n ignē.qꝺ vidētes ba⸗
bilonij dicebāt ipm̄ eſſe deuʒ.et
ſic decepti a ſacerdotibꝫ ꝓpter q̄⸗
ſtum tꝑalē:colebāt ipm̄ tāq̄ʒ deū
Iſtū aūt draconē daniel inſpira
tus dīnitꝰ ⁊ hūano etiā ingenio
interfecit. Fecit eniʒ q̄ſdā maſſas
de pice.adipe.⁊ pil̄.et dedit ī os
draconis.q̇ ſtatī diruptꝰ fuit ⁊ ī⸗
terfectꝰ. Dētes nāqʒ eius fuerūt
inuoluti ꝑ picē ⁊ pilos ſic ꝙ non
potuit os aꝑire.nec ꝑ ꝯn̄s potu
it reſpirare.⁊ cū ſit anīal calidiſſi
mū ruptꝰ fuit vēter eiꝰ:ꝓpter de⸗
fectū reſpirat̄iōis eiꝰ.de quibꝫ oī
bus fuerūt babilonij valde indi⸗
gnati ꝯtra danielē ⁊ regē etiā.qꝛ
fauerat ei dicēteſ. Iudeꝰ factꝰ eſt
rex.ꝓpter qꝺ ꝑueniētes ad ipʒ di⸗
xerūt ei. Trade nobis danielem.
Quartū eſt.ꝙ ſic̄ dictū fuit ſuꝑi
us in expoſitōe hiſtorie ſuſanne.
ſcʒ ſabbato pꝰ dn̄icā tertiā q̄dra⸗
geſime. Hymnꝰ triū pueroruʒ et
hiſtoria ſuſanne.⁊ etiā bel̄ ⁊ dra⸗
conis nō īueniunt̄ ī hebraica ꝟita

te.nec Jeroni.ſic̄ dicit.ea accepit
de hebreo:ſ3 de trāſlatiōe theodo
cionis.hebrei etiā vocāt oīa hec
fabuloſa.⁊ ab aliq̄ greco cōficta.
q2 nō videt̄ eis ꝙ ꝯtineāt plenā3
veritatē. nec etiā penitꝰ ꝯueniāt
inſpiratōi ꝓphali. Sz dōm quic-
quid ſit de h̄ ꝙ nō inueniunt̄ in
hebreo.tñ ꝯtinēt puriſſimā ꝟita-
tē.al's eccl'ia nō recepiſſet ea. Ad
illa aūt q̄ hebrei ꝯ̄ iſta q̄ttuor ob
ijciūt. reſpondet̄ ſic̄ notatū inue-
nies.ſ̄.loco ꝑallegato D Sic
diuide hiſtoriā p̄ſentē. Daniel ei.
ſic̄ in p̄cedēti facto.ſ.ſuſanne fuit
ꝑſecutor luxurie.ita in iſtis.ſc3
deſtructōe belis ⁊ interfectione
draconis fuit ꝑſecutor ydolatrie
ꝓpter h̄ ſuſtinēdo duplicē g̃uiſſi-
mā penā.vic3 mort̄ ⁊ famis.cō-
tra q̄s tñ deꝰ ip3 fuit benigne cō-
ſolatꝰ. Vñ in p̄ſenti hiſtoria pri-
mo deſcribit̄ magnitudo pene i-
flicte. Scd̄o modꝰ libatiōis diui
ne.īfra. [Erat aūt abacuch ⁊c̄.]
Adhuc ī p̄ma pte p̄mo tāgit̄ pe-
na mort̄. q2 miſſus fuit in lacu3
leonū.vt ab eis deuoraret̄. Secū
do pena famis.q2 ſubtractꝰ fuit
ſibi oīs cibꝫ.vt ſi leones eū nō tā
gerēt:ſaltem fame ꝑiclitaret̄. Ibi.
[Porro in lacū leonū] In p̄ma
pte ite3 tangūt̄ q̄nq3.ſc3 babilo-
niorū tumltuoſa ꝯgregatio. ma
licioſa populatio.furioſa cōmīa-
tio.⁊ regis cōpulſa ꝯceſſio.⁊ ipiꝰ
daniel' crudel' expoſitō.ſ.ad mor
tem.quia miſſus fuit in lacū leo
num. Dicitur ergo ꝓmittente ec-
cleſia [In diebus illis] ſupple
regnantibꝫ euilmerodach.vl' bal
thaſar filio ſuo.vel Cyro rege ꝑ-
ſarum.nepote aſtragis ex filia et
darij medi ex ſorore [Cōgregati
ſunt babylonij ad regē] aliquem
ſup.p̄dictorū. Nō em̄ eſt certum
determinate q̄s iſtorū fuerit [et
dixerūt ei. Trade nobis Danie-
lē] vt ſup.moriat̄. q2 bel.ſ. ydolū
deſtruxit.⁊ draconē interfecit. d̄
quibꝫ ſupra eodē.ca. [alioq̄n in-
terficiemus te ⁊ domū tuā] idē
totā familiā tua3 [Vidit g̃ rex ꝙ
irruerēt in eū vehemēter] q2 ſc3
furor irate multitudinis ſeu con
citate eſt valde irrōnabilis ⁊ pe-
riculoſus [tradidit eis daniele3
neceſſitate ꝯpulſus] Nō em̄ po-
t̄at rex ita cito ꝯgregare exercitū
ad cohibendū mlt'itudinis cōci-
tate impetū.⁊ iō oportebat ꝙ vel
traderet eis danielē. vel ꝙ more
ret̄ cū tota familia ſua. Itē vide-
bat ꝙ ip̄o mortuo daniel nō eua
deret mortē.quia ꝓpter ip3 inſur
gebat multitudo contra regem.
minus autem malum videbat̄ p̄
ma facie q̃3 ꝙ ip̄e et rex ⁊ tota fa-
milia ſimul morerentur. ideo tā
q̃3 minus malum ſm̄ ſuam eſti-
mationem tradidit eis Daniele3
et maxime quia confidebat ipſu3
per diuinam potentiam liberari
ſicut audiuerat liberationem tri
um ſociorum Danielis de cami
no ignis. [Qui miſerunt eum
in lacum leonum. et erat ibi ſex
diebus.] Ex hoc iā patet ꝙ hec

miſſio danielis in lacū eſt alia ab
illa que facta eſt tempꝑe darij. de
qua dr Dañ. vj. quia tūc nō fuit ī
lacu niſi per vnā noctē. vt pꝫ ibi-
dem. Hic aūt dr in lacu fuiſſe ꝑ
ſex dies. Simul'r hoc patꝫ alia rō
ne. quia cauſa q̄re fuit poſitus in
lacu tempꝑe darij fuit impoſita ſi
bi trāſgreſſio regij edicti. quia vt
ibidem dicit̃. rex poſuerat edictū.
vt null9 peteret aliquid a deo vel
ab homine niſi a rege vſqꝫ ad tri
gīta dies. daniel autē infra illud
tempus inuent9 eſt adorare deū.
ꝓpter qđ fuit miſſus in lacum leo
num: eſt alia ab illa. ſ. deſtructio
belis ydoli babiloniorum. ⁊ īter
fectio draconis eoꝝ. Conſequē-
ter ſubditur pena famis. qꝛ dani
el dimiſſus fuit in lacu ꝑ ſex dies
naturales ſine cibo. et iterum leo-
nibus denegatus eſt cibus ꝯſue-
tus vt citius deuorarent danielē
vnde dicit̃ [ Porro in lacu erant
leones ſeptem. Et dabantur eis
quotidie duo corꝑa ]. ſ. damnato
rum hominū [ ⁊ due oues. ⁊ tunc
non ſunt eis data vt deuorarent
danielem ] E Sequit̃ Secū
da pars vbi tangitur modus li-
berationis diuine. vnde ſubditur.
[ Erat autē abacuch ]. Et hic pri
mo tāgit̃ liberatio a pena famis.
Secūdo liberatio a pena mortis
ibi [ Venit igit̃ rex. ] Circa ꝑmū
dicitur ſic [ Erat autem abacuch
ꝓpħa in iudea ] Ille abacuch eſt il
le qui in numero. xij. ꝓphetarū eſt
octau9. ſicut dicit Jero. in quo-

daꝫ ꝓlogo. qui īcipit. Quattuor
ꝓphete. Ille enim ſimul cum da-
niele ꝓphetauit intra captiuitatē.
ita tamē ꝙ daniel in chaldea. Et
abacuch in iudea. Nam ſm ma
giſtrū in hiſtorijs. aliqui ꝓpheta-
rum ꝓphetauerūt lōge ante capti
uitatē. ſicut Iſaias. Oſee Alij il-
la iminēte ⁊ dū fieret. ſic Ezechi
el ⁊ Jeremias. Alij infra eam. vt
daniel ⁊ abacuch. Alij p9 eam. vt
Aggeus ⁊ Zacharias. ⁊ ſicut na
um. qui ponitur immediate ante
ipm prophetauit contra niniuen
⁊ aſſyrios. qui vaſtauerunt decē
trib9. ita iſte Abacuch qui fuit đ
tribu ſymeon. ſm mgr̃m. ꝓpħa-
uit ſm Jeroñ. vbi ſupra. ꝯtra ba
bylonem ⁊ Nabuchodonoſor. q̇
ieruſalem incendit ⁊ templū. Se
quitur. [ ⁊ ipē coxerat pulmentū
⁊ intriuerat ] id eſt intus miſerat
[ panes in alueolo ] id eſt in vaſe
facto ad reponendū cibos. quod
ſic dicit̃ ex ſiſ'itudine alui. i. ven-
tris vbi cibi reponunt̃. ⁊ inde ad
ſingula mēbra virtute calidi na-
turalis ꝯferunt̃ [ ⁊ ibat in cam-
pum vt ferret meſſorib9. Dixitqꝫ
angel9 domini ad Abacuch. Fer
prandium quod habes ] id eſt ci
bos ꝑatos ꝓ prādio [ ī babilonē
danieli q̄ ē in lacu leonū Et dixit
abacuch. Dñe babylonē n̄ vidi ] ⁊
iō. ſ. neſcirē ill' ire [ ⁊ lacū neſcio ]
⁊ idcirco. ſ. dato ꝙ eēm ī babilōe
neſcirē dañ. īuēire. iſta dixit ꝓpħa
ſe excuſādo: n̄ ꝓpt̃ ꝑcitatē. qꝛ libē-
ter volebat ꝓuidere indigēti. ⁊ vi

ro tam excellenti. de quo ſibi con
ſtabat per angeli verbū q plus
indigebat q̄ʒ ſui meſſores. ſʒ hoc
dicebat ꝑpter ignorantiā. qꝛ locū
penitus ignorabat. ¶ Seq̄r
[Et apprehendit eum angel⁹ do
mini in vertice eius] Apparuit
nāqʒ angelus domini in corpore
aſſumpto. ideo dicit apprehende
re verticē eius. qꝛ ſup. poſuit ma
nū ſup caput illius [et portauit
capillo capitis ſui] Nō eſt intel-
ligendū q virtus angeli ſolū tā-
geret capilloſ ꝓphete. quinimmo to
tum corpus eius. ſed hoc dicit h
quia poſuit manuʒ ſup caput ei⁹
vt dictū eſt. [poſuitqʒ eum in ba
bylonē ſuper lacum i impetu ſpi
ritus ſui] id eſt virtutis ſue. Nec
fuit mirū ſi angelus portauit ho
minē per tantū ſpaciū terre i mo
dico tempē. qꝛ vnus angelus re-
uoluit orbem circulariter in vna
die. ad quē tota terra compata: ē
quaſi punctus vnus. Un̄ q̄d he
brei obijciunt ꝯtra iſtam hiſtori
am. vocantes eā fabuloſam. pro
eo q ſm eos falſa ꝯtinet. ſ. de iſta
tranſlatiōe ꝓphete. cui ſic dicunt
nunq̄ʒ ſimile factū in canōe repe-
rit. nihil eſt tum qꝛ facile fuit vir
tuti angelice. tum qꝛ fuit manife
ſtatiuū bōitatis diuine. Legunt
etiā ipſi duas tranſlationes mi-
rabiliores iſta. ſ. Enoch Gen̄. v.
et Helye. iiij. Regum. ij. Sequi
tur [Et clamauit abacuch dicēs
Daniel ſerue dei] Seruū dei eſſe
Danielē audiuerat, et nūc ex iſto
facto h euidēter ꝯguit [tolle prā
dium qđ miſit tibi deus] Ange
lus em̄ iſta ſibi dixerat auctorita
te dei [Et ait Daniel. Recorda
tus es mei dn̄e deus me⁹] Hoc
dixit nō q crederet deum aliq̄d
obliuiſci: ſed ꝑpter nouū effectuʒ
id eſt nouū beneficiū quod exhi-
buit ei [et nō dereliq̄s q̄rētes te]
Alia littera habet. diligētes te. ve
ra em̄ dilectiōe querit deus ⁊ in
uenit [Surgenſqʒ Daniel come
dit] Nota q ꝑus laudauit deuʒ
et benedixit q̄ʒ ſumeret cibū. hoc
em̄ eſt valde laudabilis ꝯſuetu-
do [Porro angel⁹ dn̄i reſtituit
Abacuch ꝯfeſtim in locum ſuū]
Dicit magiſter in hiſtorijs q ille
Abacuch dū ferret pulmētū meſ
ſoribꝰ. dixit domeſticiſ ſuis. Ibo
ad terrā longinquā. cito redibo.
et ſi tardauero per dies aliq̄t: fer-
te cibū meſſoribꝰ. intelligens per
h q populus eſſʒ celeriter a babi
lonia reuerſurus. Ex quo patʒ lō
ge poſt liberatōem Suſanne hoc
eſſe factū. Tangunt ergo in iſta
parte multa per ordinē. ſcʒ. Cibi
ꝑparatio. Angeli monitio. Pro-
phete excuſatio. Angeli opatio.
Prādij oblatio. Uiri ſancti gra-
tiarūactio ⁊ refectio. Et ꝓphe re-
ſtitutio in locum ſuū h Cō
ſequēter ponit vltima pars ī qua
tangit liberatio a pena mortis.
Et tangunt hic q̄tuor. ſ. regiſ cle
mentia. regis amicicia. regis iu-
ſticia. ⁊ regis reuerentia. Unde ⁊
dicit [Uenit ergo rex die ſeptio]

quia Daniel erat condemnatus
ad hoc ꝙ ſtaret ibi ꝑ ſex dies na/
turales [ vt lugeret Danielē ] quē
ſup.ꝓbabiliter credebat mortuū
eſſe. [ ⁊ venit ad lacum .⁊ intro/
ſpexit ] ſup.ꝓpter magnitudinē
amicicie quam ferebat ad ipſum.
[ Et ecce Daniel ] ſupple appăru
it viuus ⁊ ſanus [ ſedens in me/
dio leonum.⁊ exclamauit rex voce
magna dicens. Magnus es do
mine deus Danielis ] Viſo nā/
qȝ miraculo :ſtatim magnifica/
uit diuinā potentiā [ ⁊ extraxit eū
de lacu leonum ] Jam enī tranſie
rat ſeditio populi.maxime qꝛ vi
debant per effectum virtutē ipi/
us dei [ Porro illos qui perditi
onis ipſius cauſa fuerant ] ſupple
incitando multitudinē popl'i ad
clamorē ꝑdictū ⁊ ſeditionē cōtra
ipm.⁊ petitionē Danielis vt mo
reret' [ intromiſit ] id eſt ītromit
ti fecit [ in lacum ] hoc enī iuſtū
fuit ſm legē talionis .ex quo erat
declarata iuſticia Danielis [ Et
deuorati ſunt in momēto coram
eo ] i quo apparuit ſaluatio dani
lis magis miracl'oſa. Ex his ap
paret ꝙ iſte rex fuit iuſtus reſpe/
ctu dei.qꝛ magnificauit ei⁹ potē/
tiā.⁊ reſpectu Danielis. qꝛ extra
xit eum de lacu leonum. ⁊ reſpe/
ctu proditorū.qꝛ fecit eos a leo/
nibꝫ deuorari. Seqt'.[ Tūc rex ]
ſup.ꝯuertēs ſe ad diuinū hono/
rē ⁊ reuerentiā. Nā viſo tāto mi/
raculo voluit magnificare diui/
nā potentiā.⁊ nō ſolū in babylo/
ne:ſed etiā in toto regno ſibi ſub/
iecto [ ait. Paueāt ] .i.timeāt blaſ
phemare [ habitātes vniuerſam
terram ] yperbole eſt ad exꝑmen
dū magnitudinē ſui regni. quaſi
oīs terra eſſet ſibi ſubiecta [ deū
danielis ] Licet enī ſit de⁹ oīm.
dr tn̄ hic deus dan̄.ꝑ ſpēalē cultū
⁊ qꝛ ipē danielē ſpālr ſaluauerat
ꝑ ſpēale ⁊ euidens miraculū. Et
hoc eſt qđ ſubdit' [ qꝛ ipe eſt liba
tor ⁊ ſaluator.faciēs ſigna ⁊ mira
bilia ] id ē opa ſupra naturā. per
q̄ inducunt' hoīes ad ꝯgnoſcēdā
diuinā excellētiā.faciens dico ſigū
[ in celo ] apparet h̄ in pleriſqȝ lo/
cis ſcripturaꝝ.⁊ hic ſpēalr i miſ
ſiōe angeli de celo.⁊ de portatiōe
ꝓphete ṽtute celeſti [ ⁊ in terra ]
ptz h̄ in locis innumeris ſpēali/
ter h̄ apparuit ſua miſericordia ī
liberatiōe daniel' de lacu.q̇ erat ī
terra. Vn̄ ſequit' [ q̇ liberauit da
nielē de lacu leonū ] ⁊ idē ſupra
vj.c. Et apparuit ſua iuſticia ī de
uoratiōe ſuoꝝ accuſatoꝝ. ex qui
bus oībꝫ rex gētilis ⁊ ꝓpl's ei ſub
iectus fuerūt inducti ad laudan
dū deū. De iſto aūt daniele q̄ntū
ſupuixit poſt reditū ꝓpl'i in iude
am:neſcim⁹. defunct⁹ aūt ſepult⁹
eſt in ſpelunca regali ſol⁹ cū glia.

Patet ꝯcordia īter iſtā epl'am
et euāgeliū hodiernū.qđ incipit.
Ambulabat Jeſus in galilea. et
ſcribit' Joh. vij. Jn iſta enī lecti/
one dr ꝙ babylonij inuidētes da
nieli (qꝛ vt eis videbat' regē ſedu
xerat) petiuerūt eū vt moreret' miſ

ſus in lacum leonū. ꝛ ī euāgelio dꝛ ꝙ multi ex iudeis dixerūt de xp̄o ꝙ ſeducebat turbas. ꝛ idcir/co ſic in codē dicit. q̄rebant eū iu dei interficere. ꝛ ꝓcurabāt vt tra deret in man⁹ pctōꝝ. q̄ ꝑ iſtos le ones fuerūt figurati. Vn̄ ꝛ h ſa/cro tp̄e de q̄libet illoꝝ in perſona xp̄i dꝛ. De oꝛe leonis liba me dn̄e Placeat ſibi ꝙ ip̄e nos de lacu le onū liberet vt cū daniele poſſim⁹ dicere. Recordat⁹ es nr̄i dn̄e de us noſter. ꝛ nō derelinq̄s q̄rentes te. Quod nobis ꝯcedat ꝛc̄.

## Feria quarta poſt Judica.

In diebus illis locutus eſt dn̄s ad Moyſen dicēs. Loque re ad vniuerſum cetū ꝛc̄. Leuiti. xix. ¶ Sicut p̄cepta prime tabule ꝛ q̄ reducunt ad ip̄a ordi/nant hominē reſpectu dei. ſic p̄ce pta ſecūde tabule ꝛ q̄ ad ip̄a redu cunt: ordināt hoīem reſpectu ꝓxi mi. Nūc aūt ꝛ ſi de iure naturali ꝛ diuino oīs homo omni hoī ſit ꝓxim⁹ ꝛ amic⁹: ſpēal'r tn̄ ꝛ q̄ſi per quādā anthonomaſiā: ꝓxim⁹ nr̄ eſt xp̄s hō. Scd̄m eī̄ expoſitiōꝫ illi⁹ ꝑabole de hoīe q̄ incidit ī la trones. q̄ ponit Luce. x. ip̄e xp̄s ē ille ſamaritan⁹ q̄ miſericordiā fe cit in illū quē dimiſerat ſacerdos et leuita. de quo dixit ille legiſpe ritus xp̄o ītērrogāti ꝛ dicenti. q̄s hoꝝ triū videt tibi fuiſſe ꝓxim⁹ eius qui incidit in latrones. At il le dixit. Qui miſcd̄iam fecit in il lū. Et ait illi ieſus. Vade ꝛ tu fac ſil'r. Xp̄us igitur q̄ miſert⁹ eſt hu mano generi. ꝛ poſuit illō ſup iu mentū ſuū. i. ſup corp⁹ ſuū ī cru ce ꝓxim⁹ omni homi debet dici. Propter qđ oīa q̄ ordināt homi nē reſpectu ꝓximi: ſpēal'r ordināt eū reſpectu hoīs xp̄i. ſic q̄cūq꞉ de ordināt hoīem reſpectu ꝓxi: ſpēa liter deordināt eū reſpectu hoīs xp̄i. Intelligēdo de his ſm̄ q̄ po/tuit eſſe deordinatio reſpectu ei⁹ Vn̄ q2 iudas ꝛ iudei pilat⁹ ꝛ mi lites ſui fuerūt reſpectu xp̄i deor dinatiſſimi. idcirco h tp̄e qn̄ re/colit paſſio dn̄ica recitat eccl'ia p̄ ſentē lectionē. ī q̄ ſcūs moyſes au toritate dei inhibuit filijs iſrl' q̄/dā q̄ vitare debebāt reſpectu om nis ꝓximi ꝛ reſpc̄u meſſie futi. q̄ tn̄ reſpectu oīs ꝓxi: ꝛ ſpāl'r reſpe ctu xp̄i trāſgreſſi fuerūt: ſic poſtea apparebit. Et h eſt ꝙ q̄uis illō ca. de q̄ ſumit p̄ſens lectio: ī ꝑma ſui ꝑte aliq̄ replicꝫ ḋ p̄ceptꝭ ꝑme tab. ip̄a tn̄ hodie nō recitat eccl'ia: ſed ſolū illa q̄ ordināt hoīeꝫ reſpectu ꝓximi. vt euidēter innuatꝙ deor dinati fuerūt iudei reſpectu veri proximi Jeſu chriſti. Notanduꝫ autem ꝙ iſta verba dixit moyſes populo iſrahel ꝑma die menſis ꝑ mi. anni ſcd̄i ab egreſſu ḋ egipto qn̄ vicꝫ erecto tabernaclō. qđ ſta tim nubes lucida operuit: lo q̄ba tur dn̄s moyſi ḋ nube: exn̄te po/

pulo in ſolitudine ſinai. Ibi eniꝫ
totus liber leuitici factus fuit. q̄
grece dicit leuiticus.qꝛ agit de e/
lectione ⁊ miniſterio leuitaꝝ. La
tine aūt ſacrificus ſiue ſacrifica/
tiuus.qꝛ tractat ꝺ ſacrificijs.he/
braice vero vagetra.qꝺ eſt idē la/
tine quod vocauit dn̄s. Mos ei
eſt hebreoꝝ omnes libros a ſuis
pncipijs noīare J His viſis
preſens lectio que ꝯtinet quedaꝫ
p̄cepta negatiua ordinātia homi
nē reſpectu cuiuſcūqꝫ ꝓximi. ſpe
cialiter autem reſpectu xp̄i. diui
dit ita. Primo nāqꝫ p̄mittit mo
tiuū incitans. Secūdo deſcribit
decretum obligās.ibi [ Nō faci/
et furtū. Tertio adducit exēplū
regulans.infra [ Diliges amicū
tuum ] Quarto ꝯcludit p̄ceptuꝫ
implicans.in fine [ Leges meas
cuſtodite ] In prima igit ꝑte po
nit motiuū incitās ad obſeruan/
tiā ſequentiū p̄ceptoꝝ. cū dicit p̄
mittente eccl'ia [ In diebus illiſ ]
ſup. quādo filij iſrael erant in de
ſerto ſynai. ⁊ dn̄s loquebat moiſi
de tabernaculo federiſ [ locut⁹ eſt
dn̄s ] .i. angelus ex ꝑſona dn̄i for
mans ſenſibilia verba. ad Moy
ſen. dicens [ Loquere ad vniuer
ſum cetū filioꝝ iſrael ⁊ dices eiſ ]
ſup. que ſequūt. auctoritate mea
Uerba iſta accipit eccleſia a pn/
cipio huius.xix.c.ſic eñ incipit.
Locutus eſt domin⁹ ⁊c̄. Ego do
minus deus veſter. Hoc nēpe ē
primū verbū quod debuit eis di
cere Moyſes in perſona dei: inci
tans eos ad ſequentiū obſeruati
onē. Hoc eñ eſt motiuū ſufficien
tiſſimū ad obſeruatōem toti⁹ le/
gis diuine. ſcꝫ ꝙ ille qui ipām cō
didit eſt abſolute dn̄s omnib⁹ p̄
ſidens. ⁊ deus oīa p̄noſcens. ⁊ de
us veſter ſpēaliter homines con/
fouens. Ego inquit ſum domi/
nus deus veſter. Uñ vt homines
efficaciter incitet ad p̄ceptoꝝ cu
ſtodiā: frequēter replicat in h̄ ca/
pitulo verbū iſtud. K Dein
de ponit ſecunda pars. vbi ꝺſcri
bitur decretum obligans. Decre
tum dico multa ꝯtinens p̄cepta
negatiua. Et p̄mo ponunt illa q̄
reſpectu proximi ordinant infe/
riores. Secūdo illa que ordināt
ſupiores.ibi [ Ego dn̄s. Nō faci
es calumniā. Tertio q̄ ordinant
mediocres ſeu pares.infra [ Nō
eris criminator ] Iſta diuiſio ſu
mit ex gloſa. Adhuc in p̄ma par
te ꝓhibet ſpēaliter duo. que vt in
pl'ib⁹ ſolent cōmittere inferiores
perſone. quarū vnū ordinat ma/
nū. aliud ordinat verbū. ibi [ nō
metiemini ] Quantū ad primuꝫ
dicit [ Nō facietis furtū ] Iſtud
eſt quartū p̄ceptum ſecūde tabu
le. ſicut pꝫ Exodi.xx. quod qua/
liter debeat intelligi viſum eſt ſu
pra feria quarta poſt dn̄icā terti/
am q̄drageſime in expoſitōe ep'le
Iſtud p̄ceptū tranſgreſſus fuit
Judas ꝓditor. qui ſicut ꝺr Johā
nis.xij. fur erat et loculos habēs
ea que mittebant portabat. Unꝺ
volens reſtaurare illoſ trecentos

denarios qbꝫ vnguentuꝫ qđ ma-
ria fudit ſuꝑ caput recumbentiſ
vendi potuit: chriſtum vendidit
xxx. argenteis. quoꝝ q̇libet vale-
bat. x. vſuales. Grauiſſimuꝫ ſce-
lus appreciari impreciabileꝫ: ⁊ il
lum vendere q̇ gratis donat oīa.
ac ꝓ cupiditate pecunie: oſculo ꝑ
dere creatorem. Sequit̃ [Non
mentiemini] Ubi ꝓhibet mēda
cium qđ ꝗ̄ꝫ maxime decordiat hu-
manum verbū. Eſt autẽ duplex
mendaciū. ſcꝫ quoddaꝫ ſimplex:
ſine appoſitione iuramēti. ⁊ hoc
abſolute đr mendaciū. quoddaꝫ
qđ eſt grauiꝰ. ſcꝫ cū appoſitione
iuramenti. qđ đr ꝑiuriū. Primū
ꝓhibet cū dicit [Non mentiemi
ni: nec decipiet vnuſq̇ſqꝫ proxi-
mum ſuū] Notandū ꝙ etſi in ſe
cundo precepto p̄me tabule ꝓhi-
beatur om̄e mendaciū inq̄ntum
vergit in dei iniuriā qui verbum
inſtituit ſolū ꝓ expreſſiōe verita-
tis. mendaciū tñ ꝑniciosum. qđ
cedit in iniuriā ꝓximi ⁊ ad dece-
ptionem eiuſdē q̇nto precepto ſe
cunde tabule ꝓhibet̃. ⁊ iſtud mē-
dacium ꝓhibet̃ hic. qđ apparet in
hoc qđ addit̃. nec decipiet vnuſ-
quiſqꝫ proximū ſuum. Iſtud p̄-
ceptum fuerūt tranſgreſſi iudei
ꝗ̄ꝫ pluries reſpectu xp̄i. quē dice-
bant malefactoreꝫ ⁊ ſeductorem
auertentē populū: ⁊ ꝓhibentē tri-
buta dari ceſari: ⁊ quem affirma
bant reū eſſe mortis. Talibꝫ mē-
dacijs deceperūt (quantū fuit in
ſe) pilatū. ⁊ voluerūt decipere inde-
ceptibilē veritatiſ. ſ. xp̄m. Scđm
ꝓhibet cū addit [Non ꝑiurabis
in noīe meo]. i. non aſſumes no
men meū ſuꝑ re falſa. hoc enī eſt
ꝓprie ꝑiurare. ſcꝫ adducere nomē
dñi in teſtimoniū falſum. [Nec
polluesnomē dei tui]. i. nō aſſu-
mes ipſum ſuꝑ re vana ⁊ ocioſa
Iſtud preceptuꝫ fuit trāſgreſſus
petrus. q̇ anathematizans ⁊ iu-
rans dicebat ſe nō noſſe chriſtū.
Hoc ēt trāſgreſſi ſūt iudei: q̇ di-
cebant de xp̄o. Nos legem habe
mus: ⁊ ſm legē debet mori. ſicut
đr Ioh. xix. Sequit̃. [Ego dñs.
Non facies calumniā] Ubi po-
nit precepta negatiua ordinātia
ſuꝑiores. Et p̄mo inhibet eis ne
noceant ꝑ potentiā. Scđo ne no
ceant ꝑ iniuſticiā. infra. [Nō fa-
cies qđ iniquū eſt]. In p̄ma par
te inhibet eis q̄druplex nocumē-
tum ſcꝫ. ne noceāt alijs extorquē-
do ꝓpriū: nec retinendo debituꝫ:
nec denigrando fame bonū: nec
ſcandaliſando ꝑ exemplū. Pri-
mo ergo inhibet ſuperioribꝫ ne
noceant alijs extorquēdo qđ eis
ꝓprium. ⁊ hoc nec fraudulēter ⁊
captioſe: nec violēter ⁊ malicio-
ſe. Quantū autē ad fraudulenti
am dicit [Ego dñs] ſupple q̇ in
hibeo vobis ſequētia. ⁊ ideo quia
ſum abſolute dñs: magiſ debetis
timere. ⁊ q̄ vobis inhibeo: magiſ
debetis cauere. [Nō facies calū
niam ꝓximo tuo]. i. nō fraudulē
ter: nec ꝑ captioſas circūuentio-
nes extorquebis ab aliq̄ homine

ſuã rem. Omĩs enĩ hõ eſt proxi
mus tu⁹.hoc eſt enĩ ꝓprie calum
nia.ſm Rabanũ.qñ.ſ.res alie/
na circũuentõib⁹ extorquet̃. Vñ
apl's.j.Theſ.iiij. Hec eſt volun
tas dei ne q̇s ſupgrediat̃: nec cir
cũueniat in negocio frẽm ſuũ.
L ˈNotandũ aũt ꝙ iudei fue/
rũt trãgreſſi hꝑceptũ reſpectu ie
ſu xp̃i. Jpſi enĩ freq̃nter tẽptaue/
rũt eũ: vt ip̃m poſſent accuſare ⁊
cape ĩ ſermõe. Mat.xxij. ⁊ Luce
xx. Jtẽ ẽt calũnioſe duxer̃t eũ ad
ſupciliũ montꝫ vt p̃cipitarẽt eũ.
ſic dr̃ Lu.iiij.ğ fecerunt multipli
cẽ calũniã in xp̃m. Quãtũ ꝟo ad
violentiã addit̃ [ nec vi opprimes
eum ] ſupple vel bona ſua mani/
feſte rapiẽdo vl' in pſona ꝓpria vl'
in ꝯiuncta ſibi iniuriã irrogãdo.
Et illud preceptũ trãſgreſſi fue/
runt etiã multiplr̃ iudei. Jp̃i nã
qꝫ violenter tulerũt lapides vt ia
cerent ĩ eũ. Joh.viij. Jp̃i etiã vo
luerũt eũ lapidare ꝓpter blaſphe
miã quã ipſi imponebãt. Johis
vij. Jpſi nihilomin⁹ iniecerũt in
eũ man⁹: ⁊ tenuerũt eũ.cũ fuſti/
bus ⁊ gladijs capientes eũ ſicut
latronẽ. Mat.xxvj. Jnhibet̃ er/
go extorſio rei aliene occulta et
manifeſta: fraudulenta ⁊ violen
ta. Cõſeq̃nter aũt q̃ntũ ad reten
tionẽ ſubdit̃ [ Non morabit̃ op⁹
mercẽnarij tui apud te vſqꝫ ma/
ne ] .i. mercedẽ quã debes oꝑario
ꝓ ope qõ fecit in agro tuo vel in
domo vel vinea cito ſolues. exẽ/
plo patriſfamilias. de q̃ Mat.
xx. nec differes ſoluere vſqꝫ mãe.
maxime vbi operari⁹ neceſſitatẽ
habet. hoc enĩ ꝑinde eſt ac ſi qõ ẽ
ei ꝓprium accipes violenter. Et
iſtud preceptũ fuerunt trãſgreſ/
ſi iudas ⁊ iudei reſpectu chriſti.
Judas q̇dem qui mercedeꝫ qua
chriſtum vendidit: nõ ſtatim red
didit: ſed diſtulit reddere vſqꝫ in
aliã diem Si ei ſtatĩ reddidiſſet
forſan de⁹ inſpiraſſet ei peniten/
tiam. Sed q² diſtulit abiens la
queo ſe ſuſpendit. Math.xxvij.
Judei etiã qui mercedem quam
chriſtus bon⁹ mercenarius q̇ in
ter eos venerat operari ſalutẽ hu
mani generis ab eis debebat ac/
cipere: ſcꝫ honorem: amorẽ: timo
rem ⁊ verã fidẽ: nõ ſtatim ei red/
diderunt: ſed vſqꝫ in mane. ſup/
ple ſue reſurrectõnis reddere di
ſtulerunt. M ˈPoſtmoduꝫ
q̃ntuꝫ ad fame denigrationẽ ſub
iungit̃. [ Non maledices ſurdo ]
Ad lrãm obſeruandũ eſt. Mai⁹
enim pctm̃ eſt maledicere ſurdo
q̃ꝫ audienti. q² nõ poteſt reſpon/
dere: nec ſe de impoſitis excuſare
Aliter aũt ſic exponit̃. [ ˈNon ma
ledices ſurdo ] .i. detrahes fame
alicui⁹: nec denigrabis eum di/
cens eũ digne adijciendũ malo
pene in occulto Sap̃.j. A detra/
ctione parcite lingue. Et iſtud p̃
ceptum fuerũt trãſgreſſi multi/
pliciter iudei: denigrãtes famaꝫ
chriſti. Dicebãt enĩ de ipſo. Ec/
ce hõ vorax ⁊ potator vini: publi
canorũ ⁊ pctõrũ amic⁹. Mat.xj

Et alibi. Non eſt hic hō a deo q̇ ſabbatum nō cuſtodit. Joh. ix. g̃ maledicebāt ſurdo .i. in abſentia ſua. ⁊ cū non audiebat: dicebant eū eſſe malū. qđ eſt ſm vnā expo‑ ſitionem. maledicere ſurdo. Ulteriꝰ q̄ntum ad ſcandalizationē ꝓximi ꝑ malū exemplū. ſubdit. [ Nec corā ceco pones offendiculum: ſed timebis dñm deū tuū: q2 ego ſum dñs deꝰ tuꝰ ] Ad litterā iſtud ſeruandū eſt magis de ceco q̄ȝ de vidente. Cecꝰ eni non pōt videre periculū: nec offendiculū precauere. Aliter aūt exponit de vitando ſcandalo ſimplicium ꝑſonaꝝ. Uñ ille ponit coraȝ ceco offendiculū. q̇ hoies ſimplices qui q̄ſi ceci ſunt. ⁊ ſine ſplendore ⁊ lumie rōnis malis opibꝫ ⁊ exemplis ſcandaliſat. Et iſtud preceptum tranſgreſſi fuerūt iudei. qui velantes faciem ieſu palmis ⁊ colaphis eū cedebant. dicentes ei: ꝓphetiza nobis chriſte quis eſt qui te ꝑcuſſit Mat. xxvj. Iteȝ poſuerūt corā ceco offendiculum. q̄n ieſum caligantem oculis ꝓpt fletum ⁊ lachrymas: guſtum eius aceto ⁊ felle offenderunt. Johis. xix. Sic igit inhibetur ſuperioribꝫ ne noceāt alijs in aliquo iſtorum modorū ꝑ potentiam. ¶ Sequit. [ Non facies quod iniquum eſt ]. Ubi inhib et ſuperioribꝫ ne noceant ꝑ iniuſticiam. Poſſunt auteȝ nocere ꝑ iniuſticiam tripliciter. ſcȝ ſi iniuſtam cauſam defendunt. aut ſi debitum modum dimittunt. vel ſi perſonas accipiunt. Quantū vero ad primum dicit cuilibet ſupiori. Non facies ſupple in iudicio quod iniquum eſt ſcȝ reos abſoluendo ⁊ innocētes condemnando. quod quideȝ eſt iniuſte iudicare. Contra hoc fecit pilatus. qui chriſtum innocētem: ⁊ in quo ſm eius teſtimonium nullam cauſam mortis inueniebat: condemnauit ad mortē. ⁊ barrabam latronem ⁊ homicidam abſoluit. Luce. xxiij. Quantum ad ſecundū additur [ Nec iniuſte iudicabis ] ſcilicet modū debitum omittendo. ⁊ iuris ordinem non ſeruando. Juſte qđ iuſtum eſt exequeris dicitur alibi. videlicȝ Deuteronomij. xvj. Aliquando enim quod iuſtuȝ ē iniuſte iudicatur. videlicet quādo debite circumſtantie omittuntur. Si enim conſtaret iudici aliquē reum eſſe mortis. vtpote ꝙ vidiſſet eū perpetraſſe homicidiū: niſi aliter conſtaret ſibi vel per confeſſionem rei vel per teſtes ſufficientes. ⁊ adiudicaret eum morti: ipſe quidem ⁊ ſi iuſtum iudicaret: attamen iniuſte. Idem etiam eſt de iniuſto. Sepe enim qđ iniuſtum eſt: iuſte iudicatur. ſupple in foro hominum. qui non poſſunt in cauſis procedere: niſi per ea que probantur. Contra iſtud etiam euidēter fecit pilatꝰ. Ipſe enī ſciens ꝙ iudei xp̄m tra

diderunt ꝑ inuidiam. Luce.xxiij.
non solũ iniustum iudicauit: sed
etiã iniuste. Christ⁹ enĩ non fue-
rat cõuictus corã eo de aliq̃ cri-
mine. nec ꝑ ꝓpriam ꝯfessionẽ: nec
etiã ꝑ sufficientia testimonia. vñ
dr̃ Mat.xxvj. ꝙ nõ inuenerunt
sufficiens testimoniũ: cum mul-
ti falsi testes accessissent. ⁊ Mar
ci.xiiij. Multi falsuꝫ testimoni-
um dicebãt aduersus euꝫ. ⁊ non
erant ꝯuenientia testimõia eoꝝ.
Quantũ ad tertiũ subdit̃ [ Non
ꝯsideres ] sup. in iudicio [ ꝑsonã
paupis ] vt supple ꝓpter paupta-
tem si reus est absoluat̃. Exo.xx-
iij. Paupis nõ misereberꝭ in iu-
dicio. vel si est innocens ꝯdẽnet̃.
Exo.xxiij. Non declinabis in iu
dicio paupis [ Nec honores vul
tum potentꝭ ] vt supple ꝓpter sta-
tum altuꝫ ⁊ honorabilẽ si re⁹ est
absoluat̃. Et qm̃ ista ꝑsonaꝝ ac-
ceptio est ꝯ̃ modũ debitũ iudicij:
ipsuꝫq3 claudicare facit. idcirco
subditur. [ Juste iudica ꝓximo
tuo ]. i. omĩ homini cuiuscunq3
stat⁹ sit: siue ꝯditiõis aut sexus.
Contra ista fecit euidẽter pilat⁹
qui ꝯsiderauit christi ꝑsonã pau
perem ⁊ despectã. ⁊ paꝝ curauit
de ꝯdẽnatione ipsius. ⁊ honora-
uit vultũ potentꝭ. i. illũ latroneꝫ
seditiosum ⁊ homicidã barrabã
q2 insignis erat. vt dr̃ Mat.xx-
vij. dimisit. ¶ Seq̃t̃. Non
eris criminator ] Ubi ponit p̃ce-
pta negatiua ordinantia medio-
cres seu pares. Et inhibet eis q̃t
tuor. scꝫ Apertã infamationẽ. se-
cretam murmuratõem. iniustaꝫ
accusatõem: ⁊ istorũ ꝑniciosam
originẽ. Propter p̃mũ dr̃ [ Non
eris crimiator ]. i. criminũ falsoꝝ
ĩpositor. vl' criminũ occultoꝝ re
uelator. Cõtra qd̃ fecerũt iudi mãi
feste. q̇ dicebãt xp̃m hoĩeꝫ criosũ.
Dicebãt enĩ eum esse amicũ de-
monũ. ⁊ ꝙ in p̃ncipe demonioꝝ
eijciebat demonia Lu.xj. ⁊ blas-
phemũ respectu dei Joh.viij. ⁊ se
ductorẽ ppl'i. ibidẽ. ⁊ trãsgressorẽ
legis Johis.ix. ⁊ reũ criminis le
se maiestatis. tanq3 illũ q̇ ꝓhibe-
bat tributa dari cesari. Luc.xxiij:
⁊ multa talia. q̃ omĩa erant falsa.
Propter scd̃m additur. [ Nec su
surro in ppl'is ]. i. murmurator
vel occultus detractor. Dicit. n.
Raban⁹ ꝙ criminator est q̇ alie
no delectat̃ vitupio. ⁊ alijs liben
ter crimĩa imponit. Susurro est
qui alijs in facie blandiens: ma-
la latenter susurrat. i. ingerit ⁊ ab
senti detrahit. Eccĩ.xxviij. Su-
surro ⁊ bilinguis maledict⁹ est.
multos enĩ turbauit pacẽ haben
tes. Et Roma.j. dicit apl's. Su
surrões detractores d̃o odibiles
Cõtra hec multi fecerũt iudei q̇
murmurabãt ꝯ̃ christũ q2 pecca
tores recipiebat: ⁊ cum eis man
ducabat. Luce.xv. ⁊ Joh.vij. dr̃
ꝙ erat murmur multus de eo in
turba. Propter tertiũ subditur.
[ Nõ stabis ꝯ̃ sanguinem ꝓximi
tui ] supple iniuste ipm̃ ad mortẽ
accusando. [ vel nõ stabis ] ꝯseu-

tiendo ſupple vel optando vl' te
ſtimoniũ ꝑhibendo. vel ꝓcuran-
do: aut ſententiã latã approban-
do: ſeu operando ⁊ ſñiam execu-
tioni mandando. Et hoc ſemper
intellige vbi cõſtat de iniuſticia
cauſe. vel de iniuſto modo proce
dendi. Cõtra hoc fecerũt iudas:
pilat⁹ iudei ⁊ milites. oẽs enim
ſteterũt ꝯ̃ ſanguinẽ ꝓximi inno-
cent̃. ſ. xp̃i. Judas eni dixit: Pec
caui tradens ſanguinẽ iuſtũ. Et
pilat⁹ dixit: Ego innocẽs ſum a
ſanguine iuſti hui⁹. Mat. xxvij.
Et iudei etiã dixerũt: Sanguis
ei⁹ ſuꝑ nos ⁊ ſuꝑ filios noſtros.
Ibidẽ. Iniqui milites inſuꝑ fla
gellauerũt eũ: ⁊ ſpinis coronaue
runt: ⁊ tandẽ crucifixerũt eum. et
vn⁹ militũ lancea lat⁹ ei⁹ aꝑuit:
⁊ ꝯtinuo exiuit ſanguis ⁊ aq̃ Jo.
xix. P Propter q̃rtuꝫ ſub-
iungit. [Ego dñs. Nõ oder̃ frẽꝫ
tuũ]. Origo oĩs iniurie q̃ verbo
vl' facto irrogat̃ ꝓximo eſt odiuꝫ
fraternũ. ſicut ei⁹ oppoſitum: qꝺ
eſt charitas. eſt origo oĩs bñficij
qꝺ ꝓximo dꝫ impẽdi. Iſta ãt ori
go mala eſt cum ẽ in affectu: ſed
peior cũ proſilit ĩ effectu Et vtrꝫ
hic ꝓhibet̃. Primũ cũ dicit Ego
dñs. ſup. q̇ oĩa diligo: ⁊ nihil o-
dio eorꝫ q̃ feci. Sap. xj: [Nõ ode
ris frẽm tuũ in corde tuo]. i. nõ
ꝯcipies ꝯ̃ ipm odiũ: nec ꝯceptuꝫ
in aĩo retinebis. Oĩs eni q̇ odit
frẽm ſuũ in tenebris eſt. j. Joh. j.
⁊ homicida eſt. j: Joh. iij. Et no-
ta. ꝙ ꝑ frẽm intelligit̃ oĩs homo.
oĩs eñ hõ oĩ homĩ. ſm Hiero
frater eſt natura. oẽs nãqꝫ ex vno
deſcendim⁹ p̃re. Nõ ergo ſumit̃
hic frater ꝓ illo q̇ ẽ frater ſolũ ge-
nere. ſicut oẽs iudei ſunt frẽs. nec
ꝓ illo q̇ ſo'ũ ẽ frater ritu vl' lege.
ſicut oẽs xp̃iani dicunt̃ frẽs: ſꝫ ſu
mit̃ ꝓ illo q̇ eſt frater natura. i. ꝓ
omĩ hoĩe. [Non oderis dico fra
trẽ tuũ]. ſequit̃. [ſed publice ar-
gue eũ] ſup. de manifeſtis. de oc
cultis aũt int̃ te ſupp̃. ⁊ ip̃m ſolũ
vt dꝛ Mat. xviij. Ita dico ne o-
deris [ne habeas ſuꝑ illo pctm̃]
ſup. odiendo. eſt eñ odiuꝫ maxi-
mũ pctm̃. Uel ſm interlineareꝫ.
ne habeas ſuꝑ illo ꝓctm̃. ſup. cõ-
ſentiendo ſuo manifeſto ſceleri
niſi ip̃m publice arguas: ⁊ coraꝫ
iudice accuſes. Contra hoc fece-
runt iudei: q̇ odio habuer̃t xp̃m.
Jo. xv. dic ipe Nũc ãt ⁊ viderũt ⁊
oderũt ⁊ me ⁊ p̃reꝫ meũ. ſꝫ vt im
pleat̃ ſermo q̇ in lege eorꝫ ſcṗtus
eſt. qꝛ odio habuerũt me gratis.
Scđm ꝟo ꝓhibet̃. cũ addit̃. [Nõ
queras vltionẽ]. i. odiũ fraternũ
in corde ꝯceptũ nõ oñdas exteri
us in effectu. Nõ eñ dꝫ vindicta
expeti. hoc enim eſt vſurpare ius
diuinũ. Deute. xxxij. Mea eſt vl
tio ⁊ ego retribuã dicit dñs. Et
ſi dicat̃ ꝯ̃ hoc ꝑ legẽ q̃ ponit̃ Ex-
odi. xxj. Oculũ ꝓ oculo. denteꝫ ꝓ
dente ⁊c̃. Dic ꝙ ibi inſtruitur iu
dex. hic aũt leſus: ne ex libidĩe q̃
rat vindictam: ſed tm̃ iuſticiam.
[Nec memor eris iniurie ciuiuꝫ
tuorꝫ]. ſup. vt vindices dicit in-

terlinearis.aliter eĩ memorari ĩ-
iurie nõ ꝓhibeť. q꞉ non memora
ri abſolute nõ eſt in ptãte nr̃a.nõ
ergo ꝓhibeť abſolute memorari
iniurie:ſ꞉ ſolũ ad vindicte experi
tionẽ. Cicero enĩ q̃ndã cõmenda
re volens dixit: Nihil obliuiſciť
niſi iniurie. Cõtra illud fecerũt
iudei euidẽter.q̃ mẽores iniuria-
rũ q̃s opinabanť eis feciſſe xp̃m.
ſicut pt꞉ in multiſ parabol'q̃s po
ſuit ꝯ ip̃os.Math.xx.ꝛ.xxj.ꝛ in
multiſ ꝟbis q̇bꝫ p̃dixit eis ve eter
ne dãnatõis.Mat.xxiij.volueŕt
ſe vindicare de ip̃o.ꝛ ſe vindica-
uerũt ip̃m capiẽdoꝛ ligãdo.ip̃m
ꝯſpuẽdoꝛ irridendo:ꝑcutiendo
ꝛ alapis cedendo: accuſando et
eiꝰ mortẽ ꝓcurãdo Et reuera nõ
fuerãt iniurie:ſ꞉ potiꝰ ꝟa doctri
na ꝛ diſciplina.veritatẽ enĩ ſꝑ di
cebat eis.ꝛ veritatẽ ſꝑ vtilẽ.q̃꞉uis
ipſi nõ capent.q꞉ cape nolebãt.
Patet igiť ex p̃miſſis ꝙ ĩ iſta ꝑ-
te ponunť p̃cepta ordinãtia me-
diocres ſeu pares.ꝛ hoc q̃꞉tũ ad
ꝟbũ ſiue aptũ.cũ dicit:nõ erſ cri-
minator.ſiue occultu꞉.cũ addit:
nec ſuſurro.ꝛ q̃꞉tũ ad factu꞉.ibi.
nõ ſtabiſ.ꝛ q̃꞉tũ ad animũ.ꝛ hoc
q̃꞉tũ ad ꝯcupiſcibilẽ.ibi. Nõ o-
derſ.vl' q̃꞉tũ ad iraſcibilẽ.ibi.ñ q̃
ras vltione꞉. ¶ Cõſeq̃nter
ſubdiť tertia ꝑs p̃ncipal'.vbi ad-
duciť exẽplũ regulans cũ addiť.
[Diliges amicũ tuũ ſic teip̃m.]
Ubi ſciendũ ꝙ oĩa p̃cepta q̃ or-
dinãt hoĩem reſpectu ꝓximi re-
ducunť in regulã charitatiſ: q̃ eſt
in eundẽ.ſic oĩa ordinãtia hoĩe꞉
reſpectu dei reducunť in regulã
charitatis:que eſt in deu꞉.ꝓpter
q̇ꝺ dicit chriſtꝰ Math.xxij.ꝙ in
his duobꝫ preceptis.ſ. dilectõis
tota lex pendet ꝛ ꝓphete. Et Ro
ma.xiij. Qui diligit ꝓximum:le
gẽ impleuit.Et infra eodẽ. Ple-
nitudo legis eſt dilectio. Idcir-
co poſtq̃꞉ legiſlator poſuit iſtas
inhibitiones q̃ ſunt oĩs reſpe-
ctu ꝓximi:adducit illud p̃ceptũ
ex quo oẽs deriuanť ſicut q̃dã
ꝯcluſiones.ſ.diliges amicũ tuũ.
lr̃a.lxx.habet ꝓximũ tuũ.ꝛ ita ac
cipit apl's Ro.xiij.Et ſi q̇ꝺ ẽ ali
ud mandatũ.ſ.reſpectu ꝓximi:ĩ
hoc verbo inſtaurať: Diliges ꝓ-
ximũ tuum.Queecunq꞉ tamẽ lit
tera eſt:ſenſus idem eſt.q꞉ nomi
ne amici ꝛ ꝓximi oĩs hõ intel-
ligi debet.Unde q̇ꝺ dicit chriſtꝰ
Math.v.dictum eſt antiq̇s. Di
liges amicũ tuum.ꝛ odio habe-
bis inimicũ tuum.debet ſane in
telligi ꝙ iſtud:odio habebis ini
micum tuũ nunq̃꞉ fuit poſitu꞉ a
deo nec moyſe.nec poteſt eſſe ſm
aliquem ſenſum.nec litteralem
nec ſpiritualẽ:ſed fuit additu꞉ a
phariſeis carnaliter ſapientibꝫ.
qui arguebãt a ꝯtrario ſenſu:ꝙ
ſi diligere amicũ erat p̃ceptũ.ꝙ
odire inimicũ eſſet ꝯceſſum.S꞉
hoc non eſt verũ.quia omnis ho
mo diligendꝰ eſt ex charitate eti-
am inimicus quantum ad natu
ram.licet ſit odiendus quantu꞉
ad culpam.Et omnis hõ quan-
tum ad naturã ꝓ amico ꝛ proxi-
mo eſt reputandus.Et quonia꞉

dilectio qua quis debet diligere proximum regulatur et mensuratur ex dilectiõe qua quis diligit seipm propter hoc additur. ſicut teipſum. hoc enim eſt exemplũ regulans dilectionẽ fraternã. Iſtud autez exponitur multis modis. quia ly ſicut non poteſt eſſe nota equalitatis: ſed cuiuſdã proportionis. Plus enĩ debeo me diligere q̃ȝ aliquez aliũz. Idcirco dicitur. ſicut teipm. id eſt ex quo teipm. ſcȝ ex charitate. et quia factus ad imaginẽ dei Uel propter teipſum: vt ſcȝ primo animã tuam: et poſtea corpus. vel in quo teipſum. ſ. in bono virtutis. vel ad quod teipſum. ſ. ad vitam glorie adipiſcendã. R

Ultimo ↄcluditur preceptũ omnia implicans. cũ dicitur. [ Leges meas cuſtodite ]. Hoc enĩ preceptum generale eſt: et omĩa implicat ſupradicta. ergo leges meas cuſtodite. et debetis facere [ Ego enim dominus deus veſter ]. Dñs q̃dez rõne immenſe poteſtatis. deus ratione immẽſe maieſtatis. noſter rõne immẽſe bonitatis. ergo facite iuxta ↄſiliũ dauidicum in pſ. q̃ dicit: Uenite adoremus et procidamus ante deũ. ſ. in euȝ credentes ſperando. et per dilectionez tenendo. ſic enĩ colitur et adoratur deus. ploremus corã dño qui fecit nos. ſ. de trãſgreſſiõibus mãdatorũ ſuorum veraciter pẽitẽdo. quia ipe eſt dñs deus nr. Contra iſta duo precepta vltima fecerũt euidenter iudei, q̃ amicũ generalez oĩm hominũ. ſ. xp̃m. quo nullus alius charitatẽ maiorẽ hr̃e potuit Iohan. xv. et ipſorum iudeorum ſingularẽ amicũ. q̃ nõ venit principaliter niſi propter oues q̃ perierũt domus iſrael. Mat. xv. nõ dilexerunt: ſed ſũmo odio habuerũt: intantũ q̄ reſpectu ipſius oĩa p̃cepta in hac lectione poſita ſpecialiter tranſgreſſi fuerũt. ac per hoc et leges diuinas nõ cuſtodierũt. Specialiter enĩ de ipo poſitũ eſt in lege hoc p̃ceptũ Diliges amicũ tuũ. et ſm aliã litterã proximũ tuuȝ. ſic in parabola de ſemiuiuo relicto innuitur euidẽter Luc. x. Patet ↄcordia inter iſtã ep̃lam et euãgeliũ hodiernũ. qđ ſcribitur Iohis. x. et incipit. Facta ſunt encenia etc̃. In hac eileccione ponuntur multe inhibitiones: quas omnes tenẽt et obſeruant. audiunt et obaudiũt omnes illi qui ſunt bene ordinati reſpectu proximi. et qui ſũt de ouibus chriſti qui vocem eius audiunt: ipſumq̃ȝ ſequuntur. q̃ etiam nõ peribunt. quia ipſe dabit eis vitam eternaȝ. ſicut p̄ma ps euangelij dicit. Quas oẽs inhibitiones etiã iudei. quia nõ erãt de ouibus xp̃i: trãſgreſſi fuerũt reſpectu eiuſdẽ. q̃ tñ erat amicus fideliſſimus. et ſingulariter proximus eorũ. et intantũ tranſgreſſi fuerunt q̄ vocauerunt eum blaſphemũ. et ſuſtulerunt lapides vt lapidarent euȝ: prout dicit ſcđa ps euãgelij. De ope bono nõ lapidamus te: ſed de blaſphemia: cuius mor-

tē nō ceſſantes ipm̄ ꝑſequi poſt
modū ꝓcurauerūt. Placeat ei vt
nos ſimꝰ de ſuis ouibꝫ: ſicqꝫ vo
cē eiꝰ audiamꝰ: ipm̄qꝫ ſeq̄mur i
pn̄ti ꝑ grām: vt tandem ad pa⸗
ſcua vberrima glīe in terra viuē⸗
tium nos introducat. Amen.

Feria quinta poſt Judica.

# In diebus

illis. Orauit daniel ⁊c.
Dan̄. iij. S Fornax
babylonica mōm iſtū ſignificat.
cꝰ flām̄a ꝑ q̄tuor eiꝰ ſpiracula. q̄
ſunt ſupbia: auaricia: laſciuia et
malicia vbilibet diffundit̃ ad in
cendendū chaldeos ⁊ babyloni⸗
os. i. vniuerſaliter om̄s pctōres.
Tres aūt pueri in fornacē proie
cti ⁊ ab igne illeſi: ſignificāt ſcōs
triū tēpoꝝ.. ſ. legis nature: legis
ſcripte: ⁊ ꝓphetie. Fornax aūt iſta
circa tp̄a aduentꝰ xp̄i ſeptupluꝫ
ſuccenſa erat q̄ꝫ vnq̄ꝫ fuiſſet. ma⸗
licia enī mōi aſcēderat plꝰ q̄ꝫ vn⸗
q̄ꝫ aſcēdiſſet. ⁊ iō tres pueri incē
dium formidātes implorauerūt
diuinā miſcōiam. ⁊ deſcēſuꝫ an⸗
geli magni ꝯſilij. Sciebāt enī ꝙ
niſi deſcēderet: ⁊ refrigeriū grē ſe
cū adduceret: extinctionē euade⸗
re nō valebāt. Vn̄ Azarias q̄ vi⸗
ce omniū orauit: figurabat ſeu ſi
gnificabat aliquē de ꝓphis: q̄ vi⸗
ce omniū ſctōꝝ ⁊ ꝓ liberatiōe co⸗
rū orōneꝫ fudit ad dn̄m. vtpote
dauid q̄ dicebat: Oſtēde nob̄ do
mine miſcōiam tuam. Et alibi.
Oſtēde faciē tuā ⁊ ſalui erimus.
Et illud. Dn̄e inclina celos tuos
⁊ deſcende. Vel Eſaiā q̄ dicebat
Dn̄e miſerere nr̄i. te enī expecta⸗
mꝰ. Et alibi. Utinaꝫ diſrūperes
celos ⁊ deſcēderes. Quorū orō
exaudita fuit. Nā deſcēdit ange⸗
lus dn̄i in fornacē. i. filiꝰ dei pe⸗
nalitates nr̄as aſſūpſit. ⁊ fec̄ me⸗
diū fornacꝭ q̄ſi ventū roris flan⸗
tē. i. inſtituit ſacr̄a q̄ ſunt vaſa re
frigerantꝭ grē. q̄bꝫ ꝑ mortē ſuā ⁊
paſſionē dedit ꝟtutem ⁊ efficaci
am vt pueri eiꝰ liberarent̃ illeſi:
flām̄a fornacꝭ deuorāte babylo⸗
nios: paſſiōis ſue ac ſacr̄oꝝ eccle
ſie ꝯtēptores. Vel fornax iſte in⸗
fernū ſignificat: cuiꝰ flām̄a incē⸗
debat babylonios. i. demones ⁊
pctōres reprobos. nō ledebat au
tē tres pueros. i. ſctōs pr̄es triuꝫ
tempoꝝ. de q̄bꝫ dictū eſt. vel ſan
ctos triū ſtatuū. ſ. ꝑſidētes: conti
nentes ⁊ nubentes. Iſti eī ante⸗
q̄ꝫ xp̄s deſcenderet. ⁊ ſi deū nō vi
debāt: nullā tn̄ penā ſuſtinebant
Loq̄r de illis q̄ abſq̄ꝫ pctō ⁊ obli
gatione ad penā deceſſerūt. vnde
nō poterāt inde liberari. niſi an⸗
gelus. i. dei filiꝰ ſm̄ aīaꝫ illuc de
ſcenderet. ⁊ in ſanguine teſtamē⸗
ti ſui eos de lacu illo educeret. iu
xta illud Zach. ix. Tu q̄ꝫ in ſan⸗
guine teſtamēti tui eduxiſti vin⸗
ctos tuos de lacu in q̄ nō erat aq̄.
Iſtū eī deſcēſuꝫ ſūme deſideraue
rūt ſcti pr̄es. ⁊ ꝓ ipo inſtātiſſime
orauerūt. ⁊ idcirco ipm̄ obtinere
meruerunt. Vn̄ pn̄s orō Azarie

ſignificat orōnē ſctōꝝ patrū q̄
erant ī limbo: deſcēſuȝ iſti⁹ ange
li expectantiū ⁊ poſtulantiū. De
ſcendit igiť angel⁹. i. dei fili⁹ ſm
aīam. ⁊ in ſanguīe teſtamēti ſui
liberauit ſctōs ſuos flāma forna
cis incendēte ſicut prius: repro⸗
bos pctōres. Cōuenienter igiť h̄
tpe paſſiōis legiť pñs lectio q̄ ꝑ
figurā ꝯtinet orōnē quaȝ iſti pa⸗
tres ī limbo faciebāt ꝓ p̄dicto de
ſcenſu angeli. i. xp̄i ſm aīam ei⁹.
corpe manēte mortuo ī cruce. vł
in ſepulcro. ⁊ ꝓ liberatōe ſua ꝑ ꝟ⸗
tutem ſui ſanguīs p̄ciosi. ¶

Ad euidentiā hui⁹ lectōis pri
mo notandum eſt: ꝙ ⁊ſi hiſtoria
hui⁹ tertij capl'i daniel' q̄ȝtum ad
ſtatue fabricatōeȝ ⁊ reg̃ iuſſionē
⁊ iſtorū puerorum nolentiū adora⸗
re in fornacē ꝓiectōem ⁊ q̄rti pu
eri ſil'is filio dei apparitionem ⁊
eorū liberatōeȝ ſc̄pta ſit ī hebreo.
nō tñ q̄ȝtū ad p̄ntem azarie ora⸗
tionē. nec etiā q̄ȝtū ad hymnum
quē oīs tres cōpoſuerūt. nec Je
ro. accepit ea de hebraica verita⸗
te. nec de trāſlatōe. lxx. ſed de trāſ
latione Theodocionis. eccl'ia tñ
ea legit ⁊ recipit tāq̄ȝ ꝟa: ⁊ tanq̄ȝ
ꝑ danielē ſcripta. nō tanq̄ȝ ꝯficta
ꝑ aliquē grecū: ⁊ huic libro inſer
ta. Nec obſtat ꝙ iudei ꝯ hoc ar⸗
guūt. ſic apparuit ſupra in prin⸗
cipio lectōis ſuſanne: ſabbo poſt
dñicā tertiā q̄dragesime. No⸗
tandū etiā ſcđo ꝙ qñ iſta cōtige⸗
rūt: daniel nō erat in babilone: ſȝ
erat ꝓ aliqb; negocijs reg̃. ł erat
prepedit⁹. Certū eſt enī ꝙ ſi fuiſ
ſet pñs ⁊ eſſet ſan⁹: fuiſſet reqſit⁹
de adoratōne ſtatue ſicut alij. ⁊ ꝙ
nullo mō adoraſſet. ac ꝑ hoc fu⸗
iſſet ſicut alij in fornacē ꝓiectus.

Inſuꝑ tertio notādū eſt ꝙ il⸗
le q̄rt⁹ qui ī fornace apparuit. de
quo dixit infra eodē. ſpecies q̄rti
ſil'is eſt filio dei. fuit ad l'ram ille
angelus q̄ deſcēdit in fornacem.
deſcendit enī ibi in corpe aſſum
pto. ⁊ ex ſplendore faciei apparu⸗
it regi ꝙ ñ erat hō: ſed aliq̄d diui
nū ⁊ vltra hoīem. ⁊ iō ꝯuenīēter
geſſit typū ⁊ figurā xp̄i filij dei: q̄
in aſſumpta hūanitate liberauit
ſctōs ſuos. ⁊ ꝑ ꝟtutem paſſionis
ſue adduxit refrigeriū gr̄e ꝯ incē
dium vitiorum. Alteri⁹ q̄rto hic
incidit vna q̄ſtio. quō dicit eccle
ſia in p̄ncipio hui⁹ lectōis: Ora
uit daniel. cū ſicut apparet ex l'ra
nr̄a nō fuerit orō danielis: ſȝ po⸗
tius Azarie in fornace exiſtentis
in quā daniel nō fuit ꝓiect⁹. Sȝ
dicendū ꝙ idcirco attribuiť da⸗
nieli. nō q2 ipe eā ꝓtulerit: ſed q2
vel forſan eā docuit azariā tanq̄ȝ
ille q̄ erat peritior in diuis vł po
tius qui eaȝ ſcripſit. Quinto
etiā notandū eſt ꝙ circa iſtā orō
nē ſic ꝓcedem⁹. Primo nāq̄ȝ ex⸗
ponem⁹ eā ad l'ram. ⁊ ꝓ iudeis ī
babylone captiuis. ⁊ ſcđo allego
rice ꝓ oīb; hoīb;. ⁊ p̄cipue ꝓ ſan⸗
ctis ꝓpter pctm̄ p̄mū in hoc mū
do mł'tipl'r afflict̄. ¶ Quātū
aūt ad p̄mū ſic diuidiť. Primo
enī Azarias implorat diuinā bo

nitatem. dicens: [Dñe deꝰ iſrael ne deſpicias] Scḋo allegat diuinā veritatē. ibi. [Propter abraā dilectū tuū. Tertio cōmēdat diuinā eq̄tatē. ibi. [qꝛ iminuti ſumus]. Quarto memorat dīnaꝫ pietatē. ibi. [ſed in aīo ꝯtrito.] Quinto inuocat diuinā ptātem ibi. [Erue nos in mirabilibus]

Primo igiť implorat diuinā bonitatē. cū dꝛ ꝑmittēte eccleſia. [In diebꝫ illis]. ſ. ꝑmi nabuchodonoſoꝛ reg꜕ babylonis: qñ ipſe ſtatuā aureā fecerat quaꝫ ⁊ iuſſit adoꝛari. Cuiꝰ q̄dē iuſſum ꝯtēnētes Ananias: Azarias ⁊ Myſael ſocij daniel': fuerūt ꝓiecti ī foꝛnacē ignis ardent꜕. tūcq꜒ Azarias oꝛōnē q̄ ſeq̄tur fudit ad dñm: q̄ tñ predict꜕ rōibꝫ attribuiť danieli. Unde ⁊ dꝛ [Orauit daniel dominum dicēs: Dñe deꝰ iſrael]. etſi oīm erat deꝰ ⁊ dñs. ſpecialiter tñ iſrl'. tanq꜒ ppl'i ſui peculiaris. [ne deſpicias ꝑpl'm tuum]. i. ne ꝑpetuo dimittas nos in manibꝫ hoſtiū. licꝫ ad tp̄s puniamur. ſic enī lr̄a nr̄a hꝫ [ne q̄ſumꝰ tradas nos ī ꝑpetuū] ſupple hoſtibꝫ nr̄is. ⁊ hoc. ſ. [ꝓpter nomē tuū]. q. d. licet hoc demeruerit nr̄a malicia: fiat tamē hoc ad gl'iam noīs tui vt gloꝛificeť ī liberatōe nr̄a [⁊ ne diſſipes teſtamētū tuū]. i. legē tuā in q̄ ſicut ī teſtamēto tuo manifeſtas hoībꝫ voluntatē tuā. [Ne diſſipes] dico. i. ne ꝑmittas diſſipari. Diſſipatur aūt qñ nō ſeruať. ⁊ qñ volentes eā obſeruare impediūtur ꝑ malos hoīes in obſeruatione. [neq꜒ auferas miſcdiaꝫ tuā a nobis]. q꜒uis ꝓpter pctā nr̄a nō ſimus miſcdia digni. imo miſericoꝛdia dñi qꝛ nō ſumꝰ ꝯſumpti. Sic igiť imploꝛat dīnā bonitateꝫ. Cōſeq̄nter ſcḋo allegat diuinā veritatē. Allegat enī ꝓmiſſionē diuinā factā de xp̄o ſcīs patribꝫ. ⁊ de ſemīe ſpūali qḋ ſunt fideles xp̄iani. Uñ qꝛ ſciebat iſtā ꝓmiſſionē deūq꜒ eſſe veracē in ſuis ꝓmiſſiōibꝫ. idcirco in ſua oꝛatione allegat iſta. ſic ſe ꝯtinuās. Ne deſpicias inquā ꝑpl'm tuum ſup. de q̄ ꝓmiſiſti xp̄m tuū naſci Et hoc [ꝓpter abraam dilectū tuum] Abraam ꝓo ſpecial'r vocat dilectū dei. qꝛ ꝑmꝰ electꝰ ex idolatris ad cultū dei. ⁊ qꝛ ꝑmo facte fuerūt ei apte promiſſiōes de xp̄o. ſic̄ appꝫet Ceñ. xv. ⁊. xxij. ca. [⁊ Iſaac ſeruū tuū] Uocat autē iſaac ſpecial'r ſuū dei. qꝛ fuit obedientiſſimꝰ. qꝛ cū pr̄ eiꝰ vellet eū imolare: nō reſtitit: ſꝫ ꝓmpto aīo ad īmolationeꝫ acceſſit. ⁊ tñ foꝛtis erat ⁊ robuſtꝰ tāq꜒. xxv. annoꝝ. ⁊ pr̄ ſuꝰ erat ſenex ⁊ debilis hñs in etate. cxx. ānos ⁊ ampliꝰ. [⁊ iſrl']. i. iacob. [ſctm̄ tuū]. Et vocat iacob ſpecial'r ſctm̄ dei. qꝛ ſpeciali cultu vouit ſe colere deū ſicut pꝫ Ceñ. xxviij. Illud autē ſctm̄ dꝛ qḋ diuio cultui applicať [qbꝫ locutꝰ es pollicens]. i. firmiter ꝓmittens. [qꝛ multiplicares ſemē coꝝ tanq꜒ ſtellas celi. ⁊

ſicut arenā q̄ eſt ī littore maris]
Per ſtellas aūt celi intellexit de
us ī ſua ꝓmiſſiōe ſemē ſpūale: qđ
ſunt fideles xp̄iani imitatores ve
ri ſemīs. i. xp̄i abrae ꝓmiſſi. Sȝ
ꝑ arenā mar intellexit ſemē car-
nale qđ fuerīt yſmaelite: ydumei:
⁊ iudei. Cū igiꝛ tua ꝓmiſſio dn̄e
de⁹ nōdū impleta ſit. qꝛ nōdum
xp̄s de ſtirpe abraam nat⁹ eſt. ⁊ ꝓ
miſſio tua tā ſolenniter facta. ſic̄
appet Geñ. xxij. fruſtrari non de
beat. ne deſpicias ꝓplm tuū vt to
taliter ꝯſumaꝛ. neqȝ auferas mi-
ſericordiā tuā a nob. vt h̄ ſup. to
taliter peream⁹: ſed ad terrā nr̄aȝ
libere reuertamur. ¶ Dein-
de tertio cōmēdat diuinā eq̄tateȝ
attribuēdo pctīs ſui ꝓpli mala
q̄ ſuſtinebat: ac ꝑ hoc oñdebat cē
ſm̄ diuinā iuſticiā ꝙ ſic afflige-
baꝛ. vñ dicebat ſic ſe cōtinuans.
Ne deſpicias dn̄e ꝓplm tuuȝ. de
q̄ ꝓmiſiſti ꝙ multiplicares eū: q̄
tñ minuiꝛ oī die. ſicut appet. [qꝛ
īminuti ſum⁹ dn̄e pl⁹ q̄ȝ oēs gē-
tes]. Vere īminuti erāt tunc. qꝛ
multi de filijs iſrael erāt ꝑ bella
occiſi ⁊ multi captiuati. [ſumuſ-
qȝ hūiles]. i. viles ī ꝯſpectu alio-
rū [in vniuerſa terra hodie]. i. ī
pñti tpe. [ꝓpter pctā nr̄a] Et bñ
in vniuerſa terra. qꝛ iā diſperſi
erāt in mult terris. q̄dā inter aſ
ſyrios. q̄dā inter chaldeos. ⁊ qui
dā inter egyptios. Et cum ita ſit
dn̄e nō habem⁹ aliqđ remedium
nec ꝟtutē hūanā: nec etiā ꝯſueta
ſacrificia q̄b⁹ te ꝯſueuim⁹ placa
re. nec poſſumus dico ſaluari de
manib⁹ inimicoꝝ nr̄oꝝ virtute
hūana. vñ dꝛ. [⁊ nō eſt] ſup. nob
[in hoc tpe] captiuitatis [prin-
ceps] q̄ ſupple poſſit nos defen-
dere. Jam enī ſedechias vltim⁹
rex iuda capt⁹ fuerat. et effoſſis
oculis vinct⁹ duct⁹ in babylonē.
[⁊ ꝓpha] ſupple nō eſt q̄ denūci-
et nobis futurā ꝯſolatōnē. Dani
el enī nōdum ꝓphetare cepat. nec
forte Ezechiel. Hieremias aūt ⁊
abacbuc nō erant ī chaldea: ſȝ in
iudea vel in egypto. poſt q̄s ſur-
rexerūt Agge⁹ ⁊ Zacharias. [et
dux] ſup. nō eſt nobis: q̄ exercitū
nr̄m p̄cedat. qꝛ nec audem⁹ face-
re exercitū in captiuitate ꝯſtitu-
ti. Nō ergo ē nob fiducia vl̄ refu
giū in ꝟtute hūana. Itē nō habe
mus remedia ꝯſueta ꝑ oblatio-
nes ⁊ ſacrificia. vñ addiꝛ. [neqȝ]
ſupple ſunt nob [holocauſtū ne-
qȝ ſacrificiuȝ: neqȝ oblatio: neqȝ
incēſum]. Holocauſtū quidē di
cebaꝛ oblatio q̄ tota incendebaꝛ
ad honorē diuinū. Sacrificium
aūt qđ partim incendebaꝛ. ⁊ par
tim ad vſuȝ ſacerdotū reſeruaba
tur. Oblatio ꝟo etſi erat nomen
cōmune. tñ ſpecialr̄ illud diceba
tur oblatio qđ offerebaꝛ nō pro
pctō ſeu ꝓ delicto: ſȝ ex mera de-
uotōe. Incēſū āt h̄ appellat thimi
ama odoris qđ offerebaꝛ ītra tē-
plū ſuꝑ altare thimiamat ad cō
ſūmatōȝ ſacrificioꝝ. ſic̄ dꝛ heb. ix
Ratio aūt oīm iſtoꝝ erat. qꝛ ñ li-
cebat eis offerre talia niſi ī ierl'm

q̄ iā erat deſtructa:⁊ a q̄ ipi erant
q̄ꝫ plurimū remoti. Et hoc eſt qḋ
ſubdit̄.[neqꝫ locꝰ p̄miciaꝝ]ſup
ple eſt nob̄[corā te].i.in q̄ poſſi-
mus p̄micias tibi offerre.qꝛ ſup
ple iā eſt deſtructꝰ.ergo nō ſoluꝫ
nō eſt nobis via ꝑ hūana ſubſi-
dia.verūetiā nec ꝑ ꝯſueta ſacrifi
cia.vt poſſitmꝰ inuenire miſcḋiā
tuam.ſ.ꝑ talia ſacrificia.

Poſtmodū q̄rto memorat ⁊ po
ſtulat diuinā pietatē.cum addit
[ſed in aīo].q.d.loco ſacrificioꝝ
ſuſcipias dn̄e illud qḋ poſſuꝫ ti-
bi offerre.ſ.cor ꝯtritū ⁊ humilia
tum.cor obediēs ⁊ pauidū.et ſi
nō poſſumꝰ tibi offerre illa cor-
poralia ſacrificia.accipe iſtḋ mo
dicū:⁊ reſiduū ſuppleat tua mi-
ſericordia. Vn̄ ⁊ dicit ſic ſe ꝯti-
nuās.[Nō poſſumꝰ] iquā p̄dicta
tibi offerre:⁊ ꝑ ipa tuā miſcḋiam
inuenire.[ſꝫ ī aīo ꝯtrito ⁊ ſpū hu
militatſ].i.humili.quod ē illud
ſacrificiuꝫ de quo in pſ̄ dr̄. Sa-
crificiū deo ſpūs ꝯtribulatꝰ:cor
ꝯtritū ⁊c̄.[ſuſcipiamur]ſupp̄.a
tua miſcḋia.i.ita ī hoc ſacrificio
ſpūali ſuſcipiamur a tua miſeri-
cordia[ſic̄]ſuſcipꝫemur[in holo
cauſto arietū ⁊ thauroꝝ ⁊ ſicut ī
milibꝫ agnoꝝ pinguium]fiebat
ſup̄.tibi placabile ſacrificiū per
qḋ inueniebamꝰ miſcḋiaꝫ.[ſic fi
at ſacrificiū nr̄m]ſup.ſpūale cor
dis ꝯtriti ⁊ humilis[in ꝯſpectu
tuo hodie vt placeat tibi]. Et
ſperamꝰ q̇dē ꝙ erit ita.[qꝛ nō ē
ꝯfuſio ꝯfidētibꝫ ī te] Nō loq̇t̄ de

ꝯfuſiōe ṽa q̄ eſt corā ḋo propter
pctm̄.illa.n.ē ṽa ⁊ bona ꝯfuſio
quā hn̄t q̇ ꝯfidūt ī deo:ſꝫ loquit̄
de ꝯfuſiōe q̄ eſt corā hoībꝫ.q̄ nō ē
ſimplr̄ ꝯfuſio.⁊ illā hn̄t freq̄nter
ſcti̅ viri:ſꝫ nō reputāt eā ꝯfuſio-
nē.leuis enī ē ꝯfuſio.i.modica ⁊
⁊ q̄ſi nulla ſi tm̄ corā hoībꝫ ⁊ nō
corā deo q̇s ꝯfundat̄. Vel dicen-
dū ꝙ loq̇tur de ꝯfuſione ꝑpetua.
quā euadēt ꝑculdubio in dn̄o cō
fidētes. Salua reuerētia huiꝰ
ſcti̅ pueri nō eſt oīmoda ſil̄itudo
inter ſacrificiū ſpūale ⁊ corꝑale.
quā notabat dicēs.ſic̄ ī holocau-
ſto ⁊ ſic̄ in milibꝫ. Sacrificiū enī
corꝑale ſine ſpūali nulliꝰ erat e
ficacie:ſꝫ bn̄ ecōuerſo. Opus eī
oꝑatū nulliꝰ erat meriti ſine oꝑe
oꝑante.i.ſine deuotōe offerentſ.
opus tn̄ oꝑans.i.ipa deuotio ſꝑ
eſt ⁊ fuit efficax apud deū. Dice-
bat enī Rabi moyſes ꝙ tribula
tiones corꝑis tolerate cū patien
tia:ſunt magſ dilecte apud deū
q̄ꝫ ſacrificia. Sacrificia ei fiebāt
de diuitijs hoīs.tribulatōes ṽo
tolerate cū patiētia:fiūt de corꝑe
⁊ aīa.q̄ ſunt magſ cara. Vn̄ tri-
bulatio ī q̄ iſti erāt quā patiebāt̄
patiēter ſiue ſuſtinebāt:erat deo
magſ accepta q̄ꝫ ſacrificia q̄cūqꝫ
fuiſſent. Dicēdum aūt ꝙ h̄ bn̄
ſciebat azarias:ſꝫ hūiliabat ſe cō
fitēdo pauꝑtatē ⁊ exiliū in q̇bus
erāt. Seq̇t̄[Et nūc ſeq̇mur te ī
toto corde ⁊ timēꝰ te.].i.q̄liter-
cūqꝫ tibi peccauimꝰ n̄ ſolū hēmꝰ
cor ꝯtritū ⁊ humile:ſed etiaꝫ cor

timidū ⁊ obediēs. [⁊ querim⁹]. id eſt deſideram⁹ [faciem tuaȝ] id eſt pñtiā tuā nobis aſſiſtentē. ⁊ nos ad patriā reducenteȝ. igit. [ne ɔfundas nos] .i. ɔfuſibiles ī ɔſpectu hoīm diu dimittas nos [ſed fac nobiſcū ſm manſuetudinem tuā: ⁊ ſm multitudinē miſericordie tue] q2 ſupple tibi ꝓpriū eſt miſereri. ¶ Cōſequēter vltimo inuocat diuinā ptātem: q̄ ſolet aſſiſtere in caſib9 deſperatis ſm viam humanā. Unde dicit. [Et erue nos ī mirabilib9 tuis] id eſt ꝑ opa ſupra v̄tuteȝ nature facta. qđ q̄dem fuit in liberatōne iſtoꝝ de fornace. [⁊ da gl'iam nomini tuo dñe] vt ſupple infideles videntes potentiā tuam mirabilem: glorificent nomē tuuȝ. [⁊ ɔfundant omēs q̄ oñdunt ſeruis tuis mala]. Et loquit de cōfuſione bona. q̄ eſt ꝑ pniam q̄ hō ɔfundit. i. erubeſcit corā deo de pctō ꝑpetrato. Uñ ſenſus ē. [cōfundant] .i. ɔuertant. vt q̄ nūc te blaſphemāt: te poſtea glorificēt. ⁊ qui nūc ſeruos tuos opprimūt ipoſq3 captiuos detinēt. ipos cōſolent ⁊ liberos dimittāt. ⁊ hoc ē qđ ſubdit [Cōfundant in oīpotētia] .i. in oñſiōe tue oīpotētie. [⁊ robur coꝝ] q̄. ſup. fortificant aduerſū nos. [ɔterat] .i. māſueſcat [vel ɔterat] .i. ꝑ medos ⁊ perſas adnihilet. [⁊ ſciāt q2 tu es de9 ſolus ⁊ gl'ioſus ſuꝑ orbē terrarum dñe de9 nr̄] Hoc factū fuit ꝑ nabuchodonoſor. q̄ viſo tanto miraculo glorificauit deū iſrl'. ⁊ ſic apparet in fine hui9 ca. iuſſit potentiā ei9 mirabilē ⁊ regnū ꝑpetuū p totū ſuū imperiū p̄dicari

Allegorice aūt ſicut aliq̄liter p̄tactū eſt. rex babylonis diabol9 ē Babylonij aūt miniſtri ei9: ſunt om̄s demones. ⁊ vniuerſal'r oēs pctōres. Fornax mūdū iſtū ſignificat vl' infernū. Tres pueri ī fornace piecti ⁊ ab igne illeſi ſignificant ſctōs triū tēpoꝝ. ſ. legis nature. legis ſcpte ⁊ ꝓphetie. vl' etiā ſctōs triū ſtatuū. ſ. p̄ſidentes: nubentes ⁊ ɔtinentes. q2 alibi figurant ꝑ noe: iob ⁊ danielē. Angel9 aūt figurabat dei filiū magni ɔſilij angelū. Deſcenſus aūt eius in fornacē figurabat eiuſdeȝ incarnatiōem ⁊ nr̄e penalitatis aſſumptionem. Uel figurabat xp̄i deſcenſum ſm aīam ī infernū. Fornacis q3 refrigeratō figurabat grē chriſti infuſionē. q̄ in hoc mūdo refrigerauit q̄ntū ad ſctōs viros fornacē diaboli: vt ipos nō adureret flāma vitioꝝ. Liberatio etiaȝ triū puerorū figurabat liberationem electorū de ptāte diaboli. ⁊ liberationē ſctōꝝ patrū de carcere inferni ꝑ ieſum xp̄m. Oratio aūt Azarie figurabat orōnem ſctōꝝ ſiue iuſtorū q̄ fuerūt circa tp̄a incarnatiōis xp̄i. Tūc ei q̄n maior erat flāma fornacis q̄3 vnq̄3 fuerat. ꝓpter qđ formidabant extingui vel ꝑpetuo in fornace manere: orauerūt deuotiſſime ⁊ poſtulauerūt affectuoſiſſime deſcē-

ſum angeli.i.incarnationē filij
dei. De nūero iſtoꝝ fuit ille ſan-
ctus ſymeon. qui rn̄ſuz accepit a
ſpūſctō: nō viſurū ſe mortē niſi ꝑ
us videret xp̄m dn̄i. Luc.ij. A
Quid ergo orauit Azarias in
ꝑſona illoꝝ. ecce. [Dn̄e de⁹ me⁹
ne deſpicias ꝓpl'm tuū ].i. non di
mittas eū ꝑpetue in manib⁹ ini-
micoꝝ. ſicut dicebat ille ꝓpha in
pſ̄. Animas pauperꝝ tuoꝝ ne obli
uiſcaris in finē. [ꝛ ne diſſipes ].i.
nō diſſipare ſuſtineas. [teſtamē-
tum tuū ].i. legē tuā. q̄ an̄ aduen
tū xp̄i diſſipabat̄. qꝛ ſm̄ ſpūalez
intelligentiā nō ſeruabat̄. [neq̄
auferas miſcd̄iam tuā a nobis ].
iuxta illud qḋ dicebat Dauid in
pſ̄. Aut obliuiſcet̄ miſereri de⁹:
aut ꝯtinebit ſupple ꝑpetue in ira
ſua miſcd̄ias ſuas. q.d. non. Ita
dico. [De⁹ ne deſpicias ] ꝛ ß. [ꝓ-
pter abraam dilectū tuū ꝛc̄ ] Ex
pone ſicut ꝑus. Nondū eni dn̄e
impleta eſt ꝓmiſſio ſctīs p̄ribus
facta. qꝛ nōdū mlt'iplicati ſum⁹
ſicut ſtelle. Nā nōdū ortus ē ſol:
id eſt xp̄s q̇ ſtellas faciet.i. ſpūa-
les viros. Un̄ dico ꝙ nōduz ſu-
m⁹ multiplicati. imo [ſum⁹ im-
minuti pl⁹ q̄ȝ oēs gentes ] loq̄-
bat̄ in ꝑſona iuſtoꝝ q̇ erāt valde
pauci circa aduentū xp̄i. ꝓ q̄ di-
xerat dauid i pſ̄. Saluū me fac
dn̄e qm̄ defecit ſanct⁹. [Nec eſt i
hoc tp̄e ꝑnceps: neq̄ dux neq̄ ꝓ
pheta ]. Ad lrām tūc nō erat ꝑn-
ceps in iudea legitim⁹: ſed alieni
gena. ſcȝ herodes regnabat neq̄
dux. qꝛ illi machabei iā mortui
erant. neq̄ etiā ꝓpha. ſupple. qui
publice ꝑdiceret aduētū xp̄i. Lex
eni ꝛ ꝓphete vſq̄ ad iohannē. vel
reſpectu xp̄i quē poſtulabāt. quē
dicebat Eſaias ꝑncipem pacis.
Eſaie.ix. ad quē dixerat moyſes
Dux fuiſti in miſcd̄ia tua popu-
lo quē redemiſti. Exo.xv. ꝛ de q̄
dixerat idem Deute.xviij. Pro-
phetā ſuſcitabo eis de medio fra
trū ſuorū ꝛc̄. Nullus erat tunc
nec vnq̄ȝ fuerat quē iuſti viri ꝑn
cipem aut ꝓphetam reputarent.
[Neq̄ holocauſtū neq̄ ſacrifici
um: neq̄ oblatio neq̄ incēſum ]
Ad lrām circa tp̄a aduent⁹ chri-
ſti ꝓpter malā vitā ſacerdotuz. ꝛ
qꝛ venale erat ſacerdotiū ignis ꝓ
pri⁹ vl' ꝑpetu⁹ ] extinct⁹ erat i alta
ri. ſic refert mgr̄ i hiſtorijs. ꝛ pro
maiori p̄te ſacrificia ceſſauerant
Inſtabat eni temp⁹ q̄ debebat ꝑ
magnū ſacerdotē chriſtū: verꝝ ſa
crificiuz imolari. Uel q̄ȝuis iſta
eſſent tunc in hierl'm. reſpectu tn̄
veri ſacrificij qḋ expectabāt ꝛ po
ſtulabāt illa carnalia. q̄ tm̄ figu-
ra erant: nullius efficacie eſtima
bāt. [neq̄ loc⁹ ꝑmitiarū ]. q̄ȝuis
eni eēt tūc loc⁹ in q̄ offerebant̄ ꝑ
micie frugū tp̄aliū. nōdū tamen
erat loc⁹ in q̄ ꝑmicie ſpūs offer-
rent̄. qꝛ nōdū ſynagoga mortua
erat: nec eccl'ia inſtituta. q̄ſi ergo
nullā fiduciā hn̄tes in ſacrificijſ
carnalib⁹: offerebāt ſpūale ſacrifi
ciū. ꝛ poſtulabāt ſupſingl'are ſcȝ
corꝑis xp̄i. dicētes: [In aīo ꝯtri

to ⁊c̄. vſqꝫ ibi. [ Nō eſt ꝯfuſio ꝯfi
dentib⁹ in te ]. q. d. loco carnaliū
ſacrificioꝝ de qb⁹ nō ꝯfidimꝰ: ſu
ſcipe cordis nr̄i ſacrificiū: ⁊ mit
te nob̄ agnū dn̄atorē terre. qui ſe
ipm̄ tibi offerat in holocauſtū. ⁊
ſperamꝰ ꝙ ita facies. [ q2 nō ē cō
fuſio ꝯfidentib⁹ in te ] Uniuerſi
eni q̄ te expectāt nō ꝯfundent̄. cō
funderent̄ aūt ſi ſꝑ eos dimitte⸗
res in iſtis carnalib⁹ ſacrificijs. et
celeſte ſacrificiū nō ꝯcederes. Cō
cede nob̄ ergo hec. q2 [ ſeqmur te
⁊ q̄rimꝰ faciē tuā ]. i. filiū tuuꝫ. q̄
eſt facies tua deꝰ pr̄. quā petebat
ille q̄ dicebat in ps̄. Oſtende no
bis faciē tuā. B [ Ne ꝯfun⸗
das nos ]. i. ne in ꝯfuſione ꝑpe⸗
tua dimittas nos. [ ſed fac nobi
ſcū ⁊c̄. Et erue nos ]. ſup. de po⸗
teſtate diaboli ⁊ carcere inferni.
[ in mirabilib⁹ tuis ]. i. in mira⸗
bili incarnatiōe: ꝯuerſatōe: ꝑdica
tione: morte ⁊ paſſiōe: deſcēſu ad
inferos: reſurrectiōe ⁊ aſcēſione
filij tui. ⁊ ſic [ da gl'iam nomini
tuo ]. i. fac vt glorificet̄ nomē tu⸗
um ꝑ hoīes liberatos. [ ꝯfundā⸗
tur ]. ſup. demōes ꝯfuſiōe perpe⸗
tua [ q̄ oſ̄dunt ſeruis tuis mala:
ꝯfundant̄ in oīpotentia tua: ⁊ ro
bur eoꝝ ꝯterat̄ ]. vt ſup. tu forti
or ſuꝑueniēs fortē illū armatū. i.
diabolū vincas. ⁊ ſpolia eiꝰ diri
pias. Lu. xj. [ Et ſciāt q2 tu ſolꝰ
es dn̄s: ⁊ gl'ioſus ſuꝑ omnē ter⸗
ram ]. i. ſuꝑ oēm creaturaꝫ. Hec
aūt ſciuerūt demōes aliq̄liter an
te paſſionē chriſti. Dicebāt eni ei,
Veniſti ante tempꝰ torq̄re nos:
ſed ꝑfecte hec ſciuerūt poſt chri⸗
ſti aſcenſionē. Uel ſic. [ Confun
dant̄ ſupple pctōres ꝯfuſiōe bo⸗
na. q̄ eſt ꝑ pn̄iam ⁊c̄. Expone ſi⸗
cut prius. Quid igit̄. Exaudita
fuit iſtoꝝ oīo. q2 deſcēdit āgelꝰ
dn̄i. i. dei filiꝰ carnē aſſumpſit. ⁊
ſm̄ aīam infernū viſitauit: ⁊ ad
duxit ꝓ ſctis gr̄e refrigeriū: flā⸗
ma vicioꝝ ⁊ etiā infernali demo
nes ⁊ pctōres reprobos incēden
te. ſicut ꝓus. Patet autē ꝯcor⸗
dia inter iſtā lectionē ⁊ euāgeliū
hodiernū: qd̄ incipit. Rogabat
ieſum q̄dā phariſeꝰ ⁊c̄. ⁊ ſcribit̄
Lu. vij. In iſta lectiōe eni agitur
de ſpūali ſacrificio qd̄ offert̄ deo
ꝑ verā pn̄iam. dicēte Azaria: In
aīo aūt ꝯtrito ⁊c̄. Et certe iſtd̄ ſa
crificiū nulla ꝑſona veriꝰ obtu⸗
lit q̄ꝫ iſta beata peccatrix magda
lena. de q̄ dicit Grego. in omelia.
ꝙ cogitanti ſibi de eiꝰ penitētia:
flere magis libet q̄ꝫ aliquid dice
re. Cuiꝰ enim vel ſaxeum pectꝰ
ille huiꝰ peccatricis lachryme ad
exemplum penitendi nō emolli⸗
ant. Et infra. Inter epulas la⸗
chrymas obtulit. diſcite quo do
lore ardet que flere inter epulas
nō erubeſcit. Fleuit igit̄ ⁊ lachri
mis lauit pedes ieſu. terſit capill'
⁊ oſcula deuotiſſima iꝑſſit. et q̄t
pctā fecerat: tot d̄ ſe obtulit holo
cauſta. Et idcirco ſic̄ vocat̄ oīo
iſtoꝝ pueroꝝ fuit exaudita a dn̄o
ꝑ deſcēſuꝫ angl'i liberātis ipos. ſic
⁊ mētal' oīo iſtiꝰ dn̄e fuit exaudi

ta a xp̄o. Deſcendit enī angelꝰ in
fornacem.i.ipſe xp̄s:quē phari-
ſeus inuitauerat.in cor huiꝰ mu
lieris.qd̄ fuerat fornax vitiorū.
cuiꝰ flāma incēderat ⁊ exuſſerat
⁊ ſcandaliſauerat hoīes multos
Septē enī demones maria ha-
buit:q̄ vniuerſis vitijs plena fu-
it.ait Grego. Deſcendit dico in
hanc fornacē educens de theſau-
ris ſuis ventū rorātis grē:extin-
guentē penitꝰ malū ignē.⁊ ſic li
berauit eam a ſeptē demonijs:q̄
de ipſa expulit.vt dr̄ Mar.vlti.
id eſt a vitijs vniuerſis. Dixit ei
xp̄s de ea phariſeo in iſto euāge-
lio. Remittunꝶ ei pctā multa.q̄
niā dilexit multū. Placeat Jeſu
xp̄o vt ſic offeramꝰ ei inſtar ma-
rie pnīe ſacrificiū: vt ſuſcepti ab
eiꝰ miſcd̄ia remittāꝶ nobis pec-
cata noſtra. Amen.

¶ Feria ſexta poſt Judica.

## IN diebus

illis dixit Jeremias ꝓ-
pheta. Dn̄e oīs qui te
derelinquūt ⁊c. Jere.xvij. ¶
Sanctꝰ Jeremias inter oīs
ꝓphetas veteris teſtamenti expſſiꝰ
gerit typū ſaluatoris. Et primo
q̄ꝫtum ad natiuitatē.fuit enim
Jeremias ſanctꝰ in matris vte-
ro ⁊ ſanctꝰ natꝰ. Jere.j.ac a ven-
tre matris ꝓpha ꝯſecratus Eccl.
xlviij.⁊ xp̄s fuit natꝰ ſanctꝰ ſan-
ctoꝝ.ac inter oīs ꝓphas ſūmus
Scd̄o q̄ꝫtū ad ꝯuerſatiōem. fuit
enī Jeremias in vita ſua ſꝑ ſan-
ctus:⁊ ꝟgo puriſſimꝰ. Dicit enī
Hiero.in ꝓlogo.ꝙ ſua ꝟginita-
te virū euangelicū xp̄i eccl'ie de-
dicauit.dixit nanqꝫ ei deꝰ:ꝙ vxo
rē nō duceret.nec filios carnis
faceret. Hiere.xvj. Tertio q̄ꝫtū
ad dignitatē prelatōis. Nō enim
ſolū fuit ꝓpha:verūetiam ⁊ ſacer
dos ſuꝑ gentes ⁊ regna ꝯſtitutꝰ
Hiere.j. Et xp̄s fuit ſacerdos ⁊
rex ſuꝑ oīa ꝯſtitutꝰ. Quarto q̄n
tū ad p̄dicatōem. p̄dicauit nāqꝫ
Jere.tribui iude ⁊ beniamin.p̄-
dicens eis ac cōminās ꝓpter pctā
ſua gladiū:famē:peſtem:diſper-
ſionem ⁊ captiuitatē babyloni-
cam. Et xp̄s p̄dicauit eiſdē p̄di-
cendo ⁊ cōminando eis eadē ma
la ꝓpter pctā ſua grauia:ipis per
romanos infligenda. Quito q̄n
tū ad paſſionē.ſcd̄m nempe Jere
miā iudei illuſerūt:ꝑcuſſerunt ⁊
in mortem ſuā ꝯſpirauerūt:ip̄m
falſe accuſauerūt:vinculauerūt:
fame ⁊ ſiti afflixerūt:ī egyptū de-
duxerunt.⁊ tandē lapidibꝫ opp̄ſ
ſerūt. Jſta oīa ⁊ grauiora legimꝰ
fuiſſe illata chriſto dn̄o ꝑ iudeos
Jp̄m enī illuſerūt ⁊c.⁊ etiā lapi-
dibꝫ tanq̄ꝫ blaſphemū opprime
re voluerūt. Joh.viij.⁊.x. Sex-
to q̄ntū ad orōnē. Hieremias ei
orabat dū viueret ꝓ his q̄ ꝑſeq̄-
banꝶ ip̄m.vn̄ dicebat d̄o Hiere.
xviij. Recordare ꝙ ſteterim ī cō
ſpectu tuo ⁊c. Mortuꝰ etiā ora-
bat ꝓ eiſdē.ij. Mach.vlti. Hic ē
q̄ multū orat ꝓ ꝓplo.ſequiꝶ. Hie

remias ꝓpheta dei. Et xp̄us ora/
uit ꝓ ſuis crucifixoribꝫ Lu. xxiij.
et adhuc ſemꝑ orat ꝓ vniuerſis ⁊
ſemꝑ orabit. Hebreoꝝ. iiij. c. Je
ſus introiuit in ip̄m celū ⁊c. et. j.
Joh. j. Aduocatū habem⁹ apud
deum patrē ⁊c. Septimo q̄ꝫtum
ad verborū exp̄ſſionē. Dicit nan
qꝫ ieremias multa verba de ſeip
ſo. ⁊ refert dicta per alios. q̄ ſm̄
ſenſum p̄ncipaliorē ⁊ lr̄alem fue
runt dicta de chriſto. ſicut illud.
Quaſi agnus mā̄ſuetus ⁊c. Je/
remie. xj. Et illud. Reliqui do/
mū meam. dimiſi hereditatē me
am. ⁊ dedi dilectā animā meam
in manus inimicoꝝ eius. Facta
eſt mihi hereditas mea quaſi leo
ī ſilua. ⁊c. Sequit᷑. Uenite ꝑcuti
am⁹ eū ligua Jer̄. xviij. ⁊ illđ Je/
remie. xj. Mittamus lignū ī pa
nem eius. ſcilꝫ lignū crucis ī cor
pus eius. qđ eſt panis viuus ⁊c.
Alia etiā multa vide ꝑ totū libꝝ
eiuſ. Uñ q2 iſte ꝓpheta gerit exp̄ſ
ſius tipum xp̄i. maxime q̄ꝫtū ad
paſſionem. iđ eccl'ia hoc paſſiōis
tempe ad matutinū in diebꝫ dñi
cis ⁊ ī triduo ante paſca de libro
huius ſancti ꝓphete accipit lecti
ones. ⁊ ad horas diei cap. ⁊ cras
loco ep̄le ad miſſam de eođ libro

D Sciendū autē circa p̄ſen
tem lectionē q ꝓpheta ſic in ipſa
ꝓcedit. Primo nanqꝫ ꝓcedit ve
raciter p̄dicendo dicens. Domīe
Scđo humiliter expoſcendo. ibi
[Sana me dñe] Tertio fideliť
aſtruendo. ibi. [Ecce ipſi] Quar
to conformiter appetendo. id ē in
ſuo deſiderio cōformando volū/
tatē ſuam voluntati diuine. Ibi.
[Confundant᷑ qui me] Dic̄ igit᷑
quantū ad p̄mū p̄mittente eccle.
[In diebꝫ illis] ſup. qñ ꝓpheta/
bat ieremias. qui ꝓphauit ſub io
ſia. ioachim. ⁊ Sedechia regib⁹.
iuda ī minēte captiuitate babiloni
ca. ⁊ inter ip̄am [dixit ieremias]
ſcꝫ ī ꝑſona ꝓpria. ⁊ p̄ncipalit⁹ in ꝑ
ſona ieſu xp̄i. ꝓ pc̄tis hominū a
iudeis ꝑſecuti. ⁊ tandē crucifixi.
[Dñe] ſcꝫ deus pater. vel de⁹ tri
nitas [omnes q̄ te derelinquūt]
ſup. ſe a te auertēdo volūtati tue
reſiſtendo. p̄cepta tua trā̄ſgrediē
do. ⁊ ſeruos tuos ꝑſequendo [cō
fundent᷑] interdū ꝯfuſione tp̄a/
li. ſicut apparuit in iudeis. ⁊ īdu/
bitāter ꝯfuſione eternali. niſi ſci/
lꝫ ad te reuertant᷑. ꝓpter qđ dic̄ idē
ꝓpheta peccatori Jerem̄. ij. Sci/
to ⁊ vide quoniā malū ⁊ amarū
eſt te dereliquiſſe dñm deū tuū.
[Recedentes a te] ꝑ eiſdē acci/
pit derelinq̄ntes dñm. ⁊ ab eo re
cedentes. Uel fac ſi vis diſtincti
onē. vt dicant᷑ derelinquētes qui
mala cōmittunt. ⁊ recedētes qui
bona omittūt. ⁊ tam de iſtis q̄ꝫ đ
illis ſubdit᷑ [ī terra ſcribent᷑] id
eſt in terra: nō ī celo habebūt ſuā
finalē remunerationē. cū tamen
iuſtis dicat᷑ Math. v. Gaudete ⁊
exultate qm̄ merces vr̄a copioſa
eſt in celis. Uel [in terra ſcriben
tur] id eſt cum per mortē de ter/
ra exiuerunt: nulla de ipis apud

deum manebit memoꝛia. De ip
ſis em̄ dr̄ in pſ̄. deo. q̄ꝝ nō es me
moꝛ amplius. De iuſto vero di⸗
cit̄. In memoꝛia eterna erit iuſt⁹
Perit em̄ memoꝛia peccatoꝛuꝫ
cum ſonitu. ſ. gaudij ꝛ leticie tp̄a
lis. qui inſtar ſonitus trāſit cito.
Uocauerūt em̄ noīa ſua in terris
ſuis. dr̄ in pſ̄. ꝛ hoc faciēdo mag̃
palacia. lauta ꝯuiuia. edificando
pulcra maneria. ꝛ faciēdo multa
facta notabiliā. ꝛ iō in terra non
in cel' ſcribi merent̄ eoꝝ noīa. cū
tn̄ iuſtis dicat̄ Luce. x. Gaudete
qꝛ noīa veſtra ſcripta ſunt in cel'.
De pctōꝛibꝫ vero dr̄ in pſ̄. Dele
ant̄ de libꝛo viuentiū. ꝛ cū iuſtis
nō ſcribant̄. Cōuerſatio em̄ ſctō
rum eſt in celis. Phil'. iij. ꝛ ideo ī
celis ſcribunt̄ infallibiliter ꝛ in⸗
delibiliter. Uita vero repꝛoboꝝ
in t'ra eſt. ꝛ iō in t're puluere facil'r
delibiles inſcribunt̄. Sūt em̄ tā
q̄ꝫ puluis quē ꝓijcı̄t⁹ a facie t're. ī
pſ̄. E Cām vero iſtoꝛū oīm
ſubiūgit ꝓpha dicēs [ Om̄ dereli
querūt venā aquaꝝ viuentiū do
minū ] id eſt te dn̄e dereliq̄rūt q̄
es fons ꝛ oꝛigo gr̄aꝝ ꝛ bonoꝛum
ſpūaliū. q̄ aīas faciunt viuere in
eternū. Joh. iiij. dic̄ ſaluatoꝛ. A⸗
quā quaꝫ ego dedero q̄ biberit ex
ea fiet in eo fons aque ſaliētis ī vi
tam eternā. Uel loquit̄ methafo
rice. vt ſicut aqua illius fontis di
cit̄ aqua viua. ꝛ aqua fontis viui
qui ſemp ſcaturit ꝛ nunq̄ꝫ ceſſāt
fluere. ſic ꝛ bōa oīa ꝓcedūt a dīna
fontalitate quecunq̄ꝫ ſunt illa ſi⸗
ue coꝛpalia ſiue ſpūalia: oīm tem
poꝛe ſcaturiunt. ꝛ nunq̄ꝫ ceſſant
fluere: dicunt̄ aque viuētes. et di⸗
uina bonitas dicit̄ fons viu⁹. a q̄
in creaturis ſūt ꝑhennes emana
tiones bonoꝛū. Pſ̄. Apud te eſt
fons vite. Uel dicit̄ deus ꝓpter h̄
vena aquaꝝ viuentiū. qꝛ oīa q̄ ꝓ
cedunt ab ip̄o: ſemp in ip̄o viuūt
Johan. j. Qd̄ factū eſt: in ip̄o vi⸗
ta erat. Et eccl'ia dic̄. De⁹ cui om
nia viuūt. Uel pōt dici q̄ ꝓpheta
loquit̄ ꝯtra iudeos in ꝑſona chꝛi
ſti. qui ip̄m dereliq̄rūt. Quid. q̄
niā dereliquerūt me. ſup. loquēs
ad patrē. ꝛ ip̄e eſt vena aquarum
viuentiū. qui venit in mundū vt
homines vitā haberēt Joh. x. c. ꝛ
abundanti⁹ haberēt. Ipe etiā dic̄
Apoc̄. xxj. Ego ſitienti dabo fon
tē aque viue gratis. Dicit ḡ chꝛi⸗
ſtus deo patri [ Dn̄e omnes qui
te derelinquūt ] ſicut iudei me ꝑ
ſequēdo [ confundent̄ ] ſup. tp̄ali
ter per romanos. ꝛ eternal'r in ī⸗
ferno per demones [ Recedētes
a te in terra ſcribent̄ ] Expone ſi
cut ṗus. [ Quoniā dereliq̄rūt ve
nam aquarū viuentiū dn̄z ] id ē.
me qui ſum dn̄s Joh. xiij. Sum
etem̄ mgr̄ ꝛ dn̄s. ꝛ q̄ ſum vena. i.
fons ꝛ oꝛigo aquarū viuentium.
expone ſicut priuſ. Bene ergo po
terat chꝛiſtus dicere de iudeis il
lud ſcriptū Jere. ij. Me dereliq̄
runt fontem aque viue. F
Conſequenter ꝓpheta procedit
humiliter expoſcēdo. cum addit
[ Sana me domine ꝛc̄. Et pt di⸗

ci ꝙ ꝓpheta hic loquiť in perſona
humani generis. qđ in parente ꝑ
mo incidit in latrones qui plagi
ei impoſitis abierũt: ipo ſemiui-
uo relicto Luce. x. quẽ nõ potue-
rũt ſanare ſacerdos. nec leuita. ſʒ
ſolũ ſamaritanꝰ. i. nec lex. nec ꝓ-
phete: ſed ſolũ ieſus xp̃us cuſtos
hominũ ⁊ verus ſamaritanus.
Dicit ergo genus humanũ [ſa-
na me dñe] ſup. a vl'neribꝰ ⁊ pla
gis mihi ꝑ demones ꝓpter pecca-
tũ ꝑmorũ hominũ impoſitis [et
ſanabor]. ſcʒ ꝑfecte a culpa ⁊ a pe
na. quod nullus creatꝰ medicus
facere poſſet. Sap. xvj. Neqʒ her
ba neqʒ malagma ſanauit eos: ſʒ
ſermo tuus dñe q̇ ſanat om̃a. Vl'
poteſt dici ꝙ loquiť ꝓpheta in ꝑ-
ſõa cuiuſlibʒ pctõꝝ morbo mor
talis pcti grauiter laborãtis. di-
cẽs [Sana me dñe] ſup. qm̃ ĩfir
mor grauiter. Nulla em̃ eſt peri
culoſior infirmitas q̃ʒ pctm̃ mor
tale: per quod moriť aĩa. ⁊ vita
tam gratie q̃ʒ gl'ie. q̃ʒtũ eſt de ſe ꝑ
uatur eternaliter. ꝓpter quod diċ
peccator in pš. Miſere mei do-
mine quoniaʒ infirmꝰ ſum. ſana
me dñe. ſup. ⁊ ſanabor. ſiċ hic dř.
Vñ dicebat ille xp̃o mat. viij. Do
mine dic tm̃ verbo ⁊ ſanabiť pu-
er meus. i. animus meꝰ. Vel dic
ꝙ ꝓpheta hic loquiť in ꝑſona xp̃i
in hoc mũdo multipliciter labo-
rantis. multiplici ſupple ĩfirmi
tate non culpe: ſed pene: nõ ꝯtra-
cta neceſſario: ſed voluntarie aſſũ
pta, maxime pro tempore paſſio
nis. quando fuit vir doloꝝ. ⁊ ſci
ens ſup. experimẽtaliter infirmi-
tates. ⁊ quando deꝰ pater voluit
eum cõterere in infirmitate Eſa.
liij. Dicit ergo chriſtus patri ſuo
[Sana me dñe] ſup. a penalita-
tibꝰ q̃s ſuſcepi [ſana] ſiquã [domi
ne] plagas ⁊ vulnera q̃ nũc ꝑ pec
catis hominũ ſuſtinui. [Sana]
vtiqʒ [me] poſt mortẽ. die tertia
ſuſcitãdo. ⁊ ſtolam ĩmortalitatis
meo corpi ꝯferendo [⁊ ſanabor]
et ſic ſup. ꝑfecte ꝙ ex tunc nunq̃ʒ
mori potero. nec etiã infirmari.
Rom. vj. Xp̃s reſurgẽs ex mor-
tuis: iã non moriť ⁊c. Et qm̃ ſa-
natio ſpũalis que fit in ꝑſenti ꝑ
gr̃am ordinať ad ſalutẽ eternam
que fit ꝑ gl'iam: idõ addit ꝓpha ĩ
ꝑſona humani generis vel cuiuſ
libet pctõris [ſaluũ me fac] ſup.
ſalute eterna [ſaluũ me fac] dico
vtiqʒ ꝑ ſalutare tuũ. i. ꝑ filiũ tuũ
quẽ mittes in mũdũ: nõ vt iudi-
cet mundũ: ſʒ vt ſalueť mũdus ꝑ
ip̃m Joh. iij. [⁊ ſaluꝰ ero] Nam
nõ ẽ ab aliq̃ alio ſalus niſi ab illo
cui diċ ꝓpha in pš. Dic anie mee
ſalꝰ tua ego ſum. Meritũ ãt ſa-
natõis huius ⁊ ſalutꝭ ſubdit. di.
[quoniã laus mea tu es]. i. ſana
ri a te ⁊ ſaluari ꝑ te mereor ſalteʒ
de ꝯgruo. qm̃ ſꝑ te laudo. in pš.
Semper laus eius in ore meo.
Laus aũt dei ducit ad eťnã ſalu-
tẽ ſiue vitã ꝑfectũ laudatorẽ. iux
ta illđ pš. Sacrificiũ lau. ho. me
⁊ illic iť ⁊c. Salꝰ ꝓo eťna ꝯſiſtit ĩ
viſione ſalutaris dei. Tunc autẽ

erit ꝑfecta dī laudatō qñ cūcta vī
cula erunt rupta. ꝓpter quod di-
cebat ille ī pſalmo. Dirupiſti do-
mine vincula mea: tibi ſacrifica-
bo hoſtiā laudis. Quantū autē
ad xp̄m: idem penit⁹ fuerūt ſana
tio ꝛ ſaluatio. Chriſtus eñ tunc
fuit ſanat⁹ qñ fuit glificatus ſcḋm
corpus. nā ſcḋm aīam nunq̄ꝫ fu-
it infirmus. qꝛ ſemꝑ fuit in beati
fica fruitōe ꝟ Deinde ſequi
tur tertia ꝑs. vbi ꝓcedit ꝓpħa fi-
deliter aſtruēdo. cū ſubdit. [Ec-
ce ipſi dicūt] Et p̄mo aſtruit ad-
uerſantiū maliciā. Scḋo ꝓpriā
innocentiā. ibi [Et ego] Quātū
aūt ad p̄mū dicit. ſic ſe cōtinuās.
Dñe ſana me ꝛ ſalua me. qḋ q̄dē
bene mihi expedit. qꝛ multos ha
beo aduerſarios. Loquit̄ eñ vel
in ꝑſona ꝓpria vel in ꝑſona chri-
ſti. Eodē nanq̄ꝫ modo ſe habue-
runt iudei ad ieremiā ꝛ ad xp̄m.
de quib⁹ dic̄ [Ecce] ſup. [ipſi iu-
dei dicūt ad me] ſup. me calūniā
do. ꝛ ſermones meos irridendo.
[Ubi eſt verbū dñi: veniat] id eſt
cōpleat̄ ꝛ verificet̄. q̄ſi di. nō ē ver
bum domini in ore tuo. qꝛ men-
dacia nobis loq̄ris. mala nob̄ cō
minando. ſed verbū dñi ſup. eſt ī
ore ꝓphetaꝝ noſtrorū q̄ bona no
bis ꝓmittunt. Dicebat eñ Iere-
mias. c. xx. Fact⁹ ſum in deriſuꝫ
tota die. oēs ſubſannāt me. quia
iā olim loq̄r vociferās: iniq̄tatē ꝛ
vaſtitatē clamito. Factus eſt mi
hi ſermo dñi in deriſum ꝛ obpro
briū tota die. De xp̄o etiā dixerūt:

ꝙ ſeductor erat. Poſtq̄ꝫ eniꝫ eis
dixerūt miniſtri eoruꝫ. Nūq̄ꝫ ſic
locutus eſt homo. dixerūt iudei.
Nunq̄d ꝛ vos ſeducti eſtis Ioħ
vij. Quantū vero ad ſcḋm ſb̄dit
[Et ego nō ſum turbat⁹] Ubi a
ſtruit ſuā innocentiā. oſtendēdo
ſe nō eſſe turbatū in iraſcibili. nꝭ
allectum in ꝯcupiſcibili. nec obli
quū in rōnali. Propter p̄mū dic̄
[Et ego] dic̄ ꝓpheta. ſ. in ꝑſona ꝓ
pria ꝛ xp̄i [nō ſum turbat⁹] ſup-
ple paſſione iracūdie et impatien
tie. q̄ꝫuis ipſi iudei grauiter me af
fligant. Spūs quidē promptus
eſt caro aūt infirma. dicebat xp̄s
patri ſuo Math. xxvj. ꝛ Lu. xxij
et ꝓpheta in pſ̄. in ꝑſona xp̄i. Pa
ratus ſum ꝛ nō ſum turbat⁹ [tur
batus] dico [te paſtorē ſeq̄ns] .i.
volens ꝙ fiat nō q̄d ego volo: ſed
qḋ tu. in omnib⁹ voluntatē meā
tue ꝯformās. iuxta illud Iob. 23.
Ueſtigia ei⁹ ſecutus eſt pes me⁹
Propt̄ ſcḋm addit [Et diē ho
minis] id ē ꝓſꝑitatē mūdanā q̄ di
es vocat̄ hoīs. iuxta illud Lu. xix
Et q̄dem in hac die tua q̄ ad pa
cem tibi ꝛc̄. Uel [diem hoīs] .i.
laudē ꝛ fauorē hoīꝫ. ḋ q̄ die dic̄ a
poſtolus. j. ad Corinth. iiij. Mi
hi aūt ꝑ minimo eſt vt a vob̄ iu-
dicer. aut ab humano die [nō de
ſideraui] id eſt nō fui allect⁹. nec
male affectus in ꝯcupiſcibili. vt
ſuꝑple contra voluntatē tuam cō
cupiſcerem laudem vel fauorem
hominū vel mundanā felicitatē.
quia iuxta verbum ꝓphete ī pſal.

Concupiuit anima mea deſide-
rare iuſtificationes tuas in om̄i
tempe[ Tu ſcis ]id eſt de mea i
nocētia tu es pleniſſime informa
tus. Nam tu noſti om̄ia anteq̄
fiant. ⁊ abſconditoꝝ es cognitor
Dañ. xiij. Propter tertiū ſubiū
git [ Quod egreſſuȝ eſt de labijs
meis: rectū i ꝯſpectu tuo fuit ]. i.
nō dixi niſi ſincerā ⁊ fructiferam
et placitā veritatē. ac per hoc cuȝ
noīa ⁊ verba. ſm̄ Areſto. ſint ſig̃
paſſionū que ſunt in aīa. ſequi
tur ꝙ nō fuit obliq̃tas in mea rō
nali. qꝛ nō fuit dolus in ore meo
j. Petri. ij. ⁊ Iob. xiiij. Ego ſum
via veritas ⁊ vita. ⁊ idem. vj. ca.
Verba q̄ ego loquor ſpūs ⁊ vita
ſunt. Sanctus eñ Iob dixerat
in ꝑſona xp̄i. Iob. xxvij. Non lo
quent̄ labia mea iniq̃tatē. nec lin
gua mea meditabit̄ mendaciuȝ.
Et qm̄ benedictꝰ vir qui cōfidit
in dño: ⁊ erit dñs fiducia eiꝰ. Ie-
remie. xvij. Idcirco ꝓpheta in ꝑ-
ſona xp̄i ſubiūgit loquēs deo pr̄i
[ Nō ſis mihi ]id eſt nō eris tu
formidini ] q̄ſi dicc. q̄zuis aīa
mea. i. ſenſualitas mea ſit futura
triſtis vſq; ad mortē Mat. xxvj.
et incipiā iminēte hora paſſiōis
pauere ⁊ tedere. Marci. xiiij. qua
dā ſup. triſticia ⁊ pauore natura
li. nō tñ formidabo formidine ta
li que ſubuertit rōnem ⁊ inducit
deſpationē. ſicut illoꝝ de quibꝰ
dr̄ Exodi. xv. Irruat ſup eos for
mido ⁊ pauor. ⁊c̄. Nā Iob in per
ſona xp̄i hoīs dixerat deo pr̄i.

Formido tua nō me terreat Iob
xiij. [ Nō ]igit̄ [ ſis tu mihi for-
midini ]ſed ſup. [ ſpes mea in die
afflictiōis ]id eſt paſſiōis mihi ꝑ
iudeos infligēde. Pſ. Tu autē
dñe ſpes mea: altiſſimū poſuiſti
refugiū tuum ꝟ Sequit̄ q̄r-
ta pars ꝑncipalis in qua ꝓpheta
ꝓcedit ꝯformiter appetēdo. ſ. ſuā
voluntatē diuine cōformādo. di.
[ Confundant̄ ] ſup. tꝑaliter ⁊ e-
ternaliter [ qui me ꝑſequunt̄ ]. ſ.
perfidi iudei. Nō deſiderabat ꝓ-
pheta nec xp̄s iudeoꝝ ꝯfuſionē
ꝓpter vindictā: ſed ſolū ꝓpter ma
nifeſtationē diuine iuſticie [ ⁊ nō
ꝯfundar ego ] ſaltē eternal'r. qđ
veꝝ fuit ⁊ de ꝓpheta ⁊ de xp̄o. Pro
pheta eñ et ſi fuit ꝯfuſus ꝑ iude
os: fuit tñ multū honoratꝰ ꝑ egy
ptios. ſic refert magiſter in hiſto
rijs. Chriſtus etiā et ſi fuit ꝯdē-
natus morte turpiſſima. pꝰ mo-
dicū tñ tempis: ꝓpter gl'iam re-
ſurrectiōis: fuit ſepulcrū eiꝰ gl'io
ſum. Eſaye. xj. [ Paueāt illi ]. ſ.
iudei. Et certe ad litterā pauerūt
iudei cum fuit capta ciuitas pri
mo ꝑ babilonios. ſcđo per roma
nos. ſicut pauerūt egyptij cū ir-
ruerunt ſup eos repente fluctus
maris [ ⁊ nō paueam ego ] Cer-
te nō pauit ꝓpheta. nec xp̄us niſi
ſolū pauore naturali. qꝛ erat vtri
uſq; fiducia deꝰ ipe. Dixerat nā
q; ꝓpheta in ꝑſona vtriuſq;. Si
ambulauero in medio vmbre
mortis nō timebo mala: quoni-
am tu mecū es. i pſ. [ Induc ſu

per eos diē afflictionis ] Qđ fu
it ꝓmo verificatū quādo per na⸗
buchodonoſoꝛ fuerūt mlˈti moꝛ⸗
tificati. et multi captiuati. ⁊ ſecū
do etiā per moꝛtē ſaluatoꝛis. qn̄
ſcꝫ p er romanos fuerūt mlˈti tru
cidati. multiqꝫ fame moꝛtui .m.
ti venditi ⁊ diſperſi ⁊ captiuati.
Nec iſta erat petitio ex liuoꝛe ꝓ⸗
pꝛie vindicte: ſed amoꝛe iuſticie.
et appetitu diuine vltionis. ſicut
Jeremie. xj. c. dixerat ꝓpheta. Ui
deam vltionē tuā. nō dixit meaꝫ.
ex eis. Sequit̄. [ Et duplici ꝯtri
tione ꝯtere eos dn̄e deus nr̄ ] Ue
re duplici ꝯtritione fuerūt ꝯtriti
iudei. ſ. per chaldeos ꝓpter pec⸗
catū ydolatrie qꝫ maxime ⁊ ꝑ ro⸗
manos ꝓpter peccatū inuidie cō
tra xp̄m. vl' [ duplici ] etiā ꝑ vtroſ
qꝫ. ſ. gladio ⁊ fame. vel moꝛte ⁊ ca
ptiuitate. iuxta illud Eſaye. xl. c.
Suſcepit de manu dn̄i duplicia
Uel [ duplici ] ſcꝫ tempali ⁊ eter⸗
na. qꝫtum ad coꝛpus ⁊ qꝫtum ad
aniam. Erunt em̄ induti ſicut di
ploide ꝯfuſiōe ſua. ſ. eterna. ī ps̄.
Patet ꝯcoꝛdia inter iſtā lectio
nē ⁊ euangeliū quod legit̄ iſta die
quod incipit. Collegerūt pontifi
ces. Et ſcribit̄ Joh. xj. Jn lectōe
dēiqꝫ agit̄ ſub tipo Jeremie de ꝑ
ſecutiōe quā iudei intulerūt dn̄o
Jeſu xp̄o. Quā quidē ꝑſecutiōeꝫ
exp̄ſſiſſime euāgelica lectio mani
feſtat. Judei em̄ ꝑſequebant̄ iere
miā. qꝛ dicebat eis qꝫ babilonij ꝑ
derēt eoꝝ locū ⁊ gentē. Et iudei
perſeqͥbant̄ xp̄m vſqꝫ ad moꝛtem
ne romani tollerēt locū ⁊ genteꝫ:
q̄ tn̄ ⁊ ꝑ chaldeos ꝓmo. ſc'do poſt
modū amiſerūt ꝑ romāos. Nos
igit̄ ſꝑantes in moꝛte ſaluatoꝛis
talˈr viuam⁹ in hoc ſecl'o vt iuxta
ꝓphetiā Cayphe tandē ip̄am ſen
tiam⁹ nob̄ expedire. Quod nob̄
cōcedat. ⁊c̄.

## Sabbato poſt Judica

IN diebus illis. Dixerūt impij iu
dei ad inuicē. ⁊c̄. Jere⸗
mie. xviij. J Qm̄ ſicut dꝛ io
han. xj. ꝓpter ſuſcitatōem Lazari
multi ex iudeis crediderūt in ie⸗
ſum: iō cogitauerūt pontifices ⁊
phariſei interficere ieſum. ſic̄ fu
it lectū in euāgelio. Et nō ſolū co
gitauerunt ieſum interficere: ſed
etiā ⁊ Lazarū. qꝛ multi ibant be
thaniā vbi erat cū ieſu vt viderēt
ip̄m. ſic̄ dicit euāgeliū hodiernū
Cui⁹ quidē hiſtoꝛia iſta die acci
dit. ſcꝫ an̄ ſex dies paſce iudeoꝝ.
Jdcirco poſtqꝫ eccl'a recitauit he
ri conſiliū quod aduerſus ieſuꝫ
iudei impij collegerūt. conſequē
ter legit hodie iſtā partē iſtius ꝓ
phetie. ſcꝫ ſancti Jeremie vbi ſcḋm
ſenſum ꝓncipalioꝛē ⁊ lr̄alem agi
tur de iniquo ꝯſilio qđ aduerſus
ieſum iudei impij collegerūt. Li
cet em̄ ad lr̄am iſtud fuerit conſi
lium initū ꝯtra ieremiā. hoc tam̄
fuit ſcḋm ſenſum min⁹ ꝓncipalem
Nā ſcḋm ꝓncipalioꝛē totū referē
bat̄ ad xp̄m. Diuidit̄ aūt p̄ns le⸗

ctio in tres ꝑtes. Primo em̄ tan
git ꝓpheta ꝯtra xp̄m iniquā ꝯſpi
rationē di. [dixerunt impij iudei
rc̄.] Secūdo exp̄mit xp̄i ꝯ iude-
os deuotā ſupplicationē. ibi [At-
tende dn̄e rc̄.] Tertio ꝯcludit iu
deoꝝ ꝓꝑ xp̄m futurā tribulatōz
ibi. [Propterea da filios eoꝛuz
rc̄.] In pꝛima parte ꝓpheta facit
duo. Pꝛio em̄ tāgit ꝯſiliū qd̄ ha
buerūt iudei de cogitādo ꝯ xp̄m
Scd̄o ſubdit ꝯſiliū qd̄ habuerūt
iudei accuſando ip̄m. ibi [Ueni
te ꝑcutiamꝰ. rc̄.] Adhuc in p̄ma
ꝑte p̄mo tāgit eoꝝ pꝛauā violen-
tiā. Et ſcd̄o coꝝ falſam ꝯfidenti-
am. ibi [Nō em̄ ꝑibit] Quantuꝫ
ergo ad p̄mū dr̄. p̄mittente eccl̄ia
[In dieb⁊ illis] Expone ſic̄ pꝛi-
us fuit expoſitū in lectiōe p̄cedē-
ti [Dixerunt impij iudei ad inui
cem] Iſtud ponit eccl̄ia. Nō em̄
eſt in textu. Et certe ad lr̄am fue
rūt verba iudeoꝝ ꝯtra ieremiaꝫ
tūc tempꝛis ⁊ etiā ꝯ xp̄m. de q̄ in-
tendebat ꝓp̄ha p̄ncipalr̄ loquens
q̄ꝫtum ad xp̄m de re futura tāq̄ꝫ
de p̄terita: ꝓpter certitudinē pꝛo-
phetie. vn̄ expōe [dixerūt] .i. dicēt
Eccl̄ia ꝑo dic̄ ſecure dixerūt. q̄a
iam oīa in p̄teritū tranſierūt. Iu-
dei aūt ⁊ ſi fuerūt impij ꝯtra Ie-
remiā. ſicut apparuit in p̄ncipio
p̄cedentis lectiōis. magis tn̄ fue
rūt impij ꝯtra xp̄m. cuius fuit in
cōꝑabiliter maioꝛ excellētia. ma
ioꝛ innocētia. maioꝛq̄ꝫ reſpectu
ipoꝝ beneficētia. ⁊ maioꝛ ꝑſecu-
tionis malicia ⁊ violētia. Sꝫ q̄d
dixerunt [Uenite cogitemꝰ con
tra iuſtū cogitatiōes] Ecce ini-
quū ꝯſiliū de cogitādo. Dicunt
aūt cogitemꝰ cogitatiōes. vt exp̄
māt magnā voluntatē ⁊ intenſū
deſideriū qd̄ habebāt. Et dicunt
cogitatiōes in pl'i. q2 inumera cō
gitauerūt ꝯ xp̄m. ſ. quō ip̄m accu
ſarēt ⁊ incriminarēt. ⁊ quō ip̄m
illuderēt ⁊ ꝯſpuerēt. ⁊ ſuis veſti-
bus ſpoliarēt. ⁊ quō ip̄m flagella
rēt. ſpinis coꝛonarēt. ⁊ cruci cuꝫ
clauis coꝛpꝰ eius applicarēt. ⁊ a-
lia m'lta. Et dicūt. ꝯtra iuſtū. nō
ꝓ iuſto. vt bn̄ exp̄māt ſuā maliciā
et neq̄ciā. Hic iuſtꝰ erat xp̄s dn̄s
q̄ eſt ſolꝰ iuſtus ſimpl'r. de q̄ di-
cit̄ Eſa. lxij. Dōec egrediat̄ vt iu-
ſtus ſpēdoꝛ eiꝰ. Et Eſa. lj. Pꝛo-
pe eſt iuſtꝰ meus. Et de q̄ dr̄ Ie-
re. xxiij. Suſcitabo dauid germē
iuſtū. Et. xxxiij. Uocabūt eū do-
minꝰ iuſtus nr̄. Et de q̄ dixit il-
le cēturio Luc̄. xxiij. Uere hic ho-
mo iuſtꝰ erat. Et nota ꝙ textꝰ hꝫ
ieremiā. q2 ad lr̄am iſtud ꝯſiliuꝫ
habuerūt iudei p̄mo ꝯ ieremiaꝫ.
Sub cuiꝰ tn̄ tipo. vt dic̄ glo. hec
oīa fuerūt in xp̄o ip̄leta. Et bn̄ per
Iere. xp̄s itelligit̄. vt dictū ē i pꝛe
ſenti lectiōe. Dixerūt ḡ [venite co
gitemꝰ] de hoc ſup. ꝙ nō cogita
bāt: arguebat eos cayphas dicēs
Uos neſcitis quicq̄ꝫ nec cogitat̄
rc̄. Ioh. xj. Et dicūt etiā [cogita
tiones] .i. paſſioneꝫ iuſti de qua
deberent homines plura cogita-
re. ſed ſic̄ dr̄ Eſa. lvij. Iuſtꝰ ꝑit. ⁊
nō eſt q̄ recogitet. ¶ Cōſeq̄nt

quantū ad iudeorū falſam ꝯfidē
tiā ſubdit [ Non eñ peribit lex.
⁊c. ] q̄ſi diceret ſm ſenſum minus
ꝑncipalē. q̄uis Jeremias ſit pro
pheta ⁊ ſacerdos ſapiens. nihilo
min⁹ cogitem⁹ ꝯtra eū iudiciuȝ
mortis. quia nō deficient vl' ſacer
dotes qui legē doceant. nec ſapiē
tes qui ꝯſilium p̄beant: nec ꝓphe
te q̇ futura ꝓuideant ⁊ p̄dicēt. Et
hoc eſt qđ ſubdit. [ Nō eñ ꝑibit
lex a ſacerdote. nec ꝯſiliū a ſapiē
te. nec ſermo a ꝓpheta ] Jdem di
xerūt de xp̄o qui fuit ſacerdos ſa
piens ⁊ ꝓpheta. Falſa autē fuit i⸗
ſta ꝯfidentia. quia ꝓpheta dic̄ E⸗
ſaye. iij. ꝙ auferet dñs a ieruſaleȝ
et a iuda ꝓphetā ⁊ ꝯſiliariū ſapiē
tem. Et Ezech. vij. Querēt viſio
nē a ꝓpheta. ⁊ ſup. nō inueniēt. et
peribit lex a ſacerdote. ⁊ ꝯſiliuȝ
a ſapiente. Xp̄s eñ dixit Math.
xj. ꝙ lex ⁊ ꝓphete vſq; ad Johem
Et Jeremias Treñ. ij. dicit. Nō
eſt lex. ⁊ ꝓphete nō inuenerūt viſi⸗
onē a dño ⁊c̄. Aliter pōt introdu
ci iſta ꝑticula. Venite cogitem⁹.
q; ſup. ieremias ꝓphetabat nobis
malū. Jerem̄. xxvj. Judiciū mor
tis eſt viro huic. quia nō ꝓphetat
nobis niſi malū. ⁊ ſua ꝓphetia mē
dax eſt. q; noſtri ſacerdotes. no⸗
ſtri ſapiētes. ⁊ noſtri ꝓphete oppo
ſitū dicūt ⁊ illud eueniet. Nō eñ
peribit. ⁊c̄. Jdem dixerunt iudei
de chriſto Joh. vij. Nos ſcimus
quia a nazareth ꝓpheta nō ſurgȝ
Plus eñ ꝯfidebāt in Caypha.
qui dixit. Expedit vobis vt vnus
moriat̃ homo ⁊c̄. Et tñ ſermo ſu
us ⁊ ꝯſilium ſuū ſm intentionē.
ſup. ſuā perierunt. q̄m venerūt ro
mani ⁊ tulerunt locum ⁊ genteȝ
Joh. xj. Deīde quantū ad ꝯſiliū
quod habuerūt de accuſando ip
ſum ſubdit̃ [ Venite ꝑcutiamus
eum lingua ] ſibi ſup. detrahēdo.
ip̄m incriminando ⁊ accuſando.
ꝯtra ip̄m teſtificando. ⁊ mortem
eius inſtāter poſtulādo. ſm glo.
Et ſi iſta fuerūt impleta ꝑ iude⸗
os in ꝑſona Jeremie. ſub tipo ta
mē eius fuerunt ꝑfectius adiple
ta in xp̄o. poſtea per eoſdē. Jp̄m
eñ grauiter ꝑcuſſerūt ligua ſua
acutiſſima. ſ. ip̄m blaſphemādo.
reum mortis acclamādo. mortē
eius inſtāter poſtulando ac dicē⸗
do. crucifige crucifige eū. Vñ ſic
fuit grauis iſta lingue iudaice ꝑ⸗
cuſſio ꝙ marcus vocat eā xp̄i cru
cifixionē. Marci. xv. Facta eſt in
quit hora tertia. ⁊ crucifixerunt
eum. ſup. linguis. Nam hora ſex
ta fuit in cruce ſuſpenſus Mat
thei. xxvij. [ Et nō attendam⁹ ad
vniuerſos ſermones ſuos ] qui⸗
bus ſup. ꝓphetat nobis malum.
et dicit ſe regē nr̃m. ⁊ qđ plus eſt
filium dei naturalē. ¶ Poſt
modū ponit ꝓpheta xp̄i ꝯtra iu⸗
deos deuotā ſupplicatōem dicēs
Attende dñe. ⁊c̄. Vbi tria facit.
Primo enim tangit ſupplicatio⸗
nis inſtantiam. Secūdo ſuppli⸗
candi cauſam. ibi. [ Nunqd red
dit̃ ⁊c̄. ] Tertio ſupplicantis cle⸗
mentiā. ibi. [ Recordare ] Dic̄ er

go ſic ſe ꝯtinuando. Bene dixi ꝙ
ita dixerunt impij iudei. percuti-
amus eũ lingua. ergo ⌊dñe⌋ ſcilꝫ
pater ⌊attẽde ad me⌋ ſcꝫ homīeꝫ
⌊Attende⌋ dico mihi aſſiſtendo
me ꝯfortando. meã paſſionẽ acce
ptando. corpus meũ a corruptio
ne pſeruãdo. ipſumqꝫ die tertia re-
ſuſcitãdo Ex quo ipi iudei noluͤt
attendere ad vniuerſos ſermões
meos. tu deꝰ pater attẽde ad me.
⌊et audi voces aduerſariorũ me-
orũ⌋ Voces quidẽ quibꝫ me ac-
cuſant ꝛ blaſphemãt. quibꝫ etiaꝫ
mortis me reum affirmãt. ꝛ mor
tem meã inſtãter poſtulant. dicen
tes. crucifige crucifige eum ⌊At-
tende⌋ dico. ſup. me clarificando
ꝛ ipſos vt iuſtũ eſt puniẽdo. ſicut
ſepe dictũ eſt. ꝛ eſt in gloſa. lꝫ Je-
remias hãc orõnẽ ꝓ ſeipſo fecerit
pncipalius tamẽ orabat in perſo
na chriſti ꝓ tempe paſſiõis. Dein
de poſtq̃ꝫ poſuit ſupplicantis in-
ſtantiã ponit ſupplicandi cauſã.
dicens. ⌊Nunqd reddit⌋ q̃ſi di-
ceret bene eſt mihi neceſſariuꝫ vt
attẽdas ad me. ꝛ audias cuꝫ effe-
ctu voces aduerſarioꝝ meorum
quoniã iniuſtiſſime ſe habent ad
me. Ego eñ plura bona feci eis.
ipſos docendo. ꝛ exempla ſancti-
tatis oſtendẽdo eis. ꝛ eoruꝫ īfir-
mos curãdo. demoniacos curã-
do. ac mortuos ſuſcitãdo. Jpi ve
ro ecõtra multa mala pro multiſ
bonis reddunt mihi. ꝛ hoc qͥdeꝫ
iniuſtiſſime. Nam ⌊nunqd reddi
tur ꝓ bono malũ⌋ q̃ſi dice. bonuꝫ
pro bono iuſticie eſt. ꝛ bonũ pro
malo ꝑfectionis eſt. malũ autem
pro malo reddere iniuſticie vl' im-
perfectiõis. ſꝫ malũ pro bono ſce
leratiſſimũ. Jta dicit quedã glo.
ſuper pſ. Sic ſe habuerũt iudei
ad xp̃m. multa eñ mala pro bo-
nis innumeriſ reddiderũt ei. ꝓ-
pter quod dicit ⌊nunquid reddi
tur ꝛc.⌋ q̃ſi dice. ita fecerunt mihi
iudei ⌊qꝛ foderũt foueã aīe mee
Foueã⌋ qͥdem. i. deceptionẽ. Vel
⌊foueã⌋ id plagas in carne mea
aīata. iuxta illud. Foderũt ma-
nus meas ꝛ pedes meos. in pſ.
vel ⌊foueã⌋ id eſt ſepulcrũ ꝓ cor
pore meo nunc animato. vel ⌊fo-
ueã⌋ id eſt infernũ. ad quem aīa
xp̃i ſtatim poſt mortẽ eius deſcẽ
dit. Quã qͥdem foueã nõ dicunt
iudei fodiſſe. qꝛ mortẽ eius ꝓcu-
rauerunt. poſt quã mortẽ aīa eiꝰ
ſtatim ad inferos deſcẽdit. Jere-
mias aũt hoc potuit vere dicere.
quia ipſm iudei in lacũ ꝓiecerũt
Jerem. xxxviij. M Conſe-
quẽter ſubdit ſupplicãtis clemen
tiã. dicẽs ⌊Recordare⌋ q̃ſi. di. ita
eſt ꝙ iudei mihi reddiderũt ma
lum ꝓ bono. qꝛ ego nõ ſolum do
cui eos ꝛ exempla ſanctitatꝭ eis
oſtendi ꝛc. vt ſupra. ſed etiã ora-
ui te pro ipſis. ſic clemens. ſic pi-
us ꝛ dulcis fui. vnde ⌊recordare
ꝙ ſteterim in conſpectu tuo⌋ in
quo ſupplr ſemꝑ ſto per ſanctita
tem vite ꝛ rectitudinẽ intentõis
⌊vt loquerer pro eis bonum. ꝛ a
uerterem indignationẽ tuam ab

eis ] Orauit xp̄s ꝓ iudeis etiam
cū crucifix⁹ eiſſet per eos. Lu. 23.
Poſtmodū ponit futurā tūc tri
bulatōem iudeoꝝ ꝓpter xp̄m. di.
[ Propterea da filios eoꝝ ⁊c. ]
Et facit hic tria. Nā p̄dicēdo eo
rū tribulationē futurā. p̄mo ip̄az
d̄ſcribit grauiſſimā. Scd̄o ſubi
tā ⁊ improuiſam. ibi. [ adduces ]
Tertio diutinā ⁊ q̄ſi eternā. Ibi
[ Ne ꝓpicieris ] Deſcribit̄ autē g̃
uiſſima. q̄r fuerūt interfecti fame
⁊ gladio p̄res ⁊ filij. viri ⁊ libi eo
rū. Dicit g̃. ſic ſe ꝯtinuās. Red-
diderūt mala ꝓ bōis [ ꝓpterea da ]
id ē dabis [ filios eoꝝ ī famē ad
duc ] id eſt adduces [ eos ī man⁹
gladij ] id eſt te faciēte morieſ̄ fa-
me ⁊ gladio [ Fiant ] .i. fiēt [ vxo-
res eoꝝ abſq̄ȝ liberis. ⁊ vidue et
viri eaꝝ interficiant̄ ] id eſt inter
ficient̄ [ morte ] ſup. tā p̄res q̄ȝ fi-
lij. q̄ facto remanebūt mlieres vi
due [ iuuenes eoꝝ ] ſup. int̄ eos.
[ ꝯfodiant̄ ] id eſt ꝯfodient̄ [ gla-
dio in prelio. audiat̄ ] id eſt audie
tur [ clamor de dōib⁹ eoꝝ ] .id ē n̄
erit dom⁹ aliq̄ in q̄ nō ſit aliquis
mortu⁹. ac per hoc in qua nō ſit
clamor ⁊ fletus [ Adduces ſup e-
os latronē ] id eſt inimicū [ repē-
te ] id eſt ſubito ⁊ improuiſe. qua
re [ q̄r foderūt fouā vt caperent
me. ⁊ laq̄os abſcōderūt pedibus
meis ] id ē occulte parauerūt mi
hi deceptiōes [ Tu autem domi
ne ] cui ſupple nihil poteſt abſcō
di [ ſcis omne ꝯſilium eoꝝ ad-
uerſum me in mortē ] id ē tu do
mine ſcis quoniam iam college-
runt conſilium vt mihi mors in
feratur. ⁊ quoniā Cayphas iā di
xit. Expedit vobis vt vnus mo-
riat̄ homo Joh. xj. Sequit̄ [ Ne
ꝓpicieris ] id eſt nō ꝓpiciaberis in
iquitati eorum [ ⁊ pctm̄ eorum
a facie tua nō deleatur ] id ē a tua
noticia nō delebit̄. q̄ſi di. pena ꝓ ef
fuſione ſanguinis mei perpetuo
ſup eos manebit. vt verificet̄ ver
bum eoꝝ quod dixerunt de me.
Sanguis eius ſup nos ⁊ ſuper
filios noſtros Math. xxvij. i. pe-
na pro ſanguine. Nam ſanguis
eius iā exquirit̄. ſic̄ fuit dictuȝ de
ioſeph Geneſis. xlij. Et certe vſq̄ȝ
ad finē mōi ꝑ penā exq̄ret̄ [ fiāt ]
id eſt fient [ corruētes ] .i. moriē-
tes [ in tempore furoris tui ] id ē
vindicte tue. que dicit̄ tu⁹ furor.
quia eſt effect⁹ tue iuſticie. ꝑ queȝ
tu habeſ te ad modum hominis
furentis [ domine deus nr̄ ] ad-
dit eccl'ia ad ꝯfirmationē predi-
ctoꝝ. ¶ Sciendū. ſicut dic̄
gloſa q̄ hec impleta fuerūt ꝑ re-
gem babilonis qui obſedit vrbē.
⁊ fecit multos ex iudeis mori fa
me ⁊ gladio. ⁊ alios duxit capti-
uos in babilonē. ⁊ hoc q̇dem ma
xime ꝓpter ydolatrie ſcelus. Sed
verius ⁊ ꝑfectius fuerunt adim
pleta per romanos imꝑatores. q̇
in vltionē mortis chriſti de iude
is fame vel gladio. vt refert ioſe-
phus. vndecies centū milia pere
merunt. ⁊ alia centū milia vēdi-
derunt. ⁊ per diuerſas mūdi par

tes diſperſerunt. Qꝫ aũt ſenſꝰ p̄n
cipalioꝛ ⁊ litteralis ſit ð pena iu
deoꝛũ per romanos inflicta: pa-
tet ꝙ ꝓpheta dicit iudeos iſta de-
bere pati ꝓpter mala que fecerũt
ei. Certũ eſt autẽ ꝙ nõ fuerũt ca
ptiuati in babilone ꝓpter mala q̃
fecerunt ieremie: ſed ꝓpter ydola-
trie ſcelus. Preterea illa captiui
tas nõ durauit niſi per ſeptuagĩ-
ta annos. poſt quos inuenerunt
deum ꝓpiciũ ſibi. hic aũt dꝛ. Ne ꝓ
picieris ⁊c. Ubi innuit ꝙ pẽa de
bet eẽ quaſi eterna. Ergo hec om
nia ſub tipo ieremie ad xp̄m ⁊ ad
tempus gratie referunt. Patꝫ
cõcoꝛdia inter lectionẽ ⁊ euange
lium quod legit hodie. et ſcribit
Johan. xĳ. ⁊ incipit. Cogitaue-
runt iudei. ⁊c. In p̄ſenti nãqꝫ le-
ctione p̄dicta fuit ꝓphetice paſſio
ieſu xp̄i ſub typo ieremie ⁊ quan
tũ ad iudeoꝛũ iniquã cogitatiõeꝫ
cũ dixerũt. Uenite cogitemus. et
quantũ ad eoꝝ iniquã locutiõeꝫ
et accuſatõem. cum dixerũt. Ue-
nite ꝑcutiamus eũ lingua. ⁊c. et
q̃ꝫtum ad eoꝛum iniuſtam oꝑati
onẽ. cum dicebat chꝛiſtus vel ie-
remias in ꝑſona xp̄i. Foderũt fo
ueam. ⁊ q̃ꝫtum ad eoꝛum cõſecu
tam vltionem. cum dicebat pꝛo-
pheta. Propterea da filios eoꝛũ
⁊c. Que quattuoꝛ dicit euangeli
um iam eiſſe impleta. De iniq̃ iu
deoꝛũ cogitatione dicit. ꝙ cogi-
tauerunt iudei Lazarum interfi
cere. quod quidem totum factũ
fuit ⁊ eſt ꝓpter xp̄m. De iniq̃ locu
tione addit. dicendo ꝙ phariſei
dixerunt ad ſemetip̄os. Uidetis
ꝙ nihil ꝓficimus. Ecce mundus
totus poſt eum abĳt ⁊c. De iniu
ſta eoꝛum oꝑatione ſubdit referẽ
do verbum chꝛiſti dicentis. Si
autem moꝛtuum fuerit ⁊c. et il-
lud. Nũc anima mea tui bata eſt
Pꝛo iuſta autẽ cõſecuta vltõne
iudeoꝛũ ſubiungit chꝛiſti clarifi
cationẽ. qui nõ ſolum fuit clarifi
catus in pꝛoceſſione pueroꝛuꝫ de
qua loquit euangeliũ. nec ſolum
in conuerſione gentiũ. de qua di-
xit chꝛiſtus. Si exaltatus fuero
⁊c. ſꝫ etiam in punitiõe eoꝝ. ſ. iu-
deoꝝ. vt bene diceret ei vox cele-
ſtis. Et clarificaui ⁊ iterũ clarifi
cabo. Placeat deo patri vt in ſa-
lute noſtra finali clarificet Jeſus
chꝛiſtus. Amen.

¶ Dñica Palmaꝝ. p̄mꝰ

In diebus
illis. Venerũt filĳ iſrl'i
helim ⁊c. Exo. xv. ⁊. xvj
D Refert hiſtoꝛia Exo. xĳ.
ꝙ agnꝰ imolãdꝰ. xiiĳ. luna pꝛimi
meſ ad veſꝑam debebat q̃ri pꝛĩa
die eiuſdẽ meſ. decĩa ãt die mẽſis
eiuſdẽ dẽbat ad loctũ victime de
poꝛtari. Ut igit v̾itas rñderet ꝑ
oĩa figure: idcirco agnuꝫ dei q̃ ꝓ
nob̄ venerat imolari. ſ. ieſuꝫ xp̄m
iudei ip̄ĳ q̃ſiuert ad moꝛteꝫ p̄ma
die p̄mi meſ q̄ñ. ſ. ſuſcitauit laza
rũ a moꝛte. Tũc ei dixit cayphas
Expedit vo. vt vnꝰ mo. ⁊c. ſic ba

betur Joh. xj. ꝛ infra eodē caplo
dicit̃ ꝙ ab illo die cogitauerunt
iudei īterficere ieſuȝ. Hoc aūt fa
ctū fuit ꝑma die mēſ ꝑmi. ſm ꝙ
magiſter hiſtoriarū refert. Deci
ma aūt die mēſis eiuſdē. q̇ fuit a-
prilis. hoc eſt. hodie fuit portat⁹
ad locum victime: vectus aſello.
Hodie nāqȝ ſicut euāgeliſte refe
runt. venit ieſus in ieruſaleȝ. vbi
ſequēti decimaq̄rta die ad veſpe-
rā: fuit īmolatuſ ſacramētalr̃. ſe
quēti nocte fuit inchoata ſua im
molatio corꝑalis. ꝛ in craſtino.
ſcȝ die decimaq̇nta cōſummata.
In aduētu aūt xp̄i ad ciuitatē ie-
ruſalē. ſicut ibidē euāgeliſte refe
runt. hebreoꝝ pueri ꝛ turbe ſim-
pliciū ꝓceſſerūt ei ſolēniter obui-
am cū veſtib⁹ quas in via ſterne
bant. cū oliuarū ꝛ palmarū fron
dib⁹ quas an̄ ip̄m iactabāt. ꝛ cuȝ
magnis clamorib⁹ quib⁹ ipſum
laudabāt. qꝛ ſibi dicebāt. Oſan-
na filio dauid ꝛc̄. Quā quidē ꝓ-
ceſſionē hodierna die ſancta ma-
ter eccl'ia ſolēniter rep̄ſentat. Et
quoniā qn̄ pueri ꝛ turbe ſimpli-
ces ſic decenter honorabāt xp̄m:
phariſei ꝛ pōtifices ac iudeoruȝ
maiores de morte ip̄ius dn̄i co-
gitabant. ip̄amqȝ inito ꝯſilio di
ſponebāt. idcirco poſt ſolennē ꝓ-
ceſſionē ſtatim eccl'ia cātat miſſā
que tota a ꝑncipio vſqȝ ad fineȝ
eſt de dn̄i paſſiōe. vt alludat ip̄a
eccl'ia illi verbo apoſtoli Hebre.
xij. Xp̄s ꝓpoſito ſibi gaudio ſuſti
nuit crucē. Nec vacat a pulchro
myſterio ꝙ filij iſrael decima die
ꝑmi menſiſ intrauerūt terrā pro
miſſiōis. ſicut dr̄ Joſue. iiij. quia
per xp̄i paſſionē quā hodie exp̄ſ-
ſe recitat eccl'ia: xp̄ianus ꝑpl's q̄ſi
ꝓceſſionali circuitu ꝑ mūdū iſtū
(quē figurauit ꝑegrinatio filioꝝ
iſrael in deſerto) ad ꝓmiſſam ter
rā viuentiū meret̃ ꝑuenire. ¶
Sciendū autē ꝙ iſta die tria
notabilia ꝯtigerūt. q̄ p̄ſens lcō ſa
tiſ pulcre ꝯtiet ſb figura. Primo nā
qȝ intrauit ieſus in ieruſalē cū ſo
lenni ꝓceſſione. ſicut refert euan
geliū quod ſtatim an̄ ip̄am ꝓceſ-
ſionē recitat̃. ꝛ ſcribit̃ Math. xxj.
Scđo maiores iudeoꝝ murmu
rauerūt ꝯtra Jeſum cū magna ī-
dignatiōe. Audiētes em̄ pueros
clamātes. Oſanna filio dauid. ī
dignati ſunt ꝯtra ip̄m. vt habet̃
Math. eodē. Tertio vt ibidē dr̄
intrauit in templū cū exēplari et
verbali edificatiōe. Nam eiec̄ vē-
dentes ꝛ emētes in tēplo. dicebat
qȝ. Domus mea domus oratio
nis vocabitur. Quo facto ſana-
uit ip̄e cecos. Et iſta ꝑ ordinem.
tria facta q̄ p̄ſens refert lectio. fi
gurabāt. Vn̄ iuxta illa hic breui
ter tria innuunt̃. ſ. ꝑmo ꝓceſſ⁹ vir
tuoſ⁹. cū dr̄ [venerūt fi. ꝛc̄ ] Scđo
iudeoꝝ exceſſ⁹ furioſ⁹. ibi [ꝛ mur
murauit oīs cō. ] Tertio ſucceſ
ſus. ibi [Dixit aūt dn̄s ad moyſē]
Primo dico tāgit̃ ꝓceſſ⁹ ꝟtuoſ⁹. i.
tāgit̃ ꝓceſſ⁹ filioꝝ iſrl' de marath
ī helim. q̇ ꝓceſſionē puerorū ꝛ no
ſtrā ſatis congrue figurauit. Dic

ergo Moyſes [In dieb9 ill'] p9
maris rubri tranſitū. ⁊ poſt dul-
corationē aquarū in marath [ve-
nerunt filij iſrael ī helim] vbi fu
it ſecunda māſio poſt dicti mar̄
tranſitum. ⁊ ſexta ab exitu de egy-
pto [vbi erant duodecim fontes
aquarum. et ſeptuaginta palme.
ibiq₃ caſtrametati ſunt iuxta a-
quas] Dicit aūt ioſephus ꝙ ī il-
lis fontib9 erat modica aqua q̄ſi
cenoſa: ꝓpter quod ⁊ palme paꝝ
eminebāt a terra. quia modica a
qua fontiū nō ſufficiebat ad ꝯglu
tinandū humiduz [Profectiq₃
ſunt de helim. ⁊ venit omnis mł
titudo filioꝝ iſrael in deſertū ſin
quod eſt inter helim ⁊ ſynai deci
maqnta die menſis ſecundi poſt
q̄₃ egreſſi ſunt de egypto] id ē die
triceſimo ab egreſſu. Notandum
aūt q̄:rum ad ſenſum lr̄alem. ꝙ
in iſto deſerto ſyn qđ eſt inter he
lim ⁊ ſynai fecit populus ſex mā
ſiones. ⁊ nō eſt idem deſertū cuz
illo quod eſt cades. De quo Nu-
meri. xx. Iſtud eīm ſm Hierony.
ſcribit̄ ꝑ ſameth. ⁊ interpretat̄ ru
bus vel odiū. Aliud vo ſcribit̄ ꝑ
ſade. ⁊ interpretat̄ mandatuz ſeu
ſancta. ⁊ eſt ſm quoſdā ps deſer-
ti pharan. Item notandū ad lit-
terā ꝙ gloſa ſuꝑ illo verbo. quin
tadecima die. ꝙ tunc paſca cele-
brabat̄. qđ nō videt̄ eſſe veruz. q̄a
vt dicit̄ Exodi. xij. Paſca deba-
bat celebrari decimaq̄rta die pri
mi menſis. Reſpondet̄ ſm legē
que ponit̄ Numeri. ix. ꝙ qui nō
poterant facere paſca decimaq̄r-
ta die ꝑmi menſis ꝓpter aliquaz
legalē imuudiciā. vel quia erant
procul in via: debebāt ipm face-
re decimaq̄rta die menſis ſecun-
di. Et dicit mgr̄ in hiſtoria. ꝙ q̄
nō poterant ipm tunc facere pro
pter eaſdē cauſas. poterant ipſuz
facere decimaq̄rta die mēſis ter-
tij. Unde iſtud paſca nō erat niſi
illoꝝ qui in ꝑmo peregrinantes
fuerūt vel immūdi. Et ꝙ hic di-
cit̄ decimaqnta nō debet referri
ad diē imolationis agni: ſ₃ ad ꝑ-
mā diem azimorū que etiā paſca
dicebat̄ Q Allegorice autez
qđ ad diem p̄ſentē ꝑtinet per fili
os iſrael veniētes de marath ī he
lim: intelligunt̄ hebreoꝝ pueri q̄
hodierna die venerūt de marath
id eſt de iudeoꝝ felle ⁊ amaritu-
dine: quā anīo deſerebāt ī helim.
id eſt in occurſū chriſti. q̄ figurat̄
ꝑ helim. quod interp̄tat̄ fortis et
deficiens. ⁊ xp̄s erat fortis ſm dī
nitatē. ſm animā aūt infirmus.
⁊ deficiens ſm carnē. iuxta illud
Math. xxvj. Spūs q̄dez prom-
ptus eſt: caro autē īfirma. Et ad
lr̄am tunc erant in helim. id ē cū
chriſto duodecim fontes. i. duo-
decī apl'i q̄ꝝ doctrina fuit mūd9
aqua ſapiētie celeſtis potat9. ⁊ ſe
ptuaginta palme. id eſt ſeptuagī
ta diſcipuli. quoꝝ p̄dicatione. vt
dic̄ glo. palmas victorie xp̄i imū
dus agnouit. Nec vacat a myſte
rio ꝙ ſm ioſephum in illis fonti
b9 erat modicū de aqua. ⁊ quaſi

ceноſa.ꝛ palme a terra parũ emi
nebant.quia tunc tempꝭis apl'i et
diſcipuli adhuc carnales erant.ꝛ
carnal'r ſapiebãt. Nõ dum enim
ſpm̃ ſanctũ in plenitudĩe recepe-
rant.vtute cuius fluunt flumĩa
aque viue Joh.vij. Adhuc notã
dũ ſm ſenſum allegoricũ.ꝙ pri-
mũ paſca celebratũ in egypto fu-
it iudeorũ.qñ multi erant ĩmũ-
di ꝛ a xp̃o peregrini.Scd̃m autẽ
ſcꝫ celebratuꝫ in helim figurauit
paſca xp̃ianoꝝ.qui a ſe abijciunt
omnẽ ĩmundiciã ꝑfidie.ꝛ nõ ſũt
hoſpites ꝛ aduene:ſed ciues ſan-
ctoꝝ ꝛ domeſtici dei..Cõſequen-
ter tangit̃ exceſſus furioſus illiuſ
antiqui ppl'i qui murmurauit in
iuſte ꝯtra deum ꝓpter defectũ vi-
ctualiũ.ꝛ tñ nõ deficiebãt eis vi-
ctualia.niſi forte farina quã tule
rant de egypto. Habebãt eñ (vt
dicit gloſa)greges ouiũ ꝛ armen
ta boum.ſed volebãt carnes pi-
ſciũ ꝛ volatilia quibꝫ abũdabat
egyptus. In quo quidẽ murmu
re figurabat̃ murmuratio ꝛ indi
gnatio populi ꝯtra xp̃m .que fu-
it iſta die. Dicit̃ ergo [et murmu
rauit om̃is multitudo filioꝝ iſra
el ]nõ ꝙ ſit diſtributio pro ſingu
lis generũ:ſꝫ pro generibꝫ ſingu
lorũ. Nõ eñ oẽs murmurauer̃t:
ſed multi de qualibet tribu [ con
tra Moyſen ꝛ Aaron ] imo con
tra dñm. dicit interlinearis [ Di
xeruntq̃ꝫ filij iſrael ad eos. Uti-
nam mortui eſſemus ꝑ manuꝫ ]
id eſt per virtutẽ [ dñi in terra e-

gypti quãdo ſedebamus ſuꝑ ol-
las carniũ.id eſt iuxta ollas. vel.
[ ſuꝑ ] ad lr̃am. vt in odore carni
um delectarent̃. Nota magnã il
lius ꝓpl'i carnalitatẽ in ſeſſione ꝛ
quiete ꝛ odoratiõe.nec murmu-
rabant ꝓpter defectũ carniũ. oui
um.vel boum:ſed appetitu deli-
catarũ carniũ.vtpote piſciũ ꝛ a-
uiũ. Dicit tñ Andreas ꝙ qꝛ faci
ebant q̃tidianas ĩmolatiões đ
pecoribꝫ:timebant ꝙ eis defice-
rẽt.ꝛ ideo murmurabant [ ꝛ co-
medebamꝰ panes in ſaturitate ]
Farina eñ quam de egypto tule
rant iã ĩminuta erat ꝛ nõ poterat
habere quilibet ad ſaturitatẽ. O
ingratus ppl'us(dicit glo. Ori-
genis)deſiderãt carnes egypti q̃
videbant egyptios extinctos. Se
quit̃ [ Cur induxiſtis nos in de-
ſertũ iſtud vt occideretis omneꝫ
ml'titudinẽ fame ] O ꝑuerſus po
pulus. Ipi eñ nõ induxerãt eos
in deſertum.ſed potius deus.ꝛ ſi
cõtigiſſet eos mori fame. hoc nõ
feciſſet moyſes ꝛ aaron:ſed poti-
us deus.ꝓpter quod patꝫ ꝙ mur
mur erat ꝯtra deum. Gloſa iter-
linearis ſuꝑ illo verbo.ad Moy
ſen ꝛ Aaron.dicit ꝙ erant ſacer-
dotes dñi. Dubiũ aũt eſt de moi
ſe.qꝛ nuſq̃ꝫ legit̃ ꝙ fuerit vnctus
in ſacerdotẽ. Dõꝫ ꝙ fuit ĩſtitutꝰ
a dño abſq̃ꝫ aliq̃ alia vnctiõe. iux
xta illud pſ. Moyſes ꝛ Aarõ in
ſacerdotibꝫ eius R Poſtmo
dũ tangit̃ ſucceſſus fructuoſus.
ſcꝫ collatio diuini beneficij homi

nibus ingratis. in q̃ etiã figura-
baſ̃ beneficiũ qđ xp̃s impēdit iu
deis qui murmuraverãt ⁊ indig-
ti fuerant ꝯtra ip̄m. Quo quidez
beneficio quantũ eſt de ſe: edifica
uit eos verbo. facto. miraculo. et
exemplo. q̃ omnia figurabat mã
na. Erat eñ aniarũ ſaluberrimũ
nutrimentũ. Uerba eñ xp̄i facta
et exempla q̃ hodie fecit in tēplo
magis confortabant animas q̃
manna corpa recreabat. Circa ãt
hoc beneficiũ figuratiuũ ſciendũ
ꝙ licet deus dederit eis carnes ⁊
panes. in p̄ſenti tamē lectiõe nul
la fit mentio de carnib⁹ niſi in q̃-
dam generali: nec de panib⁹ hic
d꞉ qualiter fuerũt exhibiti: ſ꞉ ſo-
lum tangiſ̃ diuina ꝑmiſſio. et ꝑ-
miſſi beneficij deſcribiſ̃ collatio.
Diciſ̃ ergo [Dixit aũt dominus
ad Moyſen. Ecce ego pluã vob
panem de celo ]id eſt materiã pa
nũ. ⁊ vnde. [de celo ]id eſt de ae-
re. vel potius virtute celeſti [E-
grediaſ̃ popul⁹ ]id eſt oẽs indiffe
rēter [Egrediaſ̃ ]dico [ꝺ caſtrꝭ ]
ſup. ad ſolitudinē [⁊ colligat que
ſufficiant ]ſc꞉ cuilibet [ꝑ ſingl'oſ
dies ]vt ſc꞉ per frequentiã mira-
culi magis imp̄meret eoꝝ mēo-
rijs. Menſura aũt ſm quã debe-
bant colligere in eodē. c. paruz i-
fra deſcribiſ̃. ſ. gomor ꝑ ſingl'a ca
pita. Sequiſ̃ [Ut temptē eũ vtꝝ
ambulet in lege mea: an nõ ] No
tandũ ꝙ iſta temptatio non fuit.
ſm gloſam ad pctm̃ ſeductio: ſed
ſolum quedam ꝓbatio. De⁹ eniz
ĩtemptator eſt maloꝝ. nec ĩdo ꝓ
bauit eos vt eos noſceret. de⁹ eñ
nouit omnia etiã anteq̃ fiant: ſ꞉
ĩõ probauit eos vt ip̄i noſcerent
ſeip̄os. ac per hoc eſſent humilio
res ⁊ promptiores ad petēdum
beneficiũ ⁊ dei grãm cognoſcen-
dã. Sequiſ̃ [Die ãt ſexta parēt ]
.i. colligãt [qđ inferant ]. i. qđ in
tra domos ſuos ferãt [et ſit du-
plũ q̃ colligere ſolebãt ꝑ ſingu-
los dies ]hoc eñ iõ iuſſum fuit
q꞉ die ſeptimo. i. ſabbato ꝺbebãt
vacare a collectiõe. ⁊ illa die nõ de
ſcendebat manna. [Dixerũtq꞉ mo
yſes ⁊ Aarõ ad oẽs filios iſrl'. ve
ſpere ſcietis ] ſup. nõ ſolũ ꝑ noti-
ciã: ſed etiã ꝑ facti expientiã. vl'.
[ſcietꝭ ]id eſt ad memoriã reduce
tis ꝑ coturnicũ exhibitionez [ꝙ
dñs eduxerit vos ꝺ terra egipti ]
Freq̄ntia nãq꞉ miraculoꝝ redu-
cebat eis ad memoriã diuinã po
tentiã in eductione oſtēſa [⁊ ma
ne videbitis gl'iam ei⁹ ]. i. glorio
ſã ei⁹ potentiã in exhibitiõe mãna
tis cogſcetis. Uel [gl'iam eius ]
.i. gl'ioſum ſue ꝟtutꝭ effectũ S
Sciēdũ ãt ꝙ filij iſrl' veneſ̃t ꝺ he
li i deſ̃tũ ſyn. xv. die mēſ̃. ij. qñ ſe
cũdũ paſca celebrabaſ̃. q̃ q̃dez ad
ad lrã꞉ fuit. vj. dies ⁊ p̄ma dies a
ꝫimoꝝ. ĩcraſtinũ ãt. ħ ē ſabbato:
murmurauit ꝑpl's. ꝺs ãt ex bõita
te ſua volẽs eis ſatꝭ facere: i veſpa
illi⁹ diei ꝓuidit eis ꝺ carnib⁹. A-
ſcēdit ei coturnix de ſinu arabico
vbi p̄cipue nutriſ̃. ⁊ operuit caſtra
ita ꝙ ad libitum ꝑpl'i cãpiebanſ̃

Eſt autē coturnix( vt dicit magi
ſter in hiſtorijs )auis regia. quā
ioſephus ortigiam vocat. grecꝰ
aūt ortigometrā.nos aūt vulga/
riter curleium a currendo dictū
Mane vero cū oraſſet Moyſes
deſcendit ros.quē ipē imbrez ſu/
ſpicatus eſt.ſed dū guſtaſſet: ſen
ſit dulcedinē mellis.panē ꝓmiſ/
ſum datū a deo intellexit.Qđ vi
dentes filij iſrael.dixerūt māhu.
qđ hebraice ſonat.qđ eſt h.Mā
eñ ſignat quid.hu vero idez qđ
hoc ſonat.ꝓpter quod deinceps
ille cibꝫ vocatuſ eſt māna. Et eſt
ſm quoſdā indeclinabile.ſm ꝯo
alios ꝑme declinatiōis.māna ne
ſm aūt alios tertie.ſ.māna natſ.
ſicut dr de paſcha.ꝛc̄. Propter
iſta dixit Moyſes veſpe.que fu/
it ſup.ſabbati ſcietis ꝛc̄. ꝛ mane.
ſcilꝫ ꝑma ſabbati.que apud nos
eſt dies dñica.videbitſ ꝛc̄. Ex his
omnibꝫ multa ſunt notāda par/
tim ad lrām ꝛ ꝑtim ad ſenſuz al/
legoricū ſm gloſam. Primū eſt
ꝙ māna nō fuit datū in prio pa/
ſca.ſed in ſecundo. Ex quo patē/
ter innuit ꝙ manna diuine gra/
tie ꝛ verbi ſalutiferi.ſeu manna.
id eſt dei filius carni vnitus. ſeu
māna id eſt xp̄s ſacramētaliter ī
molatus:nō fuit datus ī paſca iu
deoꝝ:ſed ſolum xp̄ianorū. Pri/
mū eñ paſca figurauit paſca iu/
deorū. Scđm vero paſca xp̄iano
rū. Secundo notandū ꝙ māna
nō fuit datū ꝑmitus in ſabbato.
quod fuit feſtum iudeorū.immo
nec tunc deſcendebat .ſed fuit da
tuz in die dñica.que feſtū eſt xp̄ia
norū. Qđ probat̄ ex duobꝫ. Pri
mo.quia die ſexto venerūt filij iſ
rael in deſertū ſyn.ꝛ die ſeptima
murmurauerūt.ꝛ in veſpera illiꝰ
diei habuerūt carnes.ꝛ in māe ſe
quēti.h eſt in ꝑma ſabbati.q̄ apđ
nos eſt dñica: habuerūt manna.
Secundo.qꝛ a die quo fuit ꝑmi/
tus datū manna vſqꝫ ad ſabba/
tū excluſiue fluxerūt ſex dies .vñ
dicit̄ in textu. Die aūt ſexta parēt
quod inferant. Et hec eſt rō Ori
genis ī gloſa. Ex quibꝫ habet̄: ꝙ
etſi carnes.i.bōa tempalia ꝛ car/
nalia ſacrificia fuerūt data iude
is.bona tñ ſpūalia ꝛ ſalutaria ſa
crificia fuerunt data xp̄ianis.

Tertio notandū eſt quid
ſonat allegorice hoc ꝙ dr veſpe/
re ſcietis ꝛc̄. Senſus lrālis ē ma
nifeſtus. Origenes ī gloſa refert
iſta verba ad veſpaz ſabbati q̄ lu
ceſcit in ꝑma ſabbati.i. ad mane
dñice reſurrectōis. tunc eñ fuit
agnitus dñs.i.eius potētia. quo
niā ſancte mulieres viderūt lapi
dē reuolutū a monumēto . In ma
ne aūt fuit viſa eius glīa. qꝛ qua
ter xp̄s in illo mane apparuit eiſ/
dem Uerba aūt iſtius textꝰ bene
faciunt ad iſtā allegationē orige
nis.ſed ſenſus in nullo videt̄ cō/
ſonare ꝙ in iſta veſpera fuerit da
te carnes.ꝛ in mane fuit datꝰ pa
nis:niſi vellemꝰ dicere. ꝙ corpꝰ
chriſti quod tunc q̄ſi nouiter da/
tuz fuit,qꝛ a morte ad vitā redijt

⁊ caro vera eſt ⁊ panis celeſtis. iu
xta illud Joh.vj. Panis quem
ego dabo caro mea eſt. Alio mõ
exponi põt de ſacrificio iudeoꝛũ
⁊ xp̄ianoꝝ. ⁊ tũc ꝑ carnes intelli
gimus iudeoꝛũ ſacrificia. ꝑ pa-
nes vero ſacrificia xp̄ianoꝛuȝ. qꝛ
etſi ſit vera caro xp̄i. offert̃ tamẽ
in ſpecie panis. Sed tũc ꝑ veſpe
ram oportebit intelligere vetus
teſtamentũ. ꝑ mane aũt nouum.
Sed nõ eſt curanduȝ. qꝛ Geñ. j.
ipi mane p̃mittit̃ veſpa. dicente
moyſe. Factũ eſt veſꝑe ⁊ mane di
es vn⁹. Sic ⁊ vet⁹ teſtamentuȝ
p̃mittitur nouo. p̃terea vet⁹ teſta
mentũ reſpectu noui d̃r nõ tãtuȝ
veſpa: ſed etiam nox iuxta illud
Roma. xiij. Nox p̃ceſſit: dies au
tẽ appropinq̃bit. qꝛ in veteri teſta
mento minoꝛ fuit claritas cogni
tionis. minoꝛ ſecuritas ꝯtra ho
ſtes. ⁊ magis afflixit hoĩes moꝛ
bus peccati q̃ȝ in nouo. q̃ oĩa ma
gis ſunt in veſꝑa q̃ȝ in mane. Itẽ
pñt hec oĩa referri vlterius ad
ſacrificiũ noui teſtamẽti. in quo
ſunt vere carnes ſaluatoris ſub
ſpecie tñ panis. de carne tñ dicit̃
veſꝑe ſcietis. ⁊ de pane d̃r. mane
videbitis. qꝛ etſi in ſacr̃o noſtro
ſit vera caro xp̄i: ſicut ⁊ vera ſpe-
cies panis. magis tñ ibi cogno-
ſcitur vera ſpecies panis q̃ȝ ca-
ro xp̄i. qꝛ caro xp̄i ſola fide ibi eẽ
cognoſcitur. ſpecies vero panis
dep̄hendit̃ ſenſu. Sicut in mane
maioꝛ eſt claritas q̃ȝ in veſpa. ita
⁊ hic maioꝛ eſt noticia ſpeciei pa
nis q̃ȝ ſit carnis chꝛiſti. U

Quarto circa mãna notanda
ſunt aliq̃ lr̃aliter ⁊ allegoꝛice. que
poterũt req̃ri. cũ agem⁹ ſequenti
q̇nta feria de ſacramento altaris.
Illud nãq̃ȝ ſacr̃m altiſſimũ figu
ratũ ꝯgrue fuit ꝑ mãna ꝓpt̃ mul
ta. Primo q̇dem rõne oꝛiginis.
Nã illud mãna pluebat̃ de celo.
ſicut hic d̃r. ⁊ nr̃m manna eſt pa
nis viuus q̇ de celo deſcẽdit. Jo.
vj. Scd̄o rõne albedinis. erat ei
albuȝ ĩ ſilitudinẽ pruine. ſic̃ Ex
odi. xvj. d̃r. Et nr̃m manna q̃ȝ tũ
ad ꝯtentũ: eſt ſpecioſus foꝛma p̄
filijs hoĩm in pſ. Tertio ratõne
dulcedinis. Quãuis enĩ natura
liter illud mãna haberet ſapoꝛeȝ
mellis: miraculoſe tñ hẽbat om-
nem ſapoꝛẽ ⁊ oĩe delectamentũ
⁊ ad qḋ aliq̇s comedere appete-
bat: ſe ꝯuertebat. Sic ⁊ noſtruȝ
guſtui bene diſpoſito oẽm ſapo-
rem ingerit ſpiritualẽ. Hõ nãq̃ȝ
caſtus ibi inuenit ſapoꝛẽ caſtita-
tis. iuſtus ſapoꝛẽ iuſticie. ⁊ ſic de
alijs. Quarto rõne ſue mũdicie
⁊ ſubtilitatis. Erat enĩ illud mã
na minutũ q̃ſi ſemen coꝛiandri.
Nume. xj. mundũ ⁊ q̃ſi pilo tu-
ſum. i. q̃ſi aliquid in moꝛtariolo
depuratũ. Sic ⁊ nr̃m ſacramen-
tum eſt ſubtiliſſimũ. Non enim
põt ei⁹ veritas ab homĩe moꝛta
li ꝑcipi. Unde filij iſrl' mirantes
dixerũt de illo mãna. Manhu:
id eſt q̇d eſt hoc. Ita ⁊ nos mirã
tes poſſum⁹ dicere de hoc ſacr̃o.
quid eſt hoc. Ad quã queſtioneȝ

ſolus chriſtꝰ reſpōdet.d. Hoc eſt
corpus meuꝫ.ſicut ⁊ moyſes re-
ſpondet.d. Jſte eſt panis quē de
dit vobis dn̄s ad veſcendū Exo
di eodē. Contentū etiā in hoc ſa-
cramēto eſt mundiſſimū.qꝛ fuit
pilo tuſum.i.pilo crucis ⁊ paſſi-
onis om̄i mortalitate exutum.
Quinto rōne plenitudinis. De
illo nanqꝫ mānate debebāt om̄s
illi colligere ſm vnā menſurā:q̄
dicebat̄ gomor.qđ interp̄tat̄ ꝑfe
ctio:nec q̄ plus colligebāt:plꝰ in
ueniebant.nec q̄ minꝰ:minꝰ:ſed
omēs ſm iſtā menſurā Sic ē ad
lrām de iſto ſacramēto. Non enī
plus ſumit de chriſto q̄ totaꝫ ho
ſtiam vel plures hoſtias recipit
q̄ꝫ qui milleſimā partē hoſtie ſu
mit.nec ecōuerſo iſte minus.ſed
iſte ⁊ ille accipiūt totū xp̄m:deū
ſcꝫ ⁊ hoīem ꝑfectū. Totus enim
chriſtꝰ eſt in q̄libet tota hoſtia.et
totꝰ in q̄libet ꝑte eiꝰ. Sexto rō-
ne collectiōis. Debebat enim ma
ne illud manna colligi oriente ſo
le.⁊ noſtrū manna ante omnem
aliū cibū debet comedi:ipſo ſole
iuſticie irradiante emiſperiū mē
tis nr̄e. Septimo rōe ſue ꝯditi-
onis. Erat enī illiꝰ māne tal̄ cō-
ditio ꝙ ad calorē ſolis liq̄fiebat:
vt Exo.eo.c.dꝛ.⁊ ad calorē igniſ
indurabat̄. Sap̄.xvj. Sic q̄ cor-
de inflāmato calore veri ſolis.i.
amore diuino ſacr̄m noſtrū ſu-
mit:ſaporē eius ꝑcipit q̄ſi in ore
eiꝰ liquefiat. Qui aūt corde in-
flammato calore ignis.i.amore
carnali vel mūdano ſumit:ſapo-
rem eiꝰ nō ꝑcipit.ſ.ſacramēti.ac
ſi in ipſius guſtu ſp̄uali indura-
retur. Octauo rōne durationis.
Durauit enī illud māna corpa-
le q̄ꝫdiu fuerunt filij iſrael in de-
ſerto.ſtatim aūt cū attigerunt fi-
nes terre ꝓmiſſionis: ceſſauit.ſi
cut dꝛ Exo.eodē ca.⁊ Joſue.iiij.
Sic ⁊ noſtrū manna ſacramēta-
le durabit q̄ꝫdiu erūt hoīes in de
ſerto p̄ſentis vite. Cum aūt fini
to ſeculo attingent ꝓmiſſam ter
ram viuentiū:ceſſabit ſacramen
tum. Ex tunc enī videbit̄ deꝰ nō
ſub aliquo velamine:ſicut nunc
cū eſt deus abſconditꝰ: ſed facie
ad faciem ac manifeſte. Nec va-
cat a myſterio ꝙ illud manna:ſi
cut in eodē ca.dꝛ.⁊ Nume.xj. ſi-
cut ros deſcendebat.ſicut mel ſa
piebat:ſicut panis cōfortabat.⁊
ſicut oleum leniebat.quoniā ſa-
cramentū altaris digne ſumptū
refrigerat carnis ardorem. dul-
cificat mentis furoreꝫ.fortificat
ꝯtra peccati caſuꝫ.⁊ lenit atqꝫ ſa-
nat anīe morbū. Patet aliq̄-
lis ꝯcordia inter iſtā epiſtolā vel
potius lectionē ⁊ euangeliuꝫ.qđ
ſm romanū ordinariū legit̄ ante
ꝓceſſionem.⁊ ſcribit̄ Mat.xxj.
⁊ incipit. Cū appropiq̄ret ieſus
hieroſolymis. Concordat enim
p̄ncipiū lectiōis cū toto euange-
lio.ꝓpter qđ ſolū:vt puto legitur
Jn p̄ncipio nanqꝫ lectiōis dꝛ:ꝙ
venerunt filij iſrael in helim.vbi
erant duodecim fontes ⁊.lxx.pal

me. Et in euãgelio dr: ꝙ illi pueri cedebant ramos de arboꝛibꝫ. q̇ erant rami palmaꝝ. ſm ꝙ exp̄mitur Joh. xij. ꝛ ꝓpter hoc dicitᷣ iſta dn̄ica: dn̄ica palmaꝝ. Placeat xp̄o ꝙ ſic in p̄nti vita vincamus vicia: vt tandē palmã gloꝛie recipiamus. Amen.

Dominica palmaꝝ ſecũdus.

Fratres

Hoc eni ſentite in vobis qđ ꝛ ī chꝛiſto ieſu ꝛc̄. Phili. ij: X Facta ꝓceſſiõe miſſa legitᷣ: que tota eſt de dn̄ica paſſiõe. in q̄ legitᷣ p̄ns ep̄la. q̄ monet nos efficaciter ad xp̄i imitationē. Et facit Ap̄lus in ip̄a breuiter tria. Pꝛimo enī oſtendit q̇s imitandus qꝛ conſoꝛs noſtre humanitatis. cũ dicit. [Hoc enī ſentite] Sc̄do in q̄ imitandꝰ. qꝛ in merito humilitatis. ibi: [Qui cũ in foꝛma dei ꝛc̄.] Tertio q̄re imitãdus: qꝛ ꝓpter pꝛemiũ felicitatis. infra. [ꝓpter qđ ꝛ deꝰ ꝛc̄.] In pꝛima ꝑte implicantᷣ q̄ttuoꝛ ꝑ q̄ ſenſus in actu ſuo intēditᷣ. Pꝛimuꝫ eſt rõne obiecti. ſ. qñ eſt vnicũ. ꝑfectiꝰ enī videtᷣ vnũ q̄ꝫ plura. qꝛ pluribꝫ intētꝰ minoꝛ eſt ad ſingula ſenſus. iđ dic̄ hoc. Sc̄dm ē rõne modi. qñ. ſ. eſt ꝑ expimētum. Guſtꝰ. n. ꝛ tactꝰ ſũt certioꝛes. q̇a ſunt expimētales. ꝓpter hoc ſubdit. ſentite. i. expimēto cognoſcite. Tertiũ eſt rõne ſubiecti. qñ. ſ. eſt ꝓpinquũ. Qui enī magꝭ accedit ad ignē: plus ſentit de caloꝛe ignis. idcirco addit ī vob̄ q̇. ſ. eſtꝭ mēbꝛa de mēbꝛo Quartũ eſt rõe motiui. qñ. ſ. illud ē vtile vel honeſtũ. qꝛ tale magꝭ attrahit ꝛ allicit ſenſuꝫ. ꝓpter qđ addit. qđ et in xp̄o ieſu. Dicit ğ ap̄ls vob̄ oībus vt mala caueatꝭ ꝛ bona faciatis. vt ꝓſpera ꝯtēnatis ꝛ aduerſa patiēter ſuſtineatꝭ. exēplũ xp̄i accipite. [Hoc enī] ꝛ non aliud [ſentite]. i. expimēto cognoſcite. [in vob̄]. ſ. mēbꝛis. Mēbꝛa enī naturalr̄ ſentiũt capitꝭ paſſiões Cũ caput egrotat cetera mēbꝛa dolent. dicit ꝟſus [qđ ꝛ in xp̄o ieſu. ſ. fuit. xp̄m enī ieſuꝫ ꝑ exēplari reſpicite. qꝛ tota vita ſua ī terris: diſciplina moꝝ fuit. dic̄ Auğ. Seq̄tur. [Qui cũ ī foꝛma di eſſet] Ubi oñdit in q̄ ſit xp̄s imitandꝰ. qꝛ ī merito hũilitatis. Et ſciendũ ꝙ hũilitateꝫ xp̄i extollit ex tribꝫ. vicꝫ p̄mo ex ꝑfectõe diuine maieſtatꝭ. d. [Qui cũ in foꝛma dei eſſet]. Sc̄do ex aſſumptione hũane fragilitatꝭ. infra. [ſed ſemetipſum exinaniuit] Tertio ex toleratione acerbe penalitatis infra. [humiliauit ſemetipſuꝫ]. Uere humiliata fuit ꝑſona chꝛiſti in qua fuit ꝛ ē diuinitatꝭ ſublimitas. ſublimitatꝭ humilitas. ꝛ humilitatis immenſitas. Circa pꝛimum tãgit q̄ttuoꝛ de xp̄o. ſcꝫ diuinitatē: eternitatē: coeq̄litatem. ꝛ coeq̄litatꝭ veritatē. Sunt

enim pater ꝛ filiꝰ ꝯſubſtātiales: coeterni ꝛ coeq̄les. ꝓpter q̄ om̄ia dicit [Qui] .ſ. chriſtꝰ. [cū in forma dei eſſet] .i. diuinitatis eſſentia ꝛ natura. Eſſe enim in forma dei. ſm Hilariū nō eſt alia intelligentia q̄ȝ eſſe in diuinitatis natura. qḋ verū eſt de vnigenito. iuxta illud Joh. j. Deus erat ỽbū: id eſt verbū erat deus. ſupple nō nouiter: nō ex tpe: ſed ab eterno. iuxta illud Johis. j. In ṗncipio id eſt eternitate erat verbū [Nō rapinā arbitratꝰ eſt eſſe ſe equalē deo] Hoc ſm glo. legitur de xp̄o dupl'r. Uno mō ſm naturā dināā ſic [nō rapinā ꝛc̄] .i. xp̄s arbitrādo ꝛ dicēdo ſe eē eq̄lē dō ſꝫ nat̄aȝ diuinā. [nō rapinā arbitratꝰ eſt] id eſt nō vſurpauit quod ſuū nō erat. q2 vere erat eq̄lis pr̄i ſm diuinitatē: quā ab ipſo naſcēdo accepit. ergo nihil rapuit. q2 qḋ ſuum erat naſcendo accepit. Huiꝰ aūt oppoſitū fecerūt ṗmꝰ angelꝰ ꝛ parentes ṗmi. q̇ ſm Augꝰ. voluerunt rapere diuinitatem que ipſis nullatenꝰ cōueniebat: ꝛ amiſerunt felicitatē. Alio mō ſm humanā naturam. ſic. [Qui] .ſ. xp̄s [nō rapinā arbitratꝰ eſt] ſupple dicendo. [ſe eſſe eq̄lem deo.] ſm naturā humanā. i. nō dixit ſe eſſe eq̄lem deo ſm naturā humanam. hoc enī eſſet arbitrari rapinam. hoc enī fecerūt angelus primus ꝛ parentes primi. qui rapere voluerunt: ꝛ penam raptoruȝ meruerunt. Notandū q̄ diuina natura appellat̄ forma multiplici ratione. Primo propter ſui im̄utabilitatem. Eſt enī ſolus deus immutabilis Scḋo ꝓpter ſui formoſitatem. Pulcritudo nāq̄ȝ omniū eſt in ipſa. Tertio propter ſui cōmunicabilitatē. Eius enim bonitas cōmunicat̄ oībꝰ ſicut omne eſſe ē a forma. Quarto ꝓpter ſui exemplaritatem. Eſt enim exemplar ꝛ ydea omnium.

y Seq̄t̄. [ſed ſemetipm̄ ꝛc̄.] Ubi extollit humilitatem xp̄i ex aſſumptione humane fragilitatis. Quā quidē aſſumptionē admirabilem ꝛ cōmendabilē reddunt quattuor. q̄ in hac particula notantur. ſcꝫ aſſumentis ꝑſone dignatio: Aſſumpte nature ꝯditio. Aſſumpti ſtatꝰ imꝑfectio: et aſſumpte nature vnio. Et hec omnia ſonant ſm humilitateȝ. Fuit nempe dignatio incōparabilis. aſſūpta natura ſeruilis. ſtatꝰ paſſibilis. ꝛ vnio ꝑſonalis. Dicit ergo ſic ſe ꝯtinuans. Ita dixi. [nō rapinā arbitratꝰ eſt]. ſed potius ſupple [ſemetipſum] non hominem vel angelū [exinaniuit] creature. ſ. que īanis ꝛ de nihilo eſt ſe vniendo Roma. viij. Uanitati ſubiecta eſt creatura nō volēs. [Exinaniuit] inquā. nō formaȝ dei exuens: [ſed formā ſerui accipiens] naturā ſcꝫ nō cuiuſlibꝫ creature ſed homīs aſſumendo. vt in ea nobis ſeruiret. Math. xx. Filius homīs non venit miniſtrari: ſed miniſtrare. Forma

enim dei ſm Aug⁹.ſup Johem
nõ diſceſſit.ſed forma ſerui ac-
ceſſit.ꝛ ideo ſemetipſum exinani
uit.qꝛ ab inuiſibilitatis ſue ma-
gnitudine ꝑ formã ſerui ſuſce-
ptam:ſe viſibilez demonſtrauit.
Ipſe dico[in ſimilitudinẽ homi
nũ factus ].i.ſilĩs hoĩbus fact⁹.
mortalitatẽ.ſ.hoĩs ꝛ ſtatũ paſſi-
bilem aſſumendo. In creatione
enĩ factus fuit homo ad dei ſimi
litudinem.Gẽn.ij.ſed in recrea-
tione deus fact⁹ eſt in ſilĩtudinẽ
homĩs.ſicut hic dr.Chriſtus ẽ
ſꝫ glo.Aug[.ꝛ factor ꝛ fact⁹.Fa
ctor quidẽ rerũ.factus aũt in re-
bus.Factor aũt qꝛ equalis pr̃i.
factus vero qꝛ ſemetipm̃ exinani
uit.Uide tamẽ de iſta factõne ꝙ
totaliter ponaṫ ex parte nature:
ꝛ nullaten⁹ ex parte aſſumẽtĩ ꝑſo
ne niſi ſolũmodo termĩatiue.[ꝛ
habitu inuent⁹ vt homo ] inṫ ho
mines.ſ.ↄuerſando.Baruch.iij.
ꝛ in humanitate aſſumpta deus
immutabilis ꝑmanendo.ſicẽ ha-
bitus nõ mutat rei naturaꝫ.Uel
[habitu inuent⁹ vt homo ].i.ha-
bendo homĩeꝫ quo ſe veſtiuit.ꝛ
quẽ ſibi ꝑſonaliter vniuit:inuen
tus eſt vt hõ.i.ver⁹ homo.Unð
ly vt non eſt ibi nota ſilĩtudinis
ſed nota expreſſionis.ſicut ibi.
Johis.j.quaſi vnigeniti a patre.
Hec enĩ ꝓpoſitio veriſſima ẽ.De
us eſt hõ.ꝓpter vnionẽ ypoſtati-
cam hoĩs ꝛ dei in ſuppoſito ꝟbi
eterni. Notandũ autẽ ꝙ ꝓprie
locut⁹ eſt apl's dicẽdo,habitu in

uentus eſt.qꝛ ſm glo.Aug⁹.ĩter
illa que accidũt alicui queda ſũt
que non mutanṫ.ꝛ tñ mutant.ſi
cut ſapientia.cũ enĩ accidit ho-
mini nõ ipſa mutaṫ:mutat tamẽ
hoĩem.qꝛ de ſtulto ſapiẽtẽ facit.
quedã ſunt q̃ mutant ꝛ mutanṫ.
ſicut cibꝰ accidens homini ꝓpriã
amittit ſpeciẽ ipmq̃ꝫ mutat..qꝛ
ipſum maiorẽ ꝛ validiorem red
dit.q̃dam vero ſunt que nec mu
tant nec mutanṫ.ſicut annul⁹ in
digito poſit⁹ non mutat digituꝫ
nec mutaṫ ipſe.quedã vlteri⁹ ſũt
que quodãmodo mutanṫ:nõ ta-
men ꝛ mutant.ſicut veſtis q̃ non
mutat realiter veſtitũ:mutaṫ ta-
men ipſa.non quidẽ a ꝓpria na-
tura:ſed a quadã ſui forma.aliã
enim formã habet cũ eſt depoſi-
ta.ꝛ aliam cũ eſt aſſumpta ꝛ mẽ-
bris homĩs conformata Et iſtð
gen⁹ dñice incarnationi ↄgruit.
fuit enĩ facta mutatio nõ in aſſu
mente ꝑſona:ſed in aſſumpta na
tura.q̃ fuit mutata:nõ q̇deꝫ a ꝓ-
pria ſpecie:que ĩtra humanã ſpe
ciem vere manſit.ꝑ quã dei fili⁹
eſt verus homo.ſed fuit mutata
qꝛ fuit eleuata et exaltata.et ſine
ratione ꝓprij ſuppoſiti fuit in di-
uino ſuppoſito ſubſtãtificata.
¶ [Humiliauit ſemetipm̃ ].
Hic ↄſequenter extollit humili-
tatẽ chriſti ex tolerantia paſſio-
nis.ex hoc quia paſſus liberali-
ter:ꝑſonaliter:humiliter:forti-
ter ꝛ turpiter.ꝓpter q̃ dicit Apl's
de xp̃o ꝙ [humiliauit ſe ].ſ.volũ

tarie: nō coacte. ſupple ē ab alio
humiliatꝰ. Eſa. liij. Oblatus eſt
q2 ipſe voluit. [ ſemetip̄m ] ſup
pſonaliter. nō alteruꝫ ſicut d2 de
nabuchodonoſor Dañ. v. ꝙ hu-
miliabat q̄s volebat. Sꝫ de xp̄o
dicit̃ in pš. ꝙ inclinauit celos ⁊
deſcendit. [ Factꝰ obediens ] ſup
ple pr̄i mittenti cū ad paſſioneꝫ.
Sciebat enī chriſtꝰ illud. j. Re-
gū. xv. Melior eſt obedientia q̄ꝫ
victime. De iſta obedientia chri-
ſti verū eſt verbū Aug. dicētis:
ꝙ melior eſt vna obedientia q̄ꝫ
oīnes virtutes. [ Factꝰ dico obe
diens ] non ſolū vſqꝫ ad tolerati-
onem obprobrioꝝ ⁊ flagellorū.
ſed etiā [ vſqꝫ ad mortē turpiſſi
mā. q2 crucis. q̄ erat latronum ⁊
malefactorū. vnde dicit: [ mortē
aūt crucis ] Sap. ij. Morte tur-
piſſima ꝯdemnemꝰ eū. dixerunt
impij iudei de chriſto. Cū enim
ſit triplex mors. ſ. quedā turpiſ-
ſima. ⁊ hec eſt tpalis pene. d qua
dictū eſt illud Sap. ij. ⁊ quedaꝫ
nequiſſima. ⁊ hec eſt mortal' cul-
pe. Eccī. xxviij. Mors illiꝰ mors
nequiſſima eſt. Quedā aūt peſſi-
ma. ⁊ hec eſt infernal' iehenne. de
qua in pš. Mors pctōruꝫ peſſi-
ma. Primā tolerauit dn̄s: vt ſe
cundā ⁊ tertiā aboleret. Cōgru-
um ei fuit vt ſicut p lignū mors
intrauerat. ita p lignū vita redi-
ret. Sap. xiiij. Benedictū lignū p
qđ fit iuſticia. O q̄nta fuit humi
litas chriſti. ait Augꝰ. in quodā
ſermone. ⁊ eſt in glo. Humilia-
uit nanqꝫ ſe vſqꝫ ad incarnationē
vſqꝫ ad mortalitatis hūane par-
ticipationē. vſqꝫ ad diaboli ten-
tationē. vſqꝫ ad populi irriſionē
vſqꝫ ad ſputa ⁊ vincula. alapas ⁊
flagella. vſqꝫ ad mortē non quā-
cunqꝫ: ſed crucis. q̄ inter omnes
ignomioſior erat. Ecce habemꝰ
humilitat' exemplū. vt dicit idē
alibi. ſ. ſupbie medicamentum.
Quid ergo intumeſcis o homo
O pellis morticina q̇d tenderis
O ſanies fetida q̇d inflaris. pn-
ceps tuus hūilis eſt: ⁊ tu ſupbꝰ.
caput humile eſt: ⁊ mēbrū ſuper
bum. q. d. nō ſic debet eſſe.

Sequit̃. [ Propter qđ ⁊ deꝰ
exaltauit illū ]. Ubi oſtendit vlti
mo q̄re chriſtꝰ ſit imitandꝰ. q2 p
pter premiū claritatis. qđ q̇dem
tangit̃ triplex in xp̄o. ſ. exaltatio-
nis in reſurrectione ⁊ aſcenſiōe.
manifeſtatiōis in nomīe ⁊ mun
di pfeſſione. ⁊ glorificatiōis ⁊ cō
feſſiōis in finali diff nitiōe. Pro
pter primū apl's ſic ſe ꝯtinuans.
dicit: [ Humiliauit ] inquā [ ſe ]
chriſtus. ⁊ fuit [ factꝰ obediens:
propter qđ ] ſupple meritu ꝫ hu-
militatis ⁊ obedientie. [ ⁊ deus ]
ſup. pater [ exaltauit illū ] ſupple
ſm humanā naturā. ſm enī diui
nam nō indiguit exaltatione. q̇a
ſm illā altiſſimus eſt in eternuꝫ.
[ Exaltauit ] dico in reſurrectio-
ne dando ei immortalitatē ⁊ im
paſſibilitatem. [ Exaltauit ] etiā
in aſcenſione humanitatē ſuam.
ſupple prius mortalē ⁊ īfirmā in

dexteram ſue glorie collocando.
ergo ſicut dicit glo. Aug. vt poſt
clarificetur reſurrectione ⁊ aſcẽ-
ſione: humiliatus pri⁹ eſt paſſio
ne. Humilitas enim fuit clarita
tis meritũ. ⁊ claritas fuit humi-
litatis premiũ. ſm illud pſ. De
torrente ſupple paſſionis in via
bibet: ꝓpterea exaltabit caput.

Propter ſcõm ſubdit [⁊ do-
nauit] Ubi tangit ſcõm premiũ
ſcȝ manifeſtationeȝ ſui nomĩs: q̃
fuit ⁊ eſt in hominũ credulitate.
Et tangit iſtius nomĩs originẽ.
q: eſt a patre. dicens: [⁊ donauit
illi nomen]. id eſt dignitatẽ. qḋ ẽ
ſuꝑ om̃e nomen. i. virtuteȝ. q̇a in
nomĩe ieſu ⁊c̃. Et ſciendũ ꝙ iſtḋ
de chriſto exponitur tripl̃r. Uno
modo de donatione tꝑali. ſic. [⁊
donauit] ſupple de⁹ pater [illi].
ſup. deo homini. [Donauit] di-
co ꝑ gratiã non adoptionis: ſed
vnionis. [nomen qḋ eſt ſuꝑ om-
ne nomẽ]. i. hoc nomen de⁹: vt vi
delicet ille homo vere dicat̃ de⁹.
Alio modo exponit̃ de donatiõe
naturali ⁊ eterna. ſic. [⁊ dõauit]
ſupple de⁹ pr̃ naturaliter ⁊ ab et-
no ꝑ eternã generationẽ. [illi]. ſ.
chriſto. ſ. ſm naturã diuinã ⁊ di-
uinum ſuppoſitũ. [nomẽ]. ſ. dei.
Quicq̇d enĩ habet fili⁹: totum a
pr̃e naſcendo accepit. ſm Hila-
rium. Iſtud nempe eſt ḋ q̃ dicit
ſaluator in Johe. ca. x. Pater qḋ
dedit mihi mai⁹ oĩb⁹ eſt. idcirco
dr̃ hic [qḋ eſt ſuꝑ om̃e nomen]. ſ.
creature ſenſibilis ⁊ intelligibil̃

ac cõpoſite ex vtraqȝ. Tertio mo
do exponit̃ magis ad ꝓpoſitum
de donatiõe quidem nõ reali: ſed
ſm innoteſcentiã ⁊ manifeſtati-
onem. Chriſtus enĩ ſm ꝙ v̈bũ
eſt pr̃is: fuit de⁹ ab eterno per na
turã. Item chriſt⁹ ſm ꝙ hõ fuit
deus ꝑ vnionis gratiã ab inſtã-
ti ſue ꝯceptionis. ſed neutrũ mũ
do innotuit vſqȝ ad reſurrectõeȝ
⁊ aſcenſionẽ ⁊ apl̃oꝝ p̃dicatiõeȝ.
Unde tunc hec ſciuerũt: nõ ſolũ
hoĩes: ſed ⁊ demões. qḋ quidem
xp̃s meruit hũilitate ſue paſſiõis
ꝓpter qḋ dicit. [⁊ dõauit illi ⁊c̃]
ſupple poſt paſſionẽ. nõ q̇dẽ ſm
rem. q: ante habuit: ſed ſolũ ſm
manifeſtationẽ. Tũc autem ſm
gloſam res dr̃ fieri. qñ primitus
innoteſcit. Dedit aũt ſibi nomen
non quidẽ vanũ ⁊ ſine re: ſed ſũ-
me virtuoſuȝ. [vt in noĩe ieſu].
id eſt in hoc nomĩe qḋ eſt ieſus.
[om̃e genu flectat̃]. i. omĩs pote
ſtas ſubijciatur. Eſa. xlv. Mihi
curuabit̃ om̃e genu. [celeſtiuȝ.]
. i. angeloꝝ. [terreſtriũ]. i. hoim
[⁊ infernoꝝ]. i. demonũ. Et hoc
quidẽ iuſte. Nam chriſtus im-
pleuit celum. reꝑauit mundũ: ⁊
ſpoliauit infernũ. B Propt̃
tertiũ. ſ. xp̃i hoĩs glorificationeȝ
ſubiũgit. [⁊ oĩs lingua ⁊c̃]. Hic
oñdit breuiter ꝯfeſſionem homi
nũ. q̃ erit ĩ fine de xp̃o fore gene-
ralẽ euidentẽ ⁊ veracẽ. Dicit ḡ ſic
ſe ꝯtinuans. [In noĩe] inquam
[ieſu] ⁊c̃. ⁊ tandeȝ in die iudicij
[oĩs ligua]. ſ. hoim tã bonoꝝ qȝ

maloꝝ: hebreorũ: latinoꝝ ⁊ gre-
corũ. In cui⁹ ſignum titul⁹ cru-
cis fuit ſcript⁹ triplici lingua ꝑn
cipali. ſ. hebraica: greca ⁊ latina.
[ confiteatur ]. euidẽter. ſ. ⁊ ma-
nifeſte: ſponte ⁊ inuite. Multi eĩ
negant modo q̇ tunc ꝯfitebũtur
inuite. Dañ. iiij. Omĩs ppl's tri
bus ⁊ lingue ſeruient ei. [ Confi
teatur ] dico [ q2 dñs ieſus xp̃us
in gl'ia eſt dei patris ]. i. hab3 ean
dem gloriã cũ deo patre ẜm na-
turam diuinã. vel etiã ẜm natu-
ram humanã eſt in bonis potio
ribꝫ dei patris. iuxta illud Mar
ci vltimo. Jeſus aſſumpt⁹ eſt in
celũ: ⁊ ſedet a dextris dei. i. poſſi
det bona potiora dei p̃ris. Pa-
tet ex predictis ꝙ ſi volum⁹ hr̃e
cum chriſto premiu3 claritatis:
oportet nos habere cum chriſto
meritũ humilitatis. iuxta ſenten
tiã apl'i hic. ⁊ iuxta illud verbu3
chriſti Luce. xviij. Qui ſe humi-
liat exaltabit̃. Patet ꝯcordia
inter iſtã epiſtolã ⁊ paſſionẽ que
hodierna die legit̃: que ſcribitur
Math. xxvj. ⁊ incipit. Scit̃ q2
p⁹ biduũ paſca fiet ⁊c̃. In iſta ei
epl'a de duobꝫ ꝑncipaliter agit̃: ſ.
de humilitate quã xp̃s oſtendit ĩ
paſſione. ⁊ de claritate quã habu
it ꝓpter paſſionẽ. De q̇bꝫ duobꝫ
agit̃ in ip̃a paſſiõe. De ꝑmo pt3 q̄
ſi ꝑ totũ. De ſcd̃o patet ĩ illa par
ticula. Multa corꝑa ſcõꝝ: q3uiſ
ꝑ anticipationẽ ponat̃. Sic igit̃
humiliemur vt tandẽ cũ xp̃o e-
ternaliter glorificemur. Amen.

Feria ſecunda poſt dominicã
palmarum.

IN diebus illis. Dixit Eſaias. Do
min⁹ deus aperuit mi-
hi aurem. Eſaie. l. C In p̃-
cedenti epl'a dixit nobis apl's q̄n
ta fuit obediẽtia chriſti ieſu qua3
ſuo patri exhibuit. d. Fact⁹ obe-
diens vſq3 ad mortẽ. ⁊ q̄nta fuit
etiam ꝯfidentia quã in ſuo patre
habuit qui glorificauit ip̃m. ad-
dens. ꝓpter quod ⁊ deus exalta-
uit illum ⁊c̃. qḋ q̇dem non ſolu3
ad obedientiã: ſed etiam ad cõfi-
dentiam referri poteſt. Et quo-
niã chriſti paſſio quã ꝯfidens in
patre ſuſtinuit ꝑ obedientiã non
ſolum fuit in tempe gratie exhi-
bita: verũetiã ⁊ tempe legis mo-
ſaice a ꝓphet̃ preuiſa ⁊ predicta
idcirco ſancta mater eccl'ia ver-
ba confirmans apl'i: ⁊ vtrũq3 tẽ-
pus decenter ꝯiungens: ſuꝑ his
duobꝫ. ſ. chriſti obedientia ⁊ cõfi
dentia: eſaie vaticiniũ ꝓfert ho-
dierna die. d. [ In diebꝫ illis di-
xit Eſaias ]. In qua quidem le-
ctione loquens ꝓpheta de futu-
ro tanq3 de p̃terito. Prĩo deſcri
bit obedientiã quã xp̃s p̃ri exhi-
buit. ibi. [ Dñs de⁹ aperuit mihi
aurem ⁊c̃. ] Scd̃o ꝯfidentiã quã
in ſuo patre habuit. d. infra [ Do
min⁹ d̃s auxiliator me⁹ ⁊c̃. ] Cir
ca ꝑmũ adhuc duo facit. Primo
nanq3 deſcribit obediẽtie xp̃i ve-
ritatem. Scd̃o obediendi firmi-

tatem.ibi.[Corp⁹ meū dedi ⁊c̄]
Quantū aūt ad p̄mū dicit eccl'ia
v̄ba pphe dicēs.[In dieb⁊ ill'.].
ſ.poſtq̄ʒ iſte ppha venit de mā̄da
to dei ad regē Ezechiā egrotan⸗
tem.de q̄ Eſaie.xxxviij. ⁊ poſtq̄ʒ
merodach baladā fili⁹ baladan
rex babylonie miſit libros ⁊ mu⸗
nera ad Ezechiā.de q̄ Eſa. xxxix
[Dixit] euidēter de xp̄o pphetā
do [Eſaias].q̇.ſ.pphetauit tēpo
rib⁊ Ozie:ioathan:achaz ⁊ eze⸗
chie regū iuda:vt habet̄ Eſaie.j.
[Dicit]inquā in pſona xp̄i[Do
min⁹ de⁹ pr̄.ſ.aperuit mihi au⸗
rem] ſupple interiorem cordis.
[Aperuit]dicit ſibi.ſup.loquēs
ad cor:eiq̄ʒ ſignificās ſuā volūta
tem.[Ego aūt nō ɔ̄dico]volūta
te reſiſtente Semp eni dixi.non
mea ſed tua voluntas fiat.[Re⸗
trorſum nō abij].ſ.opatiōe exe⸗
quente.q̄ enī placita ſunt ei facio
ſemp.ſicut xp̄us dicit Joh.viij.
Patet igit̄ veritas obediētie xp̄i
qꝛ cū ei ſm hominē fuiſſet reue⸗
lata volūtas pr̄is:ſp in oīb⁊ vo⸗
luntatē ſuā voluntati pr̄is ɔfor⸗
mauit.nunq̄ʒ mente ɔ̄dixit:nec
retrorſuʒ abijt ope.ppter qȯ be⸗
ne dicit apl's Philip.ij. Factus
obediens vſq̄ʒ ad mortē. Et bea
tus Job in pſona xp̄i loquēs di⸗
cit Job.vij.Affligens me dolore
nō parcat.ſupple de⁹ pr̄.nec ɔ̄di
cam ſermonib⁊ ſcti.i.patrꝭ. D
Quantū vero ad ſcōm addit.
ſic ſe ɔtinuans.Fui inquā verus
obediens.nec in aliq̄ ɔ̄dixi volū
tati pr̄is.fuiq̄ʒ firmus ⁊ ɔſtans.
obediensq̄ʒ vſq̄ʒ ad pcuſſionē to⸗
tius corpis vſq̄ʒ ad ceſionē gena
rū vſq̄ʒ ad increpatiōes ⁊ vitupe
ria vſq̄ʒ ad ɔſpuitionē faciei:⁊ tā
dem vſq̄ʒ ad mortē crucis. Und̄
ait.[Corp⁹ meū] ſup.totū ⁊ quā
libet ſui partē [dedi] ſup.ſpon⸗
te ⁊ volūtarie [pcutientib⁊].ſ.iu
deis ⁊ militib⁊ romanis.de vtriſ
q̄ʒ enī legit̄ q̄ pcuſſerūt corpus
chriſti:ſicut habet̄ Mat.xxvj.et
xxvij.[Et genas meas] ſupp.de
di ⁊ voluntarie expoſui [vellen⸗
tib⁊].i.ipſas cedētib⁊. Palmas
enī in faciē ei⁹ dederūt Mat.xx⸗
vj.Dabant ei alapas Joh.xviij.
Uel ſicut q̇dem volūt.ppter hoc
dicit.genas meas vellentib⁊.qꝛ
iudei impij cū xp̄s erat in domi⸗
bus ſūmoꝝ pontificū.ſ.Anne ⁊
Cayphe pilos barbe ſue ⁊ faciei
crudeliter euulſerūt.Jſtud autē
autoritate caret.[Faciē meam].
ſupple gratioſiſſimā [nō auerti]
imo illā exhibui.Minus enī di⸗
cit ⁊ plus ſignificat.[ab increpā
tib⁊].i.a dicentib⁊ mihi vitupe⸗
ria ⁊ obprobria.ſicut ſup.ab ill'
q̇ in facie mea dicebant me auer⸗
tentem ⁊ ſeducentem pplm blaſ⸗
phemū ⁊ malefactorez.ac p hoc
reū mortis.cū tn̄ raro ɔtingat q̄
hō facie nō mutata tanta obpro⸗
bria audire poſſit.[⁊ cōſpuenti⸗
bus].i.ſimul ſpuentib⁊ [in me]
Multi enī iudei ſpuerūt in faci⸗
em xp̄i.Mat.xxvj.⁊ etiā poſtea
multi milites romani.Matth.

xxviij. Hec enī chriſtus p̄dixerat
vt habet̃ Luce.xviij. Et beatus
Job in pſona xp̄i loquens dicit
de iudeis. Faciē meā cōſpuere nō
verent̃. Job.xxx. Notandum
aūt q̄ ꝛ ſi ꝓpha h̄a v̄ba iſta in pſona
ꝓpria potuit dicere.qꝛ forſan ta-
lia paſſus fuit a iudeis.q̄uis nō
legat̃.expꝛeſſius tn̄ ꝛ ſm ſenſuȝ lit
teraleȝ referri debent ad xp̄m in
quo ꝛ de quo fuerunt hec oīa ad
lrām impleta. De Eſaia legitur
licet nō ī ſacro canone q̄ manaſ-
ſes nepos ſuus fecit eū ſecari ſer
ra lignea.qui cū anguſtiaret̃ ſiti
ꝛ nō daret̃ ſibi aqua.de⁹ miſit eā
in os eius de ſublimi.vn̄ dicta
eſt aqua ſyloe.qd̄ interpꝛetat̃ miſ
ſus. Sed q̄ fuerit ꝓpheta iſte in
coꝛpe flagellat⁹:in genis ceſus:
in facie cōſputus.nuſq̄ȝ legi.que
tn̄ de xp̄o manifeſtiſſime legunt̃
Ⲥ Conſequēter deſcribit cō
fidentiā quā xp̄s in deo pr̄e ha-
buit.cū addit.[Dn̄s de⁹ auxilia
toꝛ me⁹ ꝛc̄.] Et facit tria. Pꝛīo
enim tangit promptā defenſionē
dicēs.[dn̄s de⁹] Scd̄o tutā ad-
heſionē.ib.[Ideoq̄ȝ poſui] Ter
tio adheſionis tute manifeſtā ra
tionē.infra.[iuxta eſt] Dicit er-
go. Fui inquā firmus ꝛ cōſtans
ꝛ obediēs vſq̄ȝ ad innumera ſup
plicia que fui ꝑpeſſus.ꝛ hoc non
ſolū pꝛopter bonum obedientie.
imo ꝛ pꝛopter firmā confidentiā
quam ſemꝑ habui in pr̄e. Scio
enim q̄ in q̄ntiſcunq̄ȝ fuero tri-
bulationibꝰ:ipſe mihi ſemꝑ au-
xiliabitur vt non ſolū nō cōfun-
dar:verūetiā acquiram pꝛemiuȝ
infinitū.vnde dicit.[Dn̄s de⁹].
ſupple pater [auxiliatoꝛ meus]
ſupple fuit in paſſione.[ꝛ iō non
ſum confuſus] quoniā etſi moꝛ
tu⁹ fui ex infirmitate: reſurrexi
tamen fact⁹ immoꝛtalis ꝑ gloꝛi
am.i.potentiā patris.ꝛ nunc ſe-
dens ad patris dexteram ſum in
gloꝛia eius. Philip.ij. Loq̄ba-
tur ꝓpheta de uturo ſicut de p̄-
terito vel de pn̄ti.ꝓpter certitu-
dinem ꝓphetie. Ecce pꝛompti-
tudo defenſionis. Semꝑ enī fu-
it paratū.quantū ad xp̄m:auxili
um dei patris. Nec ē ꝯtra h̄ illud
qd̄ dixit xp̄s in paſſione. De⁹ me
us:deus me⁹:vt quid dereliqui
ſti me. Math.xxvij. Deus enim
pater ipſum nō dereliquerat ſm
veritatē.ſed ita apparebat homi
nibꝰ.qꝛ ipm̄ tradiderat in man⁹
impioꝛū. Sequit̃ [Ideoq̄ȝ] ſup
ple qꝛ pater auxiliabit̃ mihi [po
ſui faciem meā vt petram duriſſi
mā] vt.ſ.nec ceſione.nec cōſpui-
tione:nec liuoꝛe nec ruboꝛe: nec
doloꝛe:nec quacūq̄ȝ tribulatiōe:
ſiue increpatione ſeu irriſiōe mo
ueretur a ꝯſtātie firmitate quin
ſemꝑ patri adhereret. Pater nā
q̄ȝ dixerat filio ꝑ ꝓphetā Ezech.
Ecce dedi faciem tuā valentioꝛē
faciebꝰ coꝛū.ꝛ frontem tuaȝ du-
rioꝛem frontibꝰ coꝛū.vt adamā
tem ꝛ vt ſilicē dedi faciem tuaȝ.
Ne timeas eos:neq̄ȝ metuas a fa
cie eoꝛum.qꝛ domus exaſperā-

eſt. Ezech. iij. [Et ſcio ſupple q2
deus pater auxiliato2 meus eſt.
[quoniã nõ ↄfundar] Ecce ſecu
ritatem ↄfidentie ⁊ adheſionis.
Secure nempe chriſt⁹ ↄfidebat
in patre: ⁊ adherebat ei. Dein
de ſubdit p̃dicte adheſionis ma
nifeſtam rationẽ, dicens. [iuxta
eſt]. Ubi ponit triplicẽ rationez
quare debet confidere tantum.
Quarũ prima ſumitur ex pote
ſtate ⁊ ꝓpinquitate adiuuantis.
Scđa ex infirmitate ⁊ debilitate
impugnantis. ibi. [Ecce oĩms]
Tertia ex vtilitate ⁊ ꝓſperitate
cõfidentis. infra. [Quis ambu
lauit in tenebris]. Quantuz ad
primũ dicit. ſic ſe cõtinuãs. Ita
dixi: ꝙ ſic cõfido in deo pr̃e meo
Et ratio p̃ma que mouet me eſt.
ipſe potentiſſim⁹ eſt. ⁊ ſemꝑ mi
bi ꝓpinquus. Unde dicit̃ [Iux-
ta eſt]. id eſt prope eſt [q̃ iuſtifi-
cat]. id eſt qui iuſtuz fecit. [me].
nõ quidem de iniuſto iuſtum fa-
ciendo. quia nunq̃z fui iniuſtus
nec de minus iuſto magis iuſtũ.
quia iuſticia mea nunq̃z creſce-
re potuit: ſed iuſtum me fecit ab
inſtanti mee conceptionis: cum
me plaſmauit ſua virtute. Ego
enim ſum ille iuſtus de q̃ Eſaie
xlv. Nubes pluant iuſtũ. ⁊ ſeq̃t̃.
Et iuſticia oriat̃ ſimul. ⁊ d̃ q̃ d̃r
Eſa. lxij. Donec egrediat̃ vt ſplẽ
dor iuſtus ei⁹. [Quis ↄtradicit
mihi] ſupple verbis. [Stemus
ſimul]. ſupple. Ego ⁊ ille ↄtradi
ctor. ſi tñ inueniat̃ coraz. ſ. patre
meo. qui ẽ iudex ⁊ abdictor ↄtra
dictorũ. Et reuera in iudicio ei⁹
nullus inuenie t̃ ↄtradictor. F

Sed ↄ̃ hoc arguit̃. q2 infide-
les ↄ̃dicũt diuĩe veritati. ↄ̃ illud
Eccĩ. iiij. Nõ ↄ̃dicas ꝟbo verita
tis. ⁊ impatiẽtes ↄ̃dicunt diuine
correctõi. cũ dicat̃ Iob. xj. Quis
ↄ̃dixit ei ⁊ pacẽ habuit. Itez im-
penitentes ↄ̃dicũt diuine bonita
ti. vñ ⁊ de xp̃o dictũ eſt ꝙ poſit⁹
fuit in ſignũ cui ↄ̃dicet̃ Luce. ij.
Item inobedientes etiã ↄtradi-
cunt diuine autoritati. Et vni-
uerſaliter omẽs pctõres diuĩe cõ
tradicunt volũtati. Reſpõde
tur ꝙ multi ↄdicũt xp̃o nũc ipſo
ꝑmittente: ipoq3 ſinente homĩeſ
agere motus ſuos. in futuro au
tem iudicio null⁹ ↄ̃dicet ei. Uel
dic ꝙ mlti ↄ̃dicũt nũc voluntati
ſigni. ſ3 volũtati bñplaciti null⁹
ↄ̃dicere p̃t. Sequit̃. [Quis ẽ ad
uerſari⁹ me⁹]. ſ. factis. [accedat
ad me] ⁊ vid̃bit̃. ſ. ꝙ mihi ñ pote
rit aduerſari. Eodẽ mõ p̃t hic q̃-
ri ſic pri⁹. q2 oẽs pctõres xp̃o ad-
uerſant̃. Et rñde ſic p̃us. Xp̃s. n.
eſt ille rex omĩpotens. cu dixit⁹
Mardoche⁹. Nõ eſt q̃ tue poſſit
reſiſtere voluntati. Heſt er. xiij.
Seq̃tur. [Ecce dñs] cui⁹ nomẽ
eſt op̃s Exo. xv. Auxiliator me⁹
ſup. in q̃ eſt tota confidẽtia mea.
[Quis eſt q̃ ↄdẽnet me] ſup. ſu-
is iudicijs. q. d. null⁹. Et ſi obij-
ciat̃ ꝙ pilatus ↄdẽnauit eum ad
mortẽ. Dic ꝙ iudiciũ fuit falſiſſi
mũ ⁊ iĩq̃ſſim: ⁊ ab ip̃o volũtarie ⁊

miſericorditer toleratuȝ. Patet
ergo rō ꝑma ꝯfidẽtie. qꝛ adiutoꝛ
eius erat ei ꝓpinquiſſim⁹. Juxta
eſt inquit. Uñ ipſe dicebat illud
Job. xvij. Pone me iuxta te. ⁊
cuius vis manus pugnet ꝯ me.
Et qꝛ potentiſſim⁹. eo ꝙ deus.
Ecce inquit. deus auxiliatoꝛ ⁊c̃.
Roma. viij. De⁹ eſt q̇ iuſtificat.
q̇s eſt qui ꝯdemnet. Poſtmo
dũ ponit̃ ſcḋa rō. q̃ fuit infirmi-
tas ⁊ debilitas ppl'i impugnan-
tis. ſ. iudaici. vñ dicit. ſic ſe cõti
nuans. Jta. inquã. ꝯfido. qꝛ nõ
ſolũ habeo potentẽ adiutoꝛẽ. ve-
rũetiã infirmos ⁊ debiles inimi
cos. Uñ ait. [Ecce om̃es]. ſ. mi-
hi ꝯtradicẽtes. mihi aduerſãtes.
me ꝯdemnantes. ſ. pilat⁹ ⁊ hero-
des: ⁊ oẽs iudei. [quaſi veſtimen
tũ ꝯterent̃.] ſup. vetuſtate malo
rum operũ ⁊ inueteratõe ĩ pctĩs.
[tinea]. i. romana militia. [come
det eos.] Ad lr̃aȝ. veſtimentum
ꝯſumit̃. ſic̃ glo: innuit: aliqñ ve-
tuſtate. ⁊ hic eſt defect⁹ naturalis
Aliqñ tinea. ⁊ h̄ eſt defect⁹ violẽ-
tus. Et applicando ad ꝓpoſitum
iudei fuerũt iſto duplici mõ con-
ſumpti. ſ. ꝑmo vetuſtate. Fuerũt
nãq; poſt paſſioneȝ dñi expectati
a xp̃o ⁊ vocati ꝑ apl'os ad penitẽ
tiam quadragintaduob⁹ annis.
Uerũ ip̄i fuerũt inueterati in die
bus malis. et quoſdã de vocan-
tib⁹ eos flagellauerũt. quoſdam
aũt occiderũt. ⁊ tandẽ oẽs de iu-
dea expulerũt. ꝓpter qđ ⁊ vetuſta
te maloꝝ operũ: ⁊ tinea ſue male

ꝯſcĩe fuerunt romanis aduenien
tib⁹ deuoꝛati. De pilato aũt ⁊ he
rode patet quõ fuerũt a romanis
miſſi ad gallias in exilium. vbi ⁊
moꝛtui ſunt. Et certe tam iſti q̃ȝ
illi iuſtiſſime hec paſſi fuerũt. qꝛ
nec deũ timuerũt. nec vocem xp̄i
nec apl'oꝝ ei⁹ audire voluerunt.
Unde ꝯuertendo ſe ad eos ⁊ mu
tando ꝑſonã ſubdit [Quis ex vo
bis] ſupp̃. O iudei eſt ſupple [ti-
mẽs deum] timoꝛe filiali. [⁊ au-
diens vocem ſerui ei⁹]. ſ. xp̄i. vel
cuiuſlibet apl'i ſeu pꝛedicatoꝛis.
vocem quidẽ illã: Penitentiam
agite Math. 4. Et illaȝ bti Pe
tri Actuum. ij. Penitentiaȝ agi
te. ⁊ baptizetur vnuſquiſq; ve-
ſtrum in nomĩe domini ieſu chꝛi
ſti ⁊c̃. quaſi di. nullus. vel valde
pauci reſpectu tante multitudi-
nis. ideo digni fuiſtis conſum-
ptione ſicut vile veſtimentum.
Unde quilibet veſtrum potuit
dicere illud Job. xiij. Qui quaſi
putredo conſumendus ſum: ⁊ q̄
ſi veſtimentuȝ quod comeditur
a tinea. ❡ Deinde ſubiungi
tur tertia ratio confidentie. que
fuit vtilitas ⁊ pꝛoſperitas popu
li penitentis. ſcȝ gentilis. qui ad
pꝛedicationem apoſtoloꝛuȝ pe-
nitentiam agere voluit. ideo per
fidem illuminari meruit. deſtru
ctis idolis ⁊ erroꝛuȝ tenebꝛis pe
nitus effugatis. Unde ſic dicit:
Judei obſtinati fuerũt conſum
pti. ſȝ [q̇s ambulauit ĩ tenebr̃]
ſup. erroꝛum ⁊ perfidie. ⁊ nõ eſt

lumen ei.ſupple diuine ſapiẽtie. ſicut fuit popul⁹ gentilis. [ſperet in nomine dñi] et innitatur ſuper deum ſuũ] .ſ.penitendo obediendo et ꝯfidendo. et ſupple ꝯſequetur fructũ ꝯfidentie.q2 ſcʒ illũinabit ꝑ fidẽ. Et reuera ſic contigit. Judeis enĩ in cecitate manentibꝰ: gentilis popul⁹ illuminat⁹ fuit.iuxta illud Eſa.ix. Populus q̃ ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnã. Acceſſerunt enim ad chriſtũ ſolem iuſticie.et idcirco illuminati fuerũt. Juxta illud pſ. Accedite ad cuʒ et illuminamini. Aliter pt̃ legi totum hoc ab illa parte. [Quis ex vobis timens deũ] vſqʒ ad finẽ. vt dicatur ꝙ in tota iſta lectiõe primo ꝑ ꝓphetam chriſti obediẽtia. et ꝯfidentia deſcribuntur ſcʒ a pñcipio vſqʒ huc. Scḋo nobis eadeʒ ꝯſuluntur.ſ.ab illo loco. [Quis ex vobis etc. vſqʒ ad finẽ. Ubi facit tria. Primo nanqʒ tangit recipientium conſiliũ ydoneitatẽ: que ſurgit ex timore et obedientia. ꝓpter qḋ dicit. [Quis ex vob]ſupple hoĩbus [timens deũ]. vt ſupra. [et audiens] .i.obediens etc. vt.ſ. ſupple tal̃. eſt idone⁹ obedire deo et ꝯfidere in ipſo. Secũdo ponit ꝯſiliȷ̃ neceſſitatẽ. cũ addit. [Quis ambulauit in tenebris] vt ſupra.q.d.omĩs homo q̃ntuʒ eſt de ſe eſt talis. et idcirco neceſſe eſt recurrere ad deũ obediẽdo ei et confidendo in ipſo. Tertio tãgit conſiliȷ̃ vtilitatẽ. cum ſubdit. [Speret in nomĩe dñi etc. ]vt ſupra. et ſupple ꝯſequetur illuminationis donũ. Patet concordiã inter iſtam epiſtolã et euagelium qḋ hodie legitur. qḋ ſcribitur Johis.xiȷ. et incipit: Ante ſex dies paſche etc. Jn epl̃a nãqʒ ſicut apparet agitur de paſſione domini quã patri ſuo obediens et in ipſo ꝯfidens ꝓ noſtra ſalute ſuſtinuit Jn iſto aũt euangelio agitur de cauſa triplici paſſionis. Quaꝝ ꝓma fuit Lazari ſuſcitatio. Ab illo enĩ die quo ſuſcitauit eũ ieſus vt dicitur Johis.xȷ. cogitauerunt iudei ieſum interficere. q2 ꝓpter hoc erat in maiori ꝓpl̃i reputatione. Scḋa fuit marthe et magdalene deuotio. Erant enim domine multũ notabiles. et quia martha miniſtrabat: et maria pedes eius et caput vngebat: inuidẽtes ei maiores iudeorũ non poterãt eum videre. Uolebant enĩ pontifices ꝙ eis fieret reuerentia iſta Tertia fuit iude ꝓditoris cupiditas et ambitio. dixit et ei. Quare nõ eſt venditũ vnguentũ hoc trecentis denarijs: et datum egenis. Non dixit hoc ꝙ curã haberet de pauperibꝰ. ſed q2 volebat eos furari. vnde volens eos recuperare. ſciens q̃liter iudei chriſto inuidebant. et quõ in eius mortẽ ꝯſpirauerũt: vendidit eum ipſis xxx. argenteis. quoꝝ q̃libet valuit decem vſuales. et ita habuit trecentos. Placeat chriſto ꝙ eius paſſio ꝓ nobis ſit et nos cõpatia-

mur ei:vt tandē ad gloriā quam patiēdo nobis meruit peruenire paſſionis eiuſdez meritis valea- mus. Qđ nobis ꝯcedat.

¶ Feria tertia poſt dn̄icam pal- marum.

IN diebus illis. dixit Hieremias. Domīe demōſtraſti mi hi:⁊ cognoui ⁊c̄. Hiere.xj.

H Adhuc ſctā mater eccl'ia ſpon ſi ſui paſſiōem acerbiſſimā reco- lens reducit ad memoriā fideliū eiuſdē chriſti ſui obediētiā:mor- tis eius ignominiā:⁊ iudeoꝝ ca lamitatē ⁊ ruinā.in qua ipe chri ſtus q̄ꝫplurimum exaltat⁹ fuit. Unđ ſicut heſterna die adduxit ſuꝑ his Eſaie vaticiniū.ita ho- dierna die ſuꝑ eiſdē ꝓducit teſti- moniuz Hieremie.in hoc volēs oſtendere ꝙ ꝑ iſtos ꝓphetas an- te multa tempꝑa de chriſto predi ctum extitit.qđ Paulus apl'us die dn̄ica in epiſtola ſua de eodē chriſto dn̄o aſſeruit eſſe cōpletū. Eſt autē ſciendū ꝙ in pn̄ti lecti- one iſte ꝓpheta Hiere.loquēs in ꝑſona chriſti ꝓꝓri⁹ ⁊ exp̄ſſius q̄ꝫ in ꝑſona ꝓpria:q̄ttuor facit. Pri mo eni deſcribit patris ad filiuz ſummā beniuolentiā.dicēte xp̄o patri ſuo.[ Dn̄e demōſtraſti mi- hi ⁊c̄. Scđo oſtendit filij ad pa- trem ſummā obediētiā.ibi. [ Et ego q̄ſi agn⁹ ⁊c̄. ] Tertio innuit iudeoꝝ ad filiū ſummā inuidiā ⁊ maliciā.ibi[ Uenite mittam⁹ lignū ]. Quarto ꝯcludit patris ⁊ filij ſummā iuſticiā.ibi[ Tu aūt dn̄e ⁊c̄. Quantū ad ꝑmū dicit ſic premittēte eccl'ia.[ In dieb⁹ illis ].ſ.qn̄ ꝓphetauit Hieremi- as:q̄ ꝓphetauit imminēte captiui tate babylonica.⁊ intra captiui- tatem ipam.[ dixit hieremias ]. nō ſolū in ꝑſona ꝓpria:ſed etiā ex preſſi⁹ in ꝑſona chriſti.qr ⁊ſi hie rēmias multa paſſus fuit a viris iuda ⁊ beniamin.ſicut dictū fuit ſupra in p̄cedentib⁹ ferijs ſexta ⁊ ſabbato.nuſq̄ꝫ tn̄ legit᷑: vt dic̄ h glosa.ꝙ ꝑ eos fuerit crucifixus. ⁊ tn̄ de crucifixione ꝟbum iſtud. mittam⁹ lignū in panē eius.qđ in pn̄ti ꝯtinetur lectione: exponi tur ſm om̄es: Quid dixit hiere- mias.ecce. [ Dn̄e demonſtraſti mihi:⁊ cognoui.tu oſtendiſti mi hi ſtudia eoꝝ. ] Iſtud exponi po teſt de chriſto ſm diuinitatem ⁊ ſm humanitatē. Scđm diuini- tatem quidē ſic.quoniā ſic̄ chri- ſtus ſm ꝙ de⁹ nō habet a ſe diui nam eſſentiā:ſed eā a patre naſcē do accepit:ita non a ſe habet ꝑfe- ctionem aliquā:ſed omnē acce- pit a patre naſcendo.ſm Hyla- riū. Uñ fili⁹ ꝑ eternā generatio- nem accepit a patre noticiaz om niuz que fiunt:⁊ que ſunt: ⁊ que erunt:⁊ que ſunt poſſibilia fieri bona vl' mala. Et ideo h loquēs deo patri ſm diuinitatem dicit. [ Dn̄e ].ſ.pater. Uocat euz dn̄m ꝓpter autoritatē ſolū. Non eni eſt

ꝓprie pater dñs filij. qꝛ ſunt oı̄no
coequales. In patre tñ ſolo ē au/
toritas [demonſtraſti mihi] me
ſupple eternaliter generando: ac
oēs tuas ꝑfectiones mihi cō/
municando. [demōſtraſti]. ſup.
oı̄a facta ⁊ fienda ac poſſibilia
fieri bona ⁊ mala. [⁊ cognoui]. i.
omniū noticiā eternaliter acce/
pi. de qua exponit Aug⁹. verbuꝫ
chriſti. Joh. vij. Mea doctrina
non eſt mea. ⁊ illud qđ dixit xp̄s
de ſpūſancto. Johis. xvj. Nō lo
quet̃ a ſemetipſo: ſed quecūqꝫ au
diet loquet̃. [Tu oſtendiſti mihi
ſtudia eorū]. id eſt cogitationes:
affectiones: machinationes ⁊ cō
ſpirationes iudeorū: ⁊ omnium
maloꝝ hominū mihi oſtendiſti:
id ē noticiaꝫ dediſti. cū ab eterno
me genuiſti. Scđm humanitatē
vero ꝓprius expōit̃ de chriſto. ſic
[Domīe]. ſupple pater. ymo. n.
ſm̄ hominē ꝓprie pater chriſti ē
domin⁹. quia ⁊ ille proprie ē ſer/
uus ⁊ minor pr̄e. iuxta illud Jo
han. xiiij. Pater maior me eſt.
[demonſtraſti mihi] ſup. ex tem
pore. cum. ſ. animā meā creaſti. ⁊
corpori meo infudiſti. In illo. n.
inſtanti omniū mihi noticiā de/
diſti. [⁊ cognoui]. id eſt omniuꝫ
noticiā accepi. [Tu oſtēdiſti mi
hi ⁊c̄.] ſicut prius. Ecce quomō
deſcribit̃ patris ad filiū ſumma
beniuolentia. qꝛ cōmunicauit ei
ꝑfectionem ſcientie. non ſolū in/
quantum de⁹: ſed etiā inquantū
homo. longe tñ inferiori mō cō/
municauit ei ſcientiā. ſm̄ qꝫ ho/
mo. qꝛ nō ſic fuit capax oı̄s ſcien
tie aı̄a xp̄i ſicut ꝑſona v̄bi. nec
creata ſcīa potuit eſſe equalis ſci
entie increate. I Cōſequen
ter deſcribit̃ filij ad patreꝫ ſum/
ma obedientia. Vñ dicit chriſt⁹
ſic ſe ꝯtinuans. [Tu] o de⁹ pr̄
[oſtendiſti mihi] vt dictū ē [ſtu/
dia eoꝝ]. ſ. inuidiā ⁊ maliciā: cō/
ſpiratiōes ⁊ machinatiōes iude
orū ꝯ̄ me. Sed qđ. [⁊ ego] ſuſti/
nebo ſup. [q̄ſi agn⁹ māſuet⁹ ⁊c̄]
Vel ſic. [Dñe demonſtraſti mi/
hi]. i. voluntatē tuaꝫ ſignificaſti
mihi. quia vis me mori ꝓ ſalute
hominū. Sꝫ qđ. [⁊ ego] ero ſup
ple obedientiſſim⁹. [q̄ſi agn⁹ mā
ſuet⁹]. i. manu aſſuet⁹. [qui por/
tatur ad victimā] q̇ ſup. non cla
mat: nec murmurat: ſed oı̄no ob
muteſcit. ⁊ nō aperit os ſuū. ita ⁊
ego ſup. cū maledicar: nō maledi
cā. ⁊ cū patiar nō cōminabor. de
me enim dr̄ Eſa. liij. Quaſi ouis
ad occiſionē ducet̃ ⁊c̄. Ita dico
portabor ad victimā ſic agn⁹. ⁊
non ſine pctō ꝓprio. vñ ſubdit̃.
[⁊ nō cognoui]. i. ſm̄ glo. pctm̄
nō noui. Chriſtus nempe pecca
tū non fecit. nec dolus inuentus
eſt in ore ei⁹. j. Pe. ij. Ita inquā
pctm̄ non noui ꝑ experientiā. et
tñ iudei machināt̃ me cruci affi/
gere. [qꝛ cogitauerūt ſup me ꝯſi
lia]. i. habuerūt de ꝑſona mea in
nocētiſſima iniq̄ ꝯſilia [dicētes.
Venite ⁊c̄] Notādū aūt qꝫ cō
grue loquit̃ addēdo. q̄ſi agnus.

Non eīn xp̄s ꝓprie eſt agnus niſi ꝑ ſimilitudinē. quia habuit aliquas ↄditiones agni. Unđ Auguſtin⁹ ſup̱ Joh. dicit ſic. Dicit̄ xp̄s vitis p̱ ſimilitudinē non per ꝓprietatē. quēadmodū dr̄ ouis. agn⁹. leo. petra. lapis angularis ⁊ hmōi. Ulteri⁹ nota q̄ chriſt⁹ nō dicit ſe fore portandū vel fuiſſe portatū ad victimā crucꝭ: quia nuſq̄ȝ legit̄ q̄ fuerit portat⁹. niſi q̇s velit dicere: q̄ ip̄e vect⁹ aſello venit ad locū victime. ⁊ q̄ lignū crucis in quo ⁊ ip̄e victimat⁹ fuit: portauit ei⁹ mēbra: iuxta illud qđ de cruce legit̄. dulcia ferēs pōdera. ⁊ q̄ ip̄a ſola fuit digna portare talentū ſeu p̄ciū hui⁹ mūdi. ſed dicit ſe fore ⁊ fuiſſe obediētiſſimū ⁊ patientiſſimū ſic̄ ē agnus qui ad victimā portat̄. Adhuc eſt notandū q̄ corpus xp̄i crucifixum ꝓprie fuit victima. Dicebatur nāq̄ȝ victima ſacrificium qđ offerebat̄ ꝓ victoria obtenta vel etiā obtinenda. Xp̄s aūt p̱ oblationem ſui corp̱is vicit mortem. vicit hoſtem. vicit mundū. vicit etiā om̄e peccatum. ¶ Sequitur tertia pars in qua deſcribitur iudeoꝝ reſpectu iheſu xp̄i ſumma inuidia ⁊ malicia. cum refert verba ip̄oꝝ dicentiū [Venite mittam⁹ lignum ⁊c̄.] Ad euidentiā aūt hui⁹ p̱ticule ſciendū. q̄ aliqui exponentes h̄ de Jeremia ad lr̄am. dicūt q̄ eſt q̄ddam lignū qđ tritū in puluerem: ⁊ poſitum in pane: occidit comedētē. Et de tali ligno loq̄bantur viri iuda. [dicētes. Venite mittam⁹ lignū in panem ei⁹] .i. Jeremie. [⁊ eradam⁹ eum ⁊c̄.] Verū quia iſte paſſus ſm intentionē eccleſie ꝓprius exponit̄ de xp̄o q̄ȝ de Jeremia. ideo ſcđo ſciendum q̄ h̄ p̱ lignū crux xp̄i intelligit̄. De quo ligno. j. Pet. ij. Chriſt⁹ peccata noſtra p̱tulit in corp̱e ſuo ſuper lignū. Et p̱ panē h̄ intelligit̄ corpus xp̄i. qđ eſt ille panis de q̄ Joh. vj. Ego ſum panis viuus q̇ de celo deſcendi. Et infra eodē. Panis quē ego dabo: caro mea ē Vel xp̄i doctrina. q̄ panis vite ē. iuxta illud Eccı̄. xv. Cibauit illū domin⁹ pane vite ⁊ intellectus.

¶ Nota p̱ hoc q̄ dicunt: Eradamus euȝ de terra viuentiū. Chriſtus nō fuit raſus de terra viuentium. īmo forti⁹ viuit. Nec ē deleta ei⁹ memoria: ſed potius firmata. Cogitabant etiā q̄ ſi chriſtum crucifigerent: crucifixio ſua ſue doctrine miſceret̄. ac p̱ hoc ꝓpter vilitatem ſupplicij ſic vilis redderet̄: q̄ ab omnib⁹ viuentibus ſperneret̄. ⁊ de terra viuentium penit⁹ raderet̄. ac oīno eius memoria deleret̄. Sed certe contrariū accidit. quoniam ſicut lignum miſſuȝ p̱ moyſen in aquā amarā eam fecit dulcē. Exo. xvj. ita lignū crucis miſſum in iſtuȝ paneȝ: id eſt doctrinā chriſti ſeu ſcripturā ſacrā: panē fecit meliorem. Ante enī miſſionē huius ligni in panē iſtuȝ ſcriptura ſacra

ſolū dicebat̄ in iſrahelitico popu
lo ⁊ in terra iſrael. Poſt miſſiōez
aūt ligni: in omnē terrā exiuit ſo
nus eorū. ⁊c̄. Hec in gloſa. Pro
pter qđ dicit aplus. j Corinth. j.
Nos predicam⁹ xp̄m crucifixū.
iudeis qdē ſcandalū. gentib⁹ au
tē. ſup. in gentilitate manētibus
ſtulticiā. nobis aūt vocatis. id eſt
ad fidē chriſti ꝯuerſis. atq; grec̄
ac ſup. latinis. xp̄m dei virtutē et
ſapiām. Ecce ſapor. ecce dulcor:
ex crucifixione. Dicit ꝓpheta: ſic
ſe ꝯtinuans [ Cogitauerūt iudei
ſup me ꝯſilia. dicentes. Venite ]
Hoc nō eſt in textu noſtro. ſ; ad-
dit eccl'ia. vel forte ita eſt in trāſ-
latōne illa de qua eccl'ia ſumpſit
[ Mittamus lignū in panē ei⁹ ]
id eſt applicemus crucē corpi xp̄i
quod dicit eſſe panē. Vel ſic [ mit
tamus lignū ⁊c̄. ] id eſt corp⁹ qđ
dixit panē mittamus in lig̃ cruc̄
[ et eradam⁹ eum de terra viuen-
tiū. ⁊ nomē eius nō memoret̄ am
plius ] Vel ſic. [ Mittam⁹ lignū
in. ⁊c̄. ] id eſt crucifigam⁹ eum vt
eius crucifixio ſue doctrine quā
panē dicit miſceat̄. ac per h̄ pro-
pter vilitatē ſupplicij a cunct̄ vi
uentib⁹ reſpuat̄ [ ⁊ ſic eradamus
eum de terra viuentiū ] Niſi eñ
xp̄i euang. fuiſſet receptū ab hoī
bus: xp̄s raſus fuiſſet de terra vi-
uentiū ſimul ⁊ morientiū. Infer
nus eñ eſt terra mortuoꝝ. ⁊ pa-
radiſus eſt terra viuorū. fuiſſ;q;
xp̄i memoria penitus deleta. ſed
vt dictū eſt. om̄is ꝯtra intentiō;
iudeoꝝ euenerūt. ¶ Deīde
quarto ꝯcludit̄ patris ⁊ filij ſum
ma iuſticia. cū ſubdit̄ [ Tu autē
dn̄e ſabaoth ] ſicq; ꝯtinuat. Ita
dixi ꝙ cogitauerūt iudei. ⁊ quod
mente cogitauerunt: opꝫ perfece
runt. Sed quid. [ Tu autem do
mine ſabaoth ] loquit̄ filius pa-
tri. Sabaoth nanq; ſm Hiero-
nymū in epl'a ad Marcellam. ⁊
ſm Iſidorū. vij. ethymologia.
eſt vnū de decem dei noīb⁹ hebra
icis. ⁊ interpretat̄ p̄nceps exerci
tuū. Deus eñ eſt p̄nceps exerci-
tuum: nō ſolū populi iſrael: ſ; ⁊
omniū hominum ⁊ angelorum
Quid ergo dicit fili⁹ pr̄i ſm ho-
minē. ecce [ Tu dn̄e ſabaoth ] .i.
princeps omnium ] qui iudicas
iuſte ] aliter enim tu iudicare nō
potes. cum ſis ip̄a rectitudo iu-
ſticie [ ⁊ ꝓbas ] .i. ꝑfecte cog̃ſcis
[ renes ] id ē affectōes [ et corda ]
id eſt intentiones hominū [ vide
am vltionē tuā ex eis ] ⁊ certe tu
debes vlciſci iniuriā quam mi-
bi faciēt. quia penit⁹ innoxiū
facient crucifigi [ Tibi eni; reue
laui cauſam meam. quia ſupple
ſm gloſa; nō peccato ꝓprio: ſ; ip
ſoꝝ ſcelere crucifigar. ⁊ hoc tibi
notū eſt [ dn̄e deus meus ] addit
eccl'ia. Ad euidentiā iſtius ꝑ-
ticule notandū ꝙ cum d̄r. ꝓbas
renes. iſta ꝓbatio ſumit̄ ꝓ ꝑfecta
noticia. Nō eñ aliq̄d ꝓbat deus
quaſi illud ignoret: ſicut ꝓbant
homines: ſed qm̄ illud perfecte
notum eſt apud homines quod

plene probatū eſt: idcirco in ſcri-
ptura ſacra ꝓbatio dei ſumitur
pro noticia ꝑfecta. Adhuc notā-
dum ꝙ quia in renib⁹ hoīs eſt ra
dix ꝯcupiſcētie ⁊ delectatiōis. id
circo ꝑ renes affectiones male ī-
telligunt̄. Ulterius notandū ſu
per illo verbo. Videā vltionē. ꝙ
illud nō eſt ꝯtra illud quod dixit
xp̄s in paſſione. Pater ignoſce il
lis Luce. xxiij. q2 ibi orabat ꝓ pe
nitentib⁹. hic aūt orat ꝓ obſtina-
tis ⁊ impenitētib⁹. Nec iſta dicit
appetitu vindicte: ſ3 ſolū amore
iuſticie. Vn̄ nō dicebat: videam
vltiōe3 meā: ſ3 tuā. iuxta illō Deu
te. xxxij. Mea eſt vltio ⁊c̄. dic̄ de
us pater. Preterea notādu3 ſup
illo verbo. Tibi reuelaui. ꝙ chri
ſtus hō nihil reuelauit deo patri
qō ipē ignoraret. ſ3 ꝓ tāto dicit ſi
bi reuelaſſe cauſam iſtā. q2 h̄ ſer-
uis fidelib⁹ reuelauit. Vel reue-
latio h̄ ſumit̄ nō ꝓ manifeſtatiōe
alicu⁹ abſcōditi: ſ3 ſolū ꝓ allega-
tiōe ⁊ aſſignatōe cauſe. q̄ ſic̄ erat
nota filio: ita erat nota p̄ri. Pōt
etiā dici ꝙ ly videā pōt legi vl̄ te
neri nō optatiue: ſ3 p̄dictiue. vi-
deā i. q̄t. i. videbo. Et ſ̄m p̄ma3
expoſitiōe3 apparet clare iuſticia
filij ⁊ ſ̄m aliā iuſticia p̄ris. ſ3 qm̄
vna eſt vtriuſq3 iuſticia. iō fit ꝙ
ſ̄m vtrāq3 expoſitōnē apparet iu
ſticia vtriuſq3. Patet concor
dia inter iſtam lectionē ⁊ euāge
lium ſeu paſſionē que legit̄ hodi
erna die. que incipit. Erat paſca
et azima poſt biduu3. ⁊ ſcribitur
Marci. xiiij. Propheta eni3 in
hac lectione loquēs in ꝑſona xp̄i
predixit futura in quodā genera
li omnia illa que Marcus euan
geliſta exprimit circa xp̄m in ſua
paſſione fuiſſe completa. Place
at chriſto pro nobis in cruce paſ
ſo vt per ſui paſſionē grām ⁊ glo
riā mereamur. Qō nob ꝯcedat ie
ſus chriſtus. Amen.

Feria q̄rta poſt Palma. p̄m⁹.

# HEc dicit do

minus de⁹. Dicite filie
ſyon. Ecce ſaluator tu⁹
⁊c̄. Eſaye. lxij. ⁊. lxiij. c. M

In iſta quarta feria maio-
ris hebdomade in qua ſaluato-
ris noſtri caro innocētiſſima fu
it per proditorē iudā ad morte3
vendita. eccl'ia legit duas lectio-
ne ꝓpheticas Eſaye. quaꝝ vtraq3
reducit ad memoriā fideliū eiuſ
dem Jeſu xp̄i acerbiſſimā paſſio
nē. Legit aūt eccl'ia hodie duas
lectōnes ſicut in q̄libet q̄rta feria
que p̄cedit ſabbatū in q̄ ſacri or-
dines celebrant̄. Cuius q̄dem ra
tio fuit aſſignata ſupius feria. 4
quattuor temporū mēſis decem
bris. Quare aūt eccl'ia p̄us legit
hanc p̄ſentē q̄3 aliā. cum tam̄ iſta
p̄us ponatur in libro Eſaye. ⁊ ex
preſſius deſcribit xp̄i paſſiō3 q̄3
iſta. ratio poteſt eſſe duplex. Pri
ma: quia in iſta incipit loq̄ dn̄s.
ſic em̄ ait eccl'ia. Hec dicit domi
nus. ī alia autem ſeruus. ſ. ꝓphe

ta. Ait em̄ ſic eccl'ia. Dixit Eſa. ꝓpheta. Sc̄da q2 in iſta ponit̄ du plex angelorũ interrogatio. vicȝ Quis eſt iſte qui venit de edom. Et ibi. Quare ergo rubrũ eſt in dumentũ tuũ. In alia vero poni tur hominũ queſtio. dicente pro pheta. Dn̄e quis credidit audi// tui noſtro ⁊c̄. ergo ꝓpter excellen// tiã dn̄i ſup ſeruũ ⁊ angelorũ ſup hominē: forſan iſta premittit̄ illi. Eſt aũt ſciendum ꝙ aliq̄ dicunt ꝙ xp̄s fuit hodierna die vendit⁹ iudeis: idcirco legit̄ hodie iſta le ctio. quia in p̄ncipio ſic d2. Dici// te filie ſyon. Ecce ſaluator tu⁹ ve nit. ecce merces eius cũ eo. Ad l'ram. iſtis q̄tuor diebꝫ omni die veniebat xp̄s de bethania in ie// ruſalē ⁊ omnes diſcipuli ſui cuȝ eo. inter quos erat iudas. ⁊ cum iſta die vendidiſſet ieſum. ⁊ ſecũ portaret mercedē. ſ. venditionis p̄cium: idcirco dicebat̄ plebi iu// deorũ. Ecce ſaluator tuus venit ecce merces eius cũ eo. i. iudas mercedē portās. Sed ſalua reue rētia nō videt̄ ꝙ iſta debeāt intel ligi de aduētu xp̄i ad patibuluȝ q2 non dũ erant tincte ſanguine xp̄i veſtes. nec rubrũ factũ indu mentũ eius. q2 nō dũ calcauerat torcular crucis. de quibꝫ in ſeq̄n tibꝫ mentio fit expreſſe. Potius ergo debent exponi de aduentu chriſti in celum. tunc enim mem bra ſua fuerunt tincta ⁊ rubra ꝓ pter ſtigmata paſſionis. vl' d̄ ad// uentu eiuſdem ad iudiciũ. quia tunc etiā apparebit eiſdē ſtigma// tibꝫ inſignitus. ⁊ in vtroq3 iſtoꝝ aduentuũ merces eius. id ē retri butio bonorũ ⁊ maloꝝ fuit ⁊ erit cum eo. His viſis exponēdo de quolibet iſtorum aduentuuȝ: ſic diuidit̄ p̄ſens lectio. Primo enī p̄mittunt̄ quedā denũciationes cũ dicit̄ [Dicite filie ſyon] Se// cundo coniungunt̄ q̄daȝ inter// rogatiōes. ibi [Quis eſt iſte ⁊c̄.] Tertio adiungunt̄ q̄dā explica// tiones. ibi. [Et calcaui eos ⁊c̄.] Quarto ꝯcludunt̄ quedā ꝑmiſ// ſiones. inferius [Miſerationuȝ dn̄i] Quantũ ad p̄mũ dicit eccle ſia [Hec dicit dn̄s] vicȝ angeliſ ſuperioribꝫ. [Dicite filie ſyon] id ē alioꝝ angelorũ multitudini. vel ē ſic [hec dicit dn̄s] ſup. p̄mitiē ec cleſie. i. ſanctis apl'is qui xp̄m ſu erunt ſecuti vſq3 ad montem oli ueti. de quo aſcendit in celũ [Di// cite filie ſyon] id eſt triũphanti ⁊ militanti eccleſie [Ecce ſaluator tuus venit] ſuꝑple in celum. Uel [venit] id eſt veniet ad iudiciuȝ Sic enim veniet quemadmodũ vidiſtis eum euntem in celuȝ ⁊c̄. vt habetur Actuum p̄mo capit. [Ecce merces eius cum eo] id eſt poteſtas retribuendi tam bo// nis q̄3 malis ſm eorum merita de qua mercede dic̄ pater Mat// thei. xx. capi. Uoca operarios et redde illis mercedem. De q̄ ipſe dicit Apocalip̄. vlti. Ecce venio cito. ⁊ merces mea mecum ē. ⁊c̄. [Et opus eius coram illo] .i. ſm

gloſam.poteſtas iudicãdi.quia
pater oĩe iudiciũ dedit filio.et
ptãtem dedit ei iudicium facere
Joh.v.Uel [opus eius coꝛaꝫ il
lo ]id eſt ꝓſtratio diaboli. ſpolia
tio inferni.relaxatio debiti. ⁊ a-
pertio ianue celi. ¶ Quan-
tũ vero ad ſcðm ſubiũgit[Quiſ
eſt iſte qui venit de edom ] Et i-
cipit hic .lxiij.c.Eſaye.Ubi ſciẽ-
dum ꝙ ſancti oĩes exponunt h̃
cõiter de xp̃o aſcẽdente in celum.
et angel' obuiãtibꝫ ei.Angeli eĩ
inferioꝛes.ſic̃ dicit Jerony.ſuꝑ il
lo verbo Epheſio. Mihi autꝫ
ſanctoꝝ minimo ⁊c̃.nõ plene co
gnouerũt a ꝓncipio myſteria in-
carnatiõis dñice ⁊ paſſiõis.⁊ iõ
quaſi ignoꝛãtes ⁊ petẽtes illũi-
nari a ſuꝑioꝛibꝫ:videntes chꝛi-
ſtũ aſcendẽtem ſic victoꝛioſe.cuꝫ
tñ ex ſtigmatibꝫ crucis infirmus
appareret:q̃rebant: dicẽtes.quis
eſt iſte.Dyoniſius aũt dic̃.vij.ca
pi.celeſtis ierarchie.ꝙ nõ ſoluꝫ
angeli inferioꝛes nõ cognouerũt
plene iſta myſteria:donec eis ex
facto innotuit:ſed nec etiã ſuꝑi-
oꝛes.⁊ iõ inferioꝛes petẽtes illu
minari a ſuꝑioꝛibꝫ.⁊ ſuꝑioꝛes a
deo dicebant.Quis eſt iſte.⁊c̃.
Suꝑioꝛes eĩ ⁊ ſi ſciebãt ſubſtã
tiã facti:circũſtantias tñ poterãt
ignoꝛare. Uerꝝ quia dicit Aug.
ſuper Geneſim ad lr̃am. ꝙ ange
li a ꝓncipio creatiõis ſue cogno-
uerunt in verbo omnia que de-
us erat facturus: idcirco põt di-
ci (nõ tñ interimendo que dicta
ſunt) ꝙ angeli nõ fecerunt iſtas
queſtiones ex aliq̃ neſcientia:ſed
ex quadã admiratiõe.Apparebat
eĩ fuiſſe infirmus ꝓpter cicatri-
ces:⁊ tñ victoꝛioſiſſime aſcende
bat.Unde admirãtes dicebant.
Quis eſt iſte.Eodẽqꝫ mõ admi
rantes dicent in die iudicij.quis
eſt iſte.vidẽtes cum venientẽ cũ
magna poteſtate ⁊ maieſtate.et
tñ cum cicatricibꝫ paſſiõis. No
tandũ vero ꝙ hic ponit̃ duplex
angeloꝝ queſtio cũ ſuis reſpon-
ſionibꝫ.Pꝛima eſt de ꝑſone xp̃i
nobilitate[Quis eſt iſte] Secũ
da eſt de habitus q̃litate.ĩfra [q̃
re ergo rubꝛũ ]Circa ꝓmũ ponit̃
ꝓmo queſtio ⁊ interrogatio.Se
cundo ſubdit̃ reſpõſio.ibi[Ego
qui loquoꝛ iuſticiã ]Quo ad pri
mũ ſciendũ ꝙ angeli admirãtes
fuerũt de tribꝫ.ſcꝫ de victoꝛioſo
aduentu.vñ ⁊ dicebant [Quis
eſt iſte ]De ſpecioſo amictu.pꝛo
pter qð addit̃[Jſte foꝛmoſus.]
De virtuoſo inceſſu.⁊ idcirco ſb-
ditur[gradiens in multitudine
⁊c̃.]Circa ꝓmũ nota ꝙ edom in
terpꝛetat̃ terrenꝰ ſiue ſanguineꝰ
ſicut eſau.cuiuſ poſſeſſio fuit ter
ra edom.⁊ ſignificat hũc mũdũ
plenũ cupiditate terrena et ſan-
guine peccatoꝝ.Boſra vero qñqꝫ
eſt nomẽ pꝛopꝛiũ cuiuſdã ciuita
tis q̃ eſt in terra moab.qñqꝫ ẽ no
men appellatiuũ.⁊ idem qð terra
vel vꝛbs munita.⁊ qñqꝫ ſumit̃ ꝓ
ydumea.que eſt terra mõtibꝫ mu
nita.Hoc autem ſi exponatur h̃

de aduentu chriſti in celũ: ſumit
pro ieruſalē que fuit vrbs mur
⁊ turribꝫ munita. vel ꝓ inferno q
fuit terra: cuſtodia demonũ mu-
nita. Si aũt exponat de aduen-
tu xpi ad iudiciũ: ſumet boſra ꝓ
celo. qḋ eſt terra viuentiũ muni-
tiſſima. Dicunt igit āgeli admi-
rantes chriſti aduentũ victorio-
ſiſſimũ [Quis eſt iſte qui vēit].
ſup. in celũ. vel ad iudiciũ [de e
dom] id eſt de mũdo terreno et
ſanguineo [tinctis veſtibꝫ] id ē:
membris rubricatꝭ ſanguine [ḋ
boſra] id eſt de ieruſalē vel de in
ferno vnde aſcendit cũ animabꝫ
ſanctoꝝ in celum. vel de celo vñ
ad iudiciũ veniet. ad qḋ etiã ve
niet [de edom] id eſt de mundo
qꝛ nõ veniret iudicare homines:
niſi qꝛ fuit in mundo iniuſte iu-
dicatus. Sequitur [Iſte formo
ſus in ſtola ſua] id eſt in huma-
nitate ſua. que q̃uis aliqñ fuerit
ſñ ſpē ac decore: qñ tñ aſcēdit ĩ ce
lum fuit formoſiſſima. qꝛ dotibꝫ
glorie inſignita. qñ etiã veniet
ad iudiciũ: equali formoſitate e-
rit ſpecioſa [gradiens] ſupple ĩ
celũ ſiue ad iudiciũ [in mltitu-
dine virtutis ſue] id eſt nullo an
geloꝝ vel hominũ auxilio egēs:
ſed virtute ꝓpria ⁊ omipotenti.
Nemo em̃ aſcendit in celũ. ſup
ple virtute ꝓpria: niſi qui deſcen-
dit de celo ⁊c̃. Joh. iij. Et de ad-
uentu ad iudiciũ dr Luce. xxj. ꝙ
videbunt filiũ homĩs venientẽ
cũ poteſtate magna ¶ De

inde poſt angeloꝝ interrogatio
nē ſubdit chriſti reſponſio [ego]
ſup. ſum [qui loquor iuſticiam]
id eſt qui ptātem habeo ꝓferendi
iudiciũ ⁊ iuſticiã faciendi. Jo. v.
Pater om̃e iudiciũ ḋdit filio ⁊c̃.
Et de iuſticia dicit in pſ̃. Orieṫ
in diebus eius iuſticia ⁊ abũdã-
tia pacis. Et Eſaye. xlv. Et iu-
ſticia oriat ſimul. ſup. cũ ſaluato
re. ḋ q̃ immediate p̄dixerat. Ape-
riat terra ⁊ germinet ſaluatorẽ
[⁊ ꝓpugnator ſum ad ſaluandũ]
id eſt pugnãdo ꝓtegens homĩes
a demonibꝫ. Exodi. xv. Dñs q̃ſi
vir pugnator: omnipotēs nomē
eius. ⁊ ideo ad ſaluandũ Eſa. xix.
Clamabũt a facie tribulãtis. et
ipē ſup. deus mittet eis ꝓpugna
torē ⁊ ſaluatorē qui liberet eos.
Poſtmodũ ponit ſecunda q̃ſtio
[Quare ergo rubrũ ⁊c̃.] que qui
dem queſtio ortũ habuit ex p̄di-
ctꝭ. q̃ſi diceret angeli. ſi tu iuſtici
am loqueris. ⁊ ſaluator es hoĩm
[q̃re ergo rubrũ eſt indumentũ
tuũ] id eſt corpus tuũ plagatũ
et ſanguine rubricatũ [et veſti-
menta tua] id eſt membra corpo
ris tui. ſup. ſunt tincta ſanguĩe.
[quaſi] ſup. hoĩm [calcantiũ in
torculari] Vinũ nãqꝫ in illis ꝑ
tibus rubeũ ē. ⁊ in modum ſan
guinis pãnos tingit [Quare er-
go ru. eſt indumē. tuũ]. Tal' enĩ
habitꝰ nõ videt eſſe hoĩs iuſti: ſꝫ
potiꝰ pctõris ⁊ interfectoris ho-
minũ. Poſtea ſequit xpi reſpon
ſio, cum ſubdit [Torcular ⁊c̃.]

Ad cuius euidentiã ſciendū
ꝙ per torcular crux chriſti intel-
ligit᷑. Sicut enĩ de racemis cal-
catis ⁊ preſſis in torculari vinuꝫ
exꝓmit᷑. ſic de mẽbris dñi (qui ē
ille bonus botrus cypri. de q̃ di-
xit ſponſa Cantic. ij. Botrus cy
pri dilectus meus mihi ⁊c. q̇ fu-
it etiã figurat⁹ per illũ botrũ quē
portauerũt exploratores in ve-
cte. Nume. xiij.) ꝓſſis ⁊ calcatꝭ
paſſionis ac tormentoꝝ prelo ī
ipa cruce cruor roſeus emanauit
Ulterius ſciendũ ꝙ nõ ſoluꝫ in
torculari crucis fuerunt preſſa ⁊
calcata membra dñi: verũ etiam
fuerunt preſſi ⁊ calcati ſimul cũ
membris eiuſdeꝫ demones. qui
tunc amiſerunt mundi domini-
um. ⁊ iudei q̇ tunc amiſerũt tem
plũ ⁊ ſacerdotiũ. Quantũ ad ꝓ-
mã cõpreſſionē. ſ. mẽbroꝝ chriſti
nõ calcauit ipē torcular qui fuit
in eo calcatus: ſed ipm̃ calcauer̃t
demones ⁊ iudei ⁊ milites roma
ni. Unde ſi hec verba exponãtur
de membris chriſti: nõ debet ly
calcaui ſumi actiue: ſed paſſiue.
ſic dicẽte chriſto [Torcular cal-
caui ſolus] id eſt crucem ⁊ cete-
ra paſſionis tormẽta ſuſtinui ſo-
lus] Et bene ſolus. quia ipo reli
cto omnes diſcipuli fugierũt. et
ſi aliq̇ acceſſerũt corꝑe. ſic̃ Petr⁹
qui ſeq̃bat᷑ a longe. ⁊ Johãnes q̇
ſtabat iuxta cruceꝫ. om̃es tamē
fugierũt mẽte ⁊ fide [et de genti
bus] .i. de oĩbꝫ hoĩbꝫ nõ ē vir me
cũ] Et ſignter dic̃ vir. ꝓpter eius
matrē virginē. q̇ ſꝑ fuit cum eo ⁊
mente ⁊ corꝑe. Ipa enĩ ſola tunc
imobilis in fide ꝑmãſit. Quan-
tũ vero ad ſcḋam ꝯpſſionē. ſ. de-
monũ ⁊ iudeoꝝ ly calcaui ſumi-
tur in ſenſu ſuo. ſ. actiue. ſic dicē
te xp̃o [Torcular] .i. crucē quã-
tũ ad demones ⁊ iudeos qui fue
rũt vna mecũ in ipa preſſi ⁊ cal-
cati [calcaui] ſup. ego [ſol⁹] Et
bene ſolus. qꝛ nulla creatura po
tuit in hoc me iuuare. Nõ enĩ eſt
ptãs ſuꝑ terrã q̃ ptãti demonuꝫ
valeat cõpari [Et de gentibꝫ nõ
nõ eſt vir mecum] expone ſic̃ ꝓ-
us. Signanter dicit vir. ⁊ nõ hõ
qꝛ cõiter viri ꝯſueuerũt torcula-
ria calcare. vñ q̃ꝫtũ ad hoc ſolus
xp̃s fuit calcans h̃ torcular. Uñ
ptꝫ ꝙ magis h̃ itelligit᷑ de calca-
tione iudeorũ ⁊ demonum q̃ꝫ de
cõpreſſione mẽbroꝝ xp̃i. ſtati enĩ
ſubditur [Calcaui eos in furo-
re meo] q̃ꝫuis vtraqꝫ calcatio fu
erit ſimul. ¶ Sed ſtatiꝫ ex
hoc orit᷑ q̃ſtio. quõ ſcḋm iſtaꝫ expo
ſitionē: q̃ videt᷑ ꝑncipalior: reſpõ
det xp̃s ad queſtionē angeloꝝ di
centiũ. Quare rubrũ eſt idumē-
tũ tuũ. de iudeis enĩ ac demoni-
bus q̃ꝫuis preſſi fuerũt in cruce:
nõ exiuit ſanguis q̇ poſſet veſtes
ipius rubricare. Ad qḋ dõm ꝙ
ſanguis xp̃i q̇ exiuit de mẽbrꝭ ei⁹
quodãmõ fuit ſanguis iudeorũ
et demonũ ⁊ etiã militũ romão-
rũ. Fuit nãqꝫ ſanguis demonuꝫ
quia fuit effuſus ipoꝝum ſuaſio
ne. et iudeorum. quia fuit effu-
ſus ipſorum iudeoꝝ ꝓcuratio-
ne, ac romanoruꝫ, qꝛ fuit effuſus

ipoꝝ̄ opatione. Vñ ſtatim ſub-
ditur infra [⁊ aſperſus ē ſāguis
corū ]⁊ loquit̃ de ſanguine pro-
prio [ſup veſtimēta mea. ⁊ om-
nia indumēta mea inq̄naui ] Et
ſic ſangnis xp̄i q̇ eo mō quo di-
ctū eſt: fuit ſanguis demonum ⁊
iudeoꝝ veſtimēta eiꝰ. i. membra
rubra fec̄. Poſtmodū tertio ad-
iungunt̃ quedā explicatiōes. Ex
plicant̃ em̄ hic q̄ttuor in reſpon-
ſione xp̄i immediate p̄cedēti im-
plicata. Implicauit nāq̧ xp̄s rñ
dēdo ꝙ iudos ⁊ dēones p̄ſſit ⁊ cal
cauit. Implicauit etiā ꝙ eos cal
cando veſtimēta ſua rubra fecit.
Implicauit vlteriꝰ ꝙ ſic faciēdo
de quibuſdā vlciſcens ex iuſticia
alijs retribuit ex miſericordia.
Implicauit inſup ꝙ ſolus ⁊ ſine
adiutore hec oīa fecit. Quātum
aūt ad explicationē p̄mi dic̄ [cal
caui eos ]ſcʒ demones ⁊ iudeos
calcando torcular crucis [in fu-
rore meo ⁊ calcaui eos ī ira mea ]
Ubi nota ꝙ ira ⁊ furor. ſic̄ ſepe
dictū eſt. nō formal'r cadunt ī de
um. ſʒ qñcunq̧ dicunt̃ de eo: ſu-
munt̃ effectiue. ſ. ꝑ effectu ſue iu-
ſticie. q̇ eſt punitio ⁊ vindicta. vñ
per quandā methaphorā cū de-
us aliquē punit: ẜm modū puni
tiōis dr̄ iraſci vel furere. q̄r ſe ha
bet ad modū irati hoīs vel furē-
tis. Item nota ꝙ furor dicit̃ ira
vehemens ⁊ breuis. Sed ira eſt
eadē paſſio longa vel breuis. nō
tamen cuʒ vehemētia tanta. ⁊ īdo
iuſticia quam chriſtus in cruce
exercuit de demonibꝫ ac iudeis q̄
fuit vehementiſſima propter ve
hementiā doloris: fuit tamē bre-
uis ꝓpter breuitatē tempꝛis: dici
tur hic furor fuiſſe chriſti. ip̄o di
cēte. Calcaui eos in furore meo.
Sed ip̄a executio iuſticie. q̄ du-
rabit in eternū q̄ʒtum ad demo-
nes ⁊ iudeos impenitētes dicit̃
hic ira eius. ip̄o dicente. Calca-
ui eos in ira mea. De iſtis dr̄ de
chriſto in ps̄. Super aſpidē ⁊ ba
ſiliſcū ambulabis ⁊ conculcabis
leonem ⁊ draconē. Quantū vero
ad explicationē ſecūdi addit̃ [Et
aſperſus eſt ſanguis eorū ]. i. ſan
guis meus q̇ eo modo quo dc̄m
eſt: fuit ſanguis eorū [ſup veſti-
mēta mea ]. i. ſuper membra mea
que ſunt veſtimēta anīe ⁊ diuini
tatis [et omnia indumēta mea ]
id eſt membra mea [inquinaui ]
id eſt ſanguine roſeo rubra fieri
permiſi. Uel [īquinaui ] ẜm glo
ſam interlinearē. eorum reputa-
tione. quia viderunt me ſine de-
core ac ſpecie. et reputauerūt me
tanq̄ʒ leproſum a deo percuſſuʒ
et humiliatum. Eſaye. liij. capit.
Quantum autem ad explicatio-
nem tertij ſubditur [ Dies vlti-
onis in corde meo. annus retri-
butionis mee venit ] Ubi notā-
dum eſt ꝙ ipſa diuina diſpoſi-
tio de redemptione hominum
per chriſti paſſionem. et de con-
fuſione demonū ac iudeorum di
citur cor altum. cor profunduʒ.
et ſecretum, ẜm Auguſtinū. expo

nendo illud Pſ. Accedet hõ ad
cor altũ. Q Ulterius nota
ꝙ dies paſſiõis xpi fuit dies vl-
tionis. q̃ztum ad demones et iu
deos ⁊ omnes incredulos ⁊ im-
penitẽtes. de quo dicit [dies vl-
tionis] id eſt dies paſſionis que
ſemꝑ fuit [in corde meo] id ē in
mea ſecreta ⁊ ꝓfunda diſpoſitõe
ſup. venit. Adhuc nota ꝙ illa ea
dem dies q̃ fuit pars triceſimi-
tertij anni xpi: fuit dies retributi
onis. q̃ztuz ad oẽs electos. quia
tunc fuerunt cõfracta tartara. ca
ptiui liberati. ⁊ aperta ianua pa
radiſi. et pro hͦ dic̃ [an. re. meeve
nit] Iſte eſt ann⁹ de quo Eſa. lxj
Annũ placabilẽ dño. Quantuz
aũt ad explicatõem quarti ſubdi
tur [Circũſpexi ⁊ nõ erat auxili-
ator] quaſi di. bene dixi. calcaui
ſolus. quia circũſpexi ⁊c̃. Seq̃r.
[Queſiui ⁊ nõ fuit q̃ adiuuaret]
q̃; vt dicit gloſa. adducit verbũ
ꝓphete. Oẽs amici mei d̃reliquie
runt me. ⁊ noti mei q̃ſi alieni lõ-
ge fugiei ũt a me. Et illud Pſal.
Conſiderabã ad dexterã et vide
bam: ⁊ nõ erat ⁊c̃. Sed q̃d. nõ pe
rij. quia virt⁹ mea ac iuſticia ſuf
ficientiſſime me iuuerũt. Unde
ſubdit [Et ſaluauit mihi brachi
um meũ] id eſt virtus mea om̃i
potẽs ſalutẽ fecit mihi. ⁊ per me
alijs [⁊ indignatio mea] id ē iu-
ſticia mea [ipa] ſuppl̃. meritorie
[auxiliata eſt mihi] ⁊ [iõ cõcul-
caui ꝓplos] id eſt iudeos ⁊ demo
nes [in furore meo] Expone vt
prius [⁊ inebriaui eos indigna
tione mea] id eſt ſm glo. afflicti-
one ⁊ miſia repleui eos. ſic̃ ebrij
ſunt pleni vino [⁊ detraxi v̾tu-
tem eoꝝ in terrã] .i. annihilaui
eam. ſm glo. vel ſaltẽ multuz de-
bilitaui eã. ⁊ feci eam q̃ſi virtutẽ
terrenã. Conſeq̃nter in illa par-
te [Miſerationũ dñi] ↄcludun
tur quarto q̃dã ꝓmiſſiões. Pro
pheta em̃ deſcripta ſũma chriſti
miſericordia quã oſtendit ĩ paſ-
ſione humano generi: ipe q̃ locu
tus fuerat in ꝑſona xpi: iam mu
tat ꝑſonã. ⁊ loquiř in ꝑſona ge-
neris hũani: ꝓmittẽs deo ꝓ tãtis
beneficijs. tam qꝫ glorioſa hoſti-
um victoria iugẽ recordationem
iugẽqꝫ laudationẽ dicẽs [Miſe
rationũ dñi recordabor] ſup. q̃s
oſtendit in hoĩm redẽptione. q̃a
in pſ̃ dr̃. Apd dñm miſericordia
⁊ copioſa apud eum redemptio
[laudem dñi] ſup. iugiter canta-
bo ⁊ p̃dicabo. Benedicam nãqꝫ
dñm in omni tꝑe. ⁊c̃. q̃ iuſt⁹ do
minus ĩ omnibꝫ verbis ſuis. ⁊c̃.
pſ̃. [Laudẽ] dico cantabo ⁊ pre
dicabo. [ſuꝑ omnibꝫ] ſup. boniſ
[que reddidit nobis dñs de⁹ no-
ſter] Reddidit dico. nõ quia de-
bita: ſed quia promiſſa. Quorũ
ꝓmiſſorum nos participes effi-
ciat dñs deus noſter. Amen.

Feria. 4. poſt Palmaꝝ. ſcd̃s.

In diebus
illis dixit Eſayas. Do

mine quis credidit auditui nr̃o. Eſaye.liij. R Poſt lectiōez ꝑexpoſitam dicto graduali legit iſta die eiuſdē ꝓphete alia lectio q̄ q̄uis primo ponat in libro Eſaye q̄ ꝑexpoſita. poſterius tñ legit ipam eccl'ia. q2 pfectius ꝛ expreſſius deſcribit dñi paſſionem Q3 autē iſta lectio ſit ad litteraz de dño Jeſu xp̄o abſq3 aliq̄ allegoria: oſtendit euidēter philipp9 diacon9. qui eunucho ſedenti ſuper currū. ꝛ legenti Eſayā ꝓphetam: ab iſta ſcriptura incipiens euāgeliſauit illi Jeſum xp̄m Actuū. viij. Locus eñ ſcripture quez eunuchus legebat: erat illud qd infra in hac ead cōtinet lectione. Sicut ouis ad victimā ducetur ꝛc. vſq3 ibi. de terra viuentium. Qui cū a Philippo quereret de quo ꝓpheta diceret iſta. de ſe an de aliq̄ alio. euidēter īnuit ei philipp9: ꝙ hec dicebat ad lr̃am de xp̄o. vñ inter oēs lectiōes veteris teſtamēti hec euidenti9 ſcribit ordinē dñice paſſiōis. Diuidit ſic pñs lcō. Pr̄o ei ꝓpha tāgit arduitatē myſterij. Scd̄o ꝓſequitur ordinem negocij. Jbi. Ecce aſcendet Arduū eniz eſt dñice paſſionis miſteriū. Quod patet ex duobꝫ. Primo. ſ. q2 pauci ſunt qui credant his q̄ de iſto myſterio audiunt. Vñ dicit propheta. Dñe quis credidit auditui noſtro Secūdo q2 pauci ſūt qui videant ꝛ ꝓſpiciant ea que d tanto myſterio debent credi: vnde addit Et brachiū dñi cui reuelatū eſt Quantū aūt ad p̄mum dicit ꝓpheta: ꝓmittente eccl'ia In diebꝫ illis ſcꝫ cū ꝓphetaret Eſayas. vel quādo Merodach baladan filius baladā miſerat libros ꝛ munera ad Ezechiā. dixit Eſayas ꝓpheta. euidenti9 texens euāgeliū q̄ ꝓphetiaz iuxta Jerony. Domīe qs credidit auditui noſtro id eſt his que audiumus. et que audiunt a nobis de miſterijs xp̄i. Loquit in pſona omniū ꝓphetaꝝ. q. d. pauci. q2 ꝛ ſi multi audiant auribꝫ corporis. pauci tñ audiunt auribꝫ cordis. de q̄ auditu ait ſaluator Luce. xj. Qui habet aures audiēdi audiat. primus eñ auditus ſine ſecūdo nō ſufficit ad verā credulitatē. Jſtō verbū adducit ap'ls Roman. x. ꝯcludens ex hoc. q̄ fides ex auditu. Quantū vero ad ſecundū addit ꝛ brachiū dñi id eſt chriſt9 eterni patris filius cui reuelatū eſt. qua. di. paucis. Eſt enim chriſtus dei patris brachiuz. q2 ipe virtus eſt per quā facta ſunt oīa. Johan. j. per quē etiā portantur omnia. Hebreorum. j. c. Portans omnia verbo virtutis ſue. ait Paul9. Jpſe quidem eſt brachium flagellans demones. in pſalmo. Jn brachio ꝟtutis tue: diſperſiſti inimicos tuos. Suſtinens debiles. Eſaye. xl. ca. Jn brachio ſuo leuabit agnos. Protegens humiles. Sapientie. v. c. Dextera ſua teget eos ꝛ brachio

ſancto ſuo defendet illos. Con/
fringens rebelles. vnde ait ma/
ter ſua Luce. j. Fecit potentiã in
brachio ſuo. diſperſit ſupbos mẽ
te cordis ſui. Iſtud autez brachi
um paucis reuelatũ fuit. ergo ar
dua ſunt myſteria chriſti. q2 pau
cis fuerunt reuelata. Eccleſia. j.
Radix ſapientie cui reuelata eſt.
Et a paucis ſunt vera fide credi
ta S Conſequẽter ibi [Ec
ce aſcendet corã eo] incipit proſe
qui ordinez negocij. Et fac̃ duo.
Primo ponit quandã ſil'itudi/
nem. Secundo ſubiungit ſil'itu/
dinis expoſitõez. ibi [Non eſt ei
ſpecies] Ponit autem ſuam me
thaphorã ſeu ſimilitudinẽ q̃ztuz
ad duo que fuerunt in chriſto. ſ.
quantum ad exaltationẽ in aſcen
ſu virgulti. ⁊ quantum ad humi
liationẽ in aſcenſu radicis. Hec
duo tangit apoſtolus Philip. ij
ſcilz humiliationem que fuit me
ritũ. dicens. humiliauit ſemetip
ſum ⁊c̃. ⁊ exaltatõnem que fuit p̃
mium. dicens. ꝓpter quod et de/
us exaltauit illum. ⁊c̃. Hic autẽ
premittit ſimilitudinem quãtuz
ad exaltationem. quia fuit illa
prima intentõne tanq̃z finis et p̃
mium. In exponendo vero ſimi
litudinẽ. ſicut videbit̃ premittit
humiliationem. quia illa fuit p̃/
ma in executiõe tanq̃z via ad me
ritum. Dicit autez ꝓpheta d̃ xp̃o
[Ecce aſcendet coram eo] ſcilicz
deo patre [Aſcẽdet] dico de ma/
tre naſcendo. cũ tamẽ alij naſcen
do deſcendant. de morte reſurgẽ
do. in celum aſcendẽdo. ⁊ vera fi/
de mundũ implendo [Et aſcen
det ſicut virgultum] quod ſup.
in altum creſcit. ⁊ in latum mul
tiplicatur. De hoc Eſaye. xj. E/
gredier̃ virga de radice Ieſſe ⁊c̃.
Hic vero nõ dicit̃ virga: ſed vir
gultum. Virgultũ em̃ multas v̄
gulas ⁊ multas arbores cõtinet.
Et chriſtus habuit omnes gra/
tias. ⁊ om̃es virtutes. ⁊ creuit q̃z
plurimũ in populis ad fidez cõ/
uerſis. Hec igitur ẽ ſimilitudo
quantũ ad chriſti exaltationem.
Sequit̃ q̃ztum ad chriſti humi/
liationẽ. ⁊ ſup. [aſcendet coram
eo ſicut radix] que ſup. aſcendit.
[de terra ſitienti] Ubi notãduz
q radix arboris que naſcitur vl'
que ſurgit de terra ſicca ⁊ que ſi/
tit humorẽ: p̃mo q̇dem eſt abſcõ
ſa. ſecundo etſi videat̃: appet ſic
ca indecora ⁊ tortuoſa. ⁊ tñ ſur/
git ex ea tota arboris altitudo ⁊
làtitudo. tota quidem pulcritu/
do q̃ztum ad folia ⁊ flores. et to/
ta fructuũ plenitudo. Sic ⁊ chri
ſtus qui fuit ort⁹ de terra ſicca. i.
de matre virgine. ⁊ ſine hũano ſe
mine. fuit q̇dez abſcõſus tãq̃z ra
dix ſub aſſumpta infirmitate et
inflicta penalitate. maxie tempe
paſſionis. Tũc em̃ fuit q̃z maxie
d̃s abſcõdit⁹. Eſaye. xlv. Et Ab
acuch. iij. Ibi. i. in cruce abſcon
dita eſt fortitudo ei⁹. Tũc etiam
corp⁹ eius fuit ſiccũ: q2 om̃is hu
mor eius exiuit vel ſudando vel

plorando vel ſanguinē funden/
do. Tūc inſup apparuit indeco/
rus ꝛ deſpectus. Habuit nanqꝫ
ceruicē hiſpidaꝫ ꝓpter ſpinas. fa
ciem tumidā ꝛ pollutā propter
ſputa ꝛ lacrimas. carnem liuidā
ꝓpter flagella. colaphos ꝛ alapas
totāqꝫ corpis fabricam ſanguīe
coopertam. Fuit nihilominꝰ tūc
corpus ſuum ſicut radix propter
extenſionē contortū. ꝛ capite in/
clinato ꝛ in duobꝫ clauis pedēs
quaſi arcum faciebat. Ecce ergo ra/
dix noſtra abſconſa. ſicca. deſpe/
cta ꝛ contorta. de qua dicit̃ Eſa/
ye. xj. Radix ieſſe qui ſtat ī ſignū
populoꝝ ꝛc̄. Sed quid. ſicut de
radice quātumcūqꝫ ſit ī terra ſic
ca: ſurgit arbor alta lata. pulcra
fructifera. ſic de chriſto quātum
cunqꝫ fuit abſcōſus ꝛc̄. tota ſur/
rexit arbor ſ ecclesie altitudo ſup
alias ſectas. tota latitudo vſqꝫ ad
fines terre. tota pulcritudo me/
ritoꝝ. ꝛ tota plenitudo fructuū.
id eſt p̄mioꝝ. Hec eſt ſentētia be
ati Auguſtini in quodā ſermōe.
quē legit eccl'ia feria tertia huius
ebdomade. qui incipit. De dn̄o
et ſaluatore nr̄o. Hic igit̃ eſt [ra
dix] aſcendens [de terra ſitiēti]
id ē de iudeoꝝ ſynagoga. q̄ erat
tunc ſine humore gratie. ꝛ tem/
poralia ſitiebat. vel de mr̄e virgi
ne. q̄ ꝯcepit ſine hūano ſemine. ꝛ
ſitiebat humorē diuinū. ſ. ſpūſſā
cti ꝟtutē. Hec eſt radix q̄ dicit d̄
ſeipa Apoc. vlti. Ego ſum radix
ꝛ genus dauid. q̄ q̇dem totā por

tat eccl'iaꝫ Roma. xj. Nō tu radi
cem portas: ſed ip̄a te portat.

¶ Poſtmodū ꝯſeq̄nter ibi.
[Non eſt ei ſpecies ꝛc̄. exponit p̄
dictā metaphorā ſeu ſimilitudi
nē. Et primo exponit eam q̄ntu ꝫ
ad chriſti humiliationē. Secun
do quantū ad chriſti exaltatiōeꝫ.
ibi. [De anguſtia ꝛ.] Circa p̄mū
facit duo. Prīo em̄ deſcribit xp̄i
humilitatem. Scd̄o ſubdit chri
ſti benignitatē. ibi. [Oblatus ē]
Adhuc ī p̄ma parte tria fac̄. Nā
p̄mo deſcribit humilitatē iudi/
candi. Secundo humiliati con
temptū. ibi. [ꝛ quaſi abſcōditꝰ]
Tertio humiliatōis fructū. Ibi
[Ip̄e autem vulneratꝰ eſt] Iteꝫ
circa p̄mū notant̃ duo. Prīo em̄
deſcribit humilitatē q̄ꝫtū ad ab/
ſconſionē maieſtatꝭ. Scd̄o q̄ꝫtuꝫ
ad oſtēſionē īfirmitatis. ibi. [Et
deſiderauimꝰ eū] Propter p̄mū
dicit. ſic ſe ꝯtinuans [Aſcendꝫ]
inquā xp̄s ſic̄ [radix] ſup. abſcō
ſa ꝛ indecora. quia. ſ. [nō ē ei ſpe/
cies neqꝫ decor] id eſt nō erit tp̄e
paſſiōis. Loquit̃ em̄ de re futura
tanq̄ꝫ de p̄ſenti ꝓpter claritateꝫ et
certitudinē ꝓphetie. Species di
cit elegantiā ꝛ debitā cōmenſura
tōnē mēbroꝝ. quā n̄ habuit chri
ſtus in cruce ꝓpter nimiā extenſi
onē. Decor dicit conuenientiam
coloris ꝛ aliorum adiacentium.
quam nō habuit chriſtus in cru
ce propter doloreꝫ nimiū ꝛ igno
miniam paſſionis. Habebat ſi/
quidē chriſtus ſpecieꝫ. qꝛ ſpecio

ſuꝫ forma pre filijs hoĩm. i pſ. habebat etiã decorẽ. Cantic. primo dicit ſpõſa. Ecce tu pulcher es dilecte mi ⁊ decorus. ſed hec oĩa in cruce latuerũt [et vidimꝰ eum] ſup. oculis mẽtalibꝫ ꝑ tpe paſſionis. Loquiẗ in ꝑſona omniũ prophetarũ [⁊ nõ erat aſpectus] ſup. magnificuſ. ſic diciẗ ꝙ ſpecies ꝑami digna eſt imperio. Magna ḡ chriſti humilitas q̃ in cruce ſuã abſcõdit maieſtateꝫ. Magna etiã q2 oſtẽdit nob̃ ſuaꝫ infirmitatẽ. Vñ ſubdiẗ [Et deſiderauimꝰ] ſup. nos ꝓphe ⁊ ſancti pr̃es. id eſt cũ magno deſiderio expectauimꝰ eũ. Juxta illud Aggei. ij. Ueniet deſideratꝰ cunctis gẽtibꝫ. Jpe eñ eſt deſideriũ colliũ eternorũ. Geñ. xlix. [Deſiderauimꝰ] quidẽ tanq̃ꝫ aliquem magnũ in dignitate. in ꝓſperitate. ⁊ in poteſtate. Sꝫ q̇d. ꝯtra dignitatẽ [vidimꝰ eũ] ſup. oculis cordiſ nos oẽs ꝓphe ꝑ tpe paſſiõiſ [deſpectũ] ſup a iudeis. i. ingloriũ [⁊ nouiſſimũ virorũ] id ẽ q̃ſi viliſſimum. ꝓpter genus mortis Sap. ij. Morte turpiſſima condẽnemꝰ eum. Contra ꝓſperitatẽ [vidimꝰ eũ] ſup [virũ dolorũ] id ẽ doloribꝫ plenũ. Treñ. j. O vos oẽs ⁊c̃. Et in pſ. dic̃ ipe. Defecit in dolore vita mea. Cõtra ptãtem aũt [vidimꝰ eũ] ſupple [ſcientẽ infirmitatẽ. Sciẽtẽ] quidẽ nõ ſpeculatiue: ſed etiaꝫ ꝑ experientiã. ij. ad Corinth. vltio d; de chriſto. ꝙ crucifixus eſt ex infirmtate. viuit aũt ex virtute dei. V Deiñ deſcribit hũiliati contẽptũ. ibi [Et quaſi abſcõditus] Et hoc q̃ꝫtum ad duo. vicꝫ q̃ꝫtum ad ſubtractõem reuerentie. ⁊ q̃ꝫtum ad irrogationẽ ꝯtumelie. ibi [Vere languores no] Quantũ ad ꝑmuꝫ dicit. ſic ſe cõtinuãs [Uidimꝰ] inquã talem ⁊ talẽ vt dictũ eſt [Et quaſi abſcõditus vultus eiꝰ] nõ ſolũ ſupple vultus diuinitatiſ: ſꝫ etiã vultus humanitatiſ. Et nota ꝙ ly quaſi nõ eſt nota ſilitudinis: ſed nota expꝛ̃ſſiõis. q2 vere fuit abſconditꝰ vultꝰ eius ⁊ deſpectꝰ [vñ nec reputauimꝰ eũ] id eſt honorẽ debitũ nõ impẽdimꝰ ei. de quo Malachie. j. ꝯq̃riẗ ipe. dicẽs. Si ego pater ſum vbi eſt honor meꝰ. Et Eſaye. j. Cognouit bos poſſeſ. ſuũ. ⁊ azinus ꝑſepe dñi ſui. iſrael aũt nõ cognouit me. ⁊ populꝰ meꝰ nõ intellexit. vñ [nec reputauimꝰ eum] ſcꝫ ipm dei filiũ credendo. Et nota ꝙ nõ loquiẗ propheta in ꝑſona ꝓphetarum q̇ etiam ſub infirmitate carnis et ig̃nominia paſſionis crediderũt ipſũ futurum verum deum. ſed loquitur vel in ꝑſona aploꝝ vel mltorum aliorũ qui tempe paſſiõis fuerunt increduli ⁊ poſtea crediderunt. vt dicit gloſa. Ergo magnus contemptus chriſti: cui debita reuerentia non fuit impenſa. Sed adhuc maior. quia grãdis contumelia fuit ei in mentibꝰ hoĩm irrogata. q2 fuit reputa

tus peccator. ꝛ ꝓ peccatis ſuis a deo ꝑcuſſus. cum tñ tota paſſio ſua fuerit ꝓ peccatis noſtris. vñ adiungit [ Uere languores noſtros ipe tulit ꝛ dolores nr̄os ipſe portauit ] id eſt pctā nr̄a ipe ſuſtinuit. ſup. in pena. vel [ tulit ]. i. ſuſtulit. q̄ dicunt languores i p̄ſenti. ꝓpter ꝯcupiām ꝛ pronitatē caſus de vno in aliud. de quo dr Eſaie. j. Omne caput languidū ꝛc̄. vſqꝫ ibi. ſanitas. Sed dicunt dolores in futuro. ꝓpter penā ꝑpetuā ſenſibilē quā merent. de q̄bus in pſ̄. dicit ꝓpheta in ꝑſona damnati. Dolores inferni circūdederunt me. Uel ſic [ Uere ] id eſt ſicut verus hō. nō apparenter ſicut hō fantaſticus [ languores ] id eſt famē. ſitim. laborem. ꝛ fatigationē tulit. id eſt ſuſtulit [ ꝛ dolores noſtros ] id eſt triſticiam ꝛ penā ſenſibilē ipe portauit. ſup. in paſſione. Iſtis verbis ſm primā expoſitōem alludit btūs Petrus dicēs. Pctā noſtra ipe pertulit in corpe ſuo ſup lignū. prima Petri. ij. Sequit. [ Et nos reputauim⁹ eū quaſi leproſum ] Loquit in ꝑſona coꝝ de quibus ſupra. [ Leproſum ] dico. id eſt immundū ꝛ pctōrem. ꝛ idō ſup. [ ꝑcuſſū a deo ] qꝫtū ad penam [ ꝛ humiliatū ] qꝫtū ad ignominiaꝫ ſic dicit peccatori Iob. xxij. Propter maliciā tuā arguet te deus. ꝛ veniet tecū ad iudiciū. Ita cogitauerūt ꝛ dixerūt de chriſto

X Conſeqnter ponit humiliationis fructū. ibi [ Ipe autem vulnerat⁹ eſt ] Et vide ꝙ p̄mo aſſignat rōnem mouentē. Secūdo vtilitatem ꝯſequentē. ibi [ Diſciplina pacis ] Tertio neceſſitatē incumbentē. ibi [ Omēs nos quaſi oues ꝛc̄. ] Quantū autem ad primū dicit. ſic ſe ꝯtinuans. Nos inquā putauimus euꝫ ꝛc̄. ſꝫ nō fuit ita. vicꝫ ꝑcuſſus ꝓ peccatis ſuis: ſed potius pro noſtris Uñ ipe dicit [ Uulnerat⁹ eſt ]. ſ. ſpinis clauis ꝛ lancea [ ꝓpter iniquitates nr̄as ] ſup. tollendas. [ attritus eſt ] ſup. flagellis ꝛ alapis [ ꝓpter ſcelera noſtra ] ſup. purganda. Treñ. iiij. Spūs oris noſtri xp̄s dominus captus eſt i peccatis noſtris. id eſt ꝓpter peccata noſtra. Ul' ſic. reddēdo ſingula ſingulis. ꝙ dicit vulnerat⁹ qꝫtum ad hoc ꝙ dixerat ꝑcuſſū. et attritus quantū ad hoc ꝙ dixerat humiliatū. Hec aūt fuit cā mouens paſſionis xp̄i. ſ. ablatio peccatoꝝ noſtrorū. Quantū vero ad ſecūdū addit [ Diſciplina ] vbi aſſignat vtilitatē conſequentē mortē chriſti quantū ad duo. ſcilꝫ qꝫtum ad recōciliationē pacis. ꝛ qꝫtū ad reſtitutōꝫ ꝑdite ſanitatis. Pro p̄mo dicit [ Diſciplina pacis noſtre ſup eum ] id eſt pena iuſta ꝛ ſatiſfactio. quam deus pater exigebat ꝓ reformatione pacis inter nos ꝛ ipm ꝑ quē (vt dicit aplus Roma. v.) acceſſum habemus ad deū [ ſup eū ] dico. i. xp̄m. Ipe em̄ voluit ſuper

ſuo corpe iſtam accipe diſciplinā
pter quod dicit idē aplꝰs ibidez.
Cū inimici eſſemus reconciliati
ſumus p mortē filij eiꝰ. Ipe eniz
eſt par noſtra Ephe.ij. Pro ſcdo
addit.ꝛ liuore eius.ſup. quē eiꝰ
caro ex flagellis habuit:ſanati ſu
mus. Nam ipe eſt ille de quo p-
pheta in ps̄. Qui pꝑiciat omibꝫ
iniqtatibꝫ tuis:q ſanat omes in-
firmitates tuas. Hoc verbū ad-
ducit btūs Petrus.j.ſue canoni
ce.ij.ca. Iſta igit fuit duplex vti-
litas conſeqns mortē xpi.ſcꝫ re-
formatio pacis ꝛ reſtitutio ſani-
tatis. ¶ Poſtmodū quantū
ad tertiū ſubdit.ſic ſe ꝯtinuans.
Uulneratus inquā fuit xp̄s. at-
tritꝰ.diſciplinatus.ꝛ factus liui
dus pter infirmitates nr̄as cu
randas.omes em̄ eramꝰ īfirmi.
ꝛ nullꝰ alius ſufficiēs remediuz
poterat adhibere. Unde ſequit.
[ Omnes nos ]ſupple.nullo exce
pto [ errauimꝰ ] in ps̄. dic vnuſ
quiſqꝫ. Erraui ſic ouis q perijt.
Et pma Petri.ij.dr omibꝫ. E-
ratis aliqn̄ ſicut oues errantes.
vnuſquiſqꝫ declinauit in viā ſuā
ſup.prauā.q ducit ad infernum
De qua qdem declinatiōe dr in
Ps̄. Oēs declinauerūt ſil' inuti
les facti ſunt ꝛc. ] Et dn̄s ] ſcilꝫ
deus trinitas vt ſup. infirmita-
tes ſanarent ꝛ errātes reduceren
tur ]poſuit[ id eſt poni voluit [ i
eo ].i.in eiꝰ corpe [ iniqtates oim
nr̄m ]id ē penā ſatiſfactoriā pro
omnibꝫ pctis nr̄is. Cōſequēter

deſcripta xp̄i humilitate. que qꝫ
maxime in paſſione apparuit. h
deſcribit eius benignitatē dicēs.
Oblatus eſt.ꝛc. Et pmo tangit
ipius māſuetudinē. Scdo addu
cit ad hoc qndā ſil'itudinem .ibi
[ Sicut ouis ] Deſcribit aūt xp̄i
māſuetudinē qꝫtū ad duo. vide-
licꝫ qꝫtum ad ſui oblationē volū
tariā.ꝛ qꝫtum ad ipius ſingula-
rem patiam. Unde p pmo dicit
[ Oblatꝰ eſt ]ſup.ad mortez [ qa
ipe voluit ]pter qđ ipe in ps̄.di
cit patri. Uolūtarie ſacrificabo
tibi. Et apl'us de xp̄o dic Epheſ.
v.c.ꝙ tradidit ſemetipm p nob
in oblationem. Patet aūt ꝙ vo-
lūtarie ſe obtulit.q2 qrentibꝫ ip-
ſum ſe exhibuit.dicēs. Ego ſum
Joh.xviij. Et pro ſecūdo addit.
[ Et nō aperuit os ſuū ]ſup.con-
tendēs aut ꝯtradicēs. Nam [ ſic
ouis ad occiſionē ducet ]que nō
clamat [ et ſicut agnus corā ton-
dente ſe obmuteſcet ] Nam corā
herode nihil reſpōdit. Deiñ ad-
ducit ad hoc ſuā ſil'itudinē.ſic ſe
continuans. Bene dico [ nō ape
ruit os ſuum ] Nā [ ſic ouis ad
occiſionē ducet ] vt.ſ. Iſtud v-
bū legebat eunuchꝰ cū quibuſdā
ſequētibꝫ que oſtēdit ei philippꝰ
de chriſto fuiſſe dicta ad litterā.
Actuū.viij. ¶ Sequit ſecū-
da pars pncipal'.vbi expoſita p-
ma ſil'itudine qꝫtuz ad xp̄i hum i
liationē:hic exponit eandē quan
tū ad xp̄i exaltationē. Quā qdez
deſcribit qꝫtū ad qtuor. Primo

ꝗ̃tū ad periculoꝝ euaſionē. dicēs [De anguſtia ⁊c̄] Scḋo ꝗ̃tū ad inimicorum vltōnē. ibi. [Et da-bit] Tertio ꝗ̃tum ad hominuꝫ iuſtificationē. ibi. [Si poſuerit pro peccato. Quarto ꝗ̃tū ad re belliū ſubiectionē. ibi. [Et diſp tiam. Circa primū p̄mo ponit premiū. Secūdo tāgit meritum vicꝫ xp̄i paſſionē. nihilominꝰ ta-men ad maiorē ꝯfirmationē tan git hic breuiter poſt q̄ólibet iſto-rū meritū ideꝫ. Premiū ḡ quod aſſecutus fuit xp̄s ꝓpter humili-tatē paſſionis fuit pfecta ſui libe ratio ⁊ oīs periculi euaſio. quod adeptus fuit in reſurrectiōe. vn de dic̄ [de anguſtia] ſup. paſſio-nis [et de iudicio] ſup. iniuſtiſſi mo quo ab hoīb9 iudicatꝰ ē [ſub latus eſt] id ē p reſurrectionē li-beratꝰ eſt. iuxta illud Prouerb. xj. Juſtus de anguſtia liberatuſ eſt. Deinde poſito p̄mio q̄ḋ fuit e ius liberatio: tāgit meritū q̄ḋ fu it eius paſſio. Ut aūt ex ꝯditiōe perſone patiētis penſetur meri-tuꝫ paſſiōis idcirco hic tria facit Nā p̄mo tangit pſone nobilita-tē. Scḋo illā penalitatē. Tertio adducit ꝗ̃tum ad h̄ dei p̄ris vo luntatē. Propter p̄mū dicit [Ge neratōem eiꝰ] ſup. eternā q̄ de pa tre ſine matre. vel tp̄alē q̄ de ma-tre ſine p̄re genitꝰ eſt [q̄s enarra bit] q. d. nullꝰ naturali rōne. ꝗ̃ uis aliq̄liter diuina inſpiratiōe. Ecci. xliij. Quis videbit euꝫ ⁊ e-narrabit. Propter ſcḋm addit. [q2 abſciſus eſt de terra viuen-tiū] q. d. ꝗ̃tūcūqꝫ xp̄s nobilˀ fue rit ⁊ h̄ ꝗ̃tū ad originē inenarra-bilē: tn̄ detulerūt ei iudei. [q2 ab ſciſus ē] ſup. ab eis p mortē [de terra viuētiū] i. de h̄ mūdo. vbi ē terra viuentiū ſilˀ ⁊ morietium. Infernꝰ aūt eſt terra ſolū mortu orū. Celū eſt terra ſolū viuorum Sꝫ q̄d. Nūq̄d h̄ placuit deo p̄ri Certe ſic. Quāuis eñ actio iu-deorū ſibi grata nō fuerit. q2 ma la. paſſio tn̄ xp̄i fuit ei ſūme gra-ta ⁊ ſūme accepta. iuxta illud q̄ḋ dicit ꝓſus. Actio mala fuit. paſ-ſio gr̄a fuit. Uñ ꝓpter tertiū ad-dit ꝓpheta v̄bū dei p̄ris dicentis [Propter ſcelꝰ] i. pctm̄ ſupple tollendū [populi mei] i. generis hūani [pcuſſi eū] i. pcuti pmiſi ꝗ̃tū ad pcutiētes. Sꝫ ꝗ̃tum ad xp̄m pcuſſū [pcuſſi eū] i. percu-ti volui ⁊ acceptaui. iuxta illud Zacha. xiij. Percutiā paſtorē ⁊c̄.

A Poſtmodū poſito p̄mio xp̄i p̄mio q̄ḋ fuit plēa eiꝰ libatio tāgit ſcḋm ibi [Et dabit] q̄ḋ q̄-dē fuit de inimicis vīdicatio. Et p̄mo tāgit ip̄m p̄miū. Scḋo me ritū. ibi [eo q iniq̄tatē] Quātuꝫ ad p̄mū ſic ſe ꝯtinuās dic̄. pfecte dico libatꝰ fuit xp̄s ī reſurrectōe Sꝫ q̄d erit ò pſeq̄ntib9 ip̄ꝫ. ecce. [Jt da. ip̄i. i. iudeos. ſ. ī manꝰ ro-manoꝝ vt ip̄os cuſtodiāt ⁊ capti uos teneāt [p ſeplˀra] ſ. ſua. q2 ip ſū ī ſeplˀcro cuſtodiri fecerūt. mat xxvij. [⁊ diui.] i. iudos diuitijs ābūdātes. lˀ de lege lˀ ꝓphis glˀiātes. ſm glˀ. dabit. ſ. ī manꝰ rōa. vt eos bōis ſpoliēt ⁊ q. nudos affligāt ⁊ h̄

totum [ pro morte ſua ] id eſt qꝛ
ipm̄ nudum ⁊ ſpoliatū mori fe-
cerunt. Conſequenter tāgit hu-
ius premij meritū q̄ztuz ad duo.
ſcꝫ q̄ztum ad innocentiā. ⁊ q̄ztuz
ad mortis acceptā obedientiaꝫ.
Pro ꝑmo dicit [ Dabit ] inquā
xp̄s [ impios ] ⁊c̄. Et certe meri-
to [ eo ꝙ ] ſup. in vita ſua iniqui
tatē nō fecerit ] q̄ztum ad pecca-
tū operis [ neqꝫ dolus inuentus
fuerit in ore eius ] q̄ztuz ad pec-
catū oris. Ecce vita xp̄i plena in
nocētia. Hec verba adducit pe-
trus ꝑme ſue canonice. ij. c. dicēs
Qui peccatū nō fecit. neqꝫ inuē-
tus eſt dolus in ore eius. q̄ſi di-
ceret. q̄zuis xp̄s fuit in vita ſua i-
nocentiſſimꝰ. ⁊ ſup. tn̄ nō obſtan
te ſua innocentia [ dominus ] .ſ.
pater [ voluit eū conterere ] ſup.
per mortē ⁊ paſſionis anguſtiam
[ in infirmitate ] ſup. carnis aſſū
pte. Nota ꝙ per ꝯꝑationem ad
pctm̄ iudeorū ⁊ militū xp̄m cru
cifigentiū pater voluit xp̄m con
terere ſolū ꝑmiſſiue ⁊ voluntate
ſigni. ſed ꝑ ꝯꝑationē ad redēptio
nē nr̄am inde ſubſecutā: pr̄ vo-
luit eū cōterere approbatiue ⁊ ac
ceptatiue ⁊ volūtate bn̄placiti. ⁊
quod pr̄ voluit: ⁊ xp̄s voluit. q̇a
vſqꝫ ad mortē obediens fuit. di-
cebat eīm̄ patri ſuo. Nō mea ſed
tua volūtas fiat Math. xxvj. c.
Hic ergo tangit̄ mortis obediē-
tia. Sequit̄. [ Si poſuerit ] Ubi
poſito primo ⁊ ſecūdo xp̄i ꝑmio
ponit̄ ibi tertiū. quod eſt homi-
nū iuſtificatio. Et ponit ſimul p̄
miū ⁊ meritū. Meritū ſcilꝫ du-
plex. ſcꝫ mortis dolorē. ⁊ doctrīe
laborē Et premiū etiā duplex. ſ.
hoīm regnationē. ⁊ oīs intēti ſui
aſſecutionē. Dicit ergo [ Si po-
ſuerit ] ſup. xp̄s pro peccato ſup
ple noſtro tollendo aīam ſuaꝫ.
id eſt vitā ſuā aīalē. ſup. ad mor
tē. Et expone ſi ꝑ qꝛ. i. qꝛ ponet.
ꝑma Joh. iij. In hoc cognouimꝰ
charitatē dei. quoniā ille pro no-
bis aīam ſuā poſuit. Et hec eſt
charitas maior q̄ pro ꝓximo poſ
ſit oſtendi. Johan. xv. Maioreꝫ
hac charitatē nemo habet ⁊c̄. Ec
ce igit̄ meritū. Sequit̄. [ Uide-
bit ſemen longeuum ] id eſt vſqꝫ
ad finē mundi filios ſpūales ſi-
bi regnari. ⁊ hoc ſup. virtute ſue
mortis Joh. xij. Niſi granū fru
menti cadens in terrā mortuum
fuerit: ipm̄ ſolū manet. Si autē
mortuū fuerit: multū fructuꝫ af-
fert. De hoc ſemine longeuo di-
cit̄ in pſ̄. Et ſemen meū ſeruiet
ipī. id eſt patri. ſequit̄. Annunci
abit̄ dn̄o generatio vētura: ⁊ an-
nunciabunt celi iuſticiā eius. id
eſt apoſtoli populo q̇ naſcet̄. ⁊c̄.
[ et voluntas domini ] id eſt dei
patris ſup ſanctificatione hoīm
de qua apoſtolus ꝑma Theſſal̄.
iiij. Hec eſt eīm̄ volūtas dei ſan-
ctificatio veſtra [ in manu eius ]
id eſt in opere chriſti [ dirigetur ]
id eſt totaliter implebit̄. vt quic-
quid pater voluerit: eius virtuti
bus impleat̄ ſm̄ gloſam. Ecce ꝗ

q̃ʒtũ ad pericl'oꝝ euaſi
[De anguſtia ꝛc̃ ]Sec
inimicorum vltõnẽ.ibi
bit ]Tertio q̃ʒtum ad
iuſtificationẽ.ibi.[ Si
pro peccato. Quarto
belliũ ſubiectionẽ. ibi.
tiam. Circa primũ pr
premiũ. Secũdo tãgit
vicʒ xp̄i paſſionẽ.nihilo
men ad maiorẽ ꝯfirma
git hic breuiter poſt q̃
rũ meritũ ideʒ. Premi
aſſecutus fuit xp̄s ꝓpte
tatẽ paſſionis fuit ꝑfec
ratio ⁊ oĩs periculi eua
adeptus fuit in reſurr
de dic̃ [de anguſtia ]ſu
nis [et de iudicio ]ſup
mo quo ab hoīb ̷ iudic
latus eſt ]id ẽ ꝑ reſurre
beratꝰ eſt.iuxta illud
xj. Juſtus de anguſtia
eſt. Deinde poſito ṗmi
ius liberatio:tãgit me
it eius paſſio. Ut aũt
perſone patiẽtis penſe
tuʒ paſſiõiſ idcirco bi
Nã ṗmo tangit ꝑſone
tẽ. Scd̃o illã penalitat
adducit q̃ʒtum ad h̄ de
luntatẽ. Propter ṗmũ
neratõem eiꝰ ]ſup.etern
tre ſine matre. vel tꝑal
tre ſine pr̃e genitꝰ eſt [
bit ].q.d.nullꝰ natura
uis aliq̃liter diuina in
Ecc̃i.xliij. Quis videb
narrabit. Propter ſcd̃
[q2 abſciſus eſt de ter